**Jacobi Tollii Fortuita : in quibus, praeter critica nonnulla, tota fabularis historia Graeca, Phoenicia, Aegyptiaca, ad chemiam pertinere asseritur.**

**Contributors**

Tollius, Jacobus, -1696
Du Rondel, Jacques, approximately 1630-1715. Expositio signi veteris Tolliani.

**Publication/Creation**

Amstelaedami : Apud Janssonio-Waesbergios, 1687.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/wcdp2d45

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org


TOLLII
FORTUITA






Thomas South.

A T & M Atwood

1859

51680|A

coll. gilt.
m. 2 pl. 52 tab.
EW

N. VI
17/t

46568 (1)

# JACOBI TOLLII

# FORTUITA.

In quibus, præter

## CRITICA

nonnulla, tota

## FABULARIS

HISTORIA GRÆCA, PHOENICIA, ÆGYPTIACA, ad CHEMIAM pertinere aſſeritur.

AMSTELÆDAMI,

Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS.

CIↃ IↃC LXXXVII.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

SERENISSIMO ac CELSIS-
SIMO PRINCIPI,

DOMINO,

DOMINO

# FREDERICO,

*D. G. Marchioni Brandenburgico,*

S. R. I. Archicamerariatus & Electoratus Heredi,

*Supremo* DUCI *in Boruſſia*,

Magdeburgi, Cliviæ, Juliaci, Montium,
Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiorum &
Vandalorum, ut & in Sileſia
Croſnæ & Carnoviæ

DUCI

Burggravio Norimbergenſi,

PRINCIPI

Halberſtadii, Mindæ, & Camini,

COMITI

Hohenzolleræ, Marcæ, & Ravensbergæ,

DOMINO

Ravenſteinii, & Territoriorum Leoburgii & Butovii, &c. &c. &c.

*Domino meo Clementiſſimo.*

VEteris Poëtæ Comici dictum eſt, PRINCEPS SERENISSIME atque CELSISSIME, *Deos nos habere tamquam pilas*; id eſt, ludicra nos & ludibria eſſe fortunæ. Si quiſquam id in ſe convenire verbum exiſtimare poſſit, certe is ego ſum, fortunæ παίγνιον, & ſi non pila, haud multum ſane a conſimili ludicro, puerili turbine, diverſus. Agor nunc huc, nunc illuc: mutare cogor conſilia; quæ bene capta cœptaque ſunt, dimittere: inire pro illis alia nova; &, prout fortuna vult, exin velum vortere. Decreveram namque, promiſeramque, (& videbatur illa

in

in initio adſpirare) Patri Tuo, PRINCIPI POTENTISSIMO, altiſſimum veteris Latii Poëtam LUCRETIUM cura mea, quantum illa ferebat, emendatum: Tibi, PRINCEPS SERENISSIME, vivendi tempore poſteriorem, & ad illam eloquii altitudinem viam aperientem LONGINUM, nova verſione, notiſque illuſtratum, conſecrare. At non illa paſſa eſt maligna, invida, & optimis meis ſemper obſtans conatibus, quam dixi, fortuna: injecit manum, objecit moras, & pro conſtantibus & certis, incerta ſubjecit & FORTUITA. Dubitavi aliquamdiu, faſne eſſet tam celſi faſtigii Principi libellum, qui fortunæ potius, quam ingenii foetus eſſet, offerre. Metuebam non populi

judicium, non eruditorum hominum, non aulicorum; ſed Tuum. Populus enim raro bene: eruditi pro ſua facilitate, atque conſuetudine: aulici ex ingenio Principum judicant. Sed Te, PRINCEPS CELSISSIME, ſolido, & inculpato, &, quod in viro Principe perrarum, multa eruditione, confirmataque aſſiduo literarum uſu ſapientia ſuffulto, excultoque præditum judicio jamdudum fama per univerſum terrarum orbem divulgavit. Hoc igitur judicium Tuum, PRINCEPS ERUDITISSIME, cunctantem deterrebat: cui nil niſi meditatum, limatum, terſumque fas ſit exhiberi. Verum quod indulgentia SERENISSIMI Patris Tui ELECTORIS iter Italicum auſpicaturo Celſitudi-

dinis Tuæ venerationem officii debiti mihi ratio imperabat, pepulit, ut clavus clavum, verecundia timorem. Pudebat enim, ſiquando ad SERENISSIMUM Patrem electiora quædam, quibus mirifice affici ſolet atque delectari, numiſmata Græca Latinaque afferrem, ad Te ſine munuſculo adire. Nec alio audieram Te magis capi, quam literario. Extorſi igitur ab irata fortuna, & eripui potius, atque abſtuli, quam impetravi, paucas haſce ſchedas: eaſque nunc NOMINI TUO, PRINCEPS SERENISSIME ac CELSISSIME, DICO, DEDICO, INSCRIBO: ea fiducia, fore, ut quum Pater ELECTOR, PRINCEPS vere OPTIMUS, ſingulari me nuper gratia & favore dignatus ſit, Tua, BENIGNISSIME

DOMINE, gratia porro foveat, atque tueatur. Ab hac enim interiorem, qua ad Budenſem mihi, aliaſque nobiles Bibliothecas excutiendas aditus pateat, impetraturum me ſpero commendationem: ut vel ſic LUCRETIUS ac LONGINUS meus invita fortuna cultiores ornatioreſque ſe tandem Vobis: SALLUSTIUS, FLORUS, PHÆDRUS, ARTEMIDORUS orbi ſe literato emaculatiores ſiſtant. Hoc eſt, PRINCEPS SERENISSIME, quod a Serenitate Tua publice peto: a Divina vero privatim, precibuſque aſſiduis, ut Te, ut Patrem ELECTOREM, univerſamque GENTEM BRANDENBURGICAM, quamdiutiſſime ſervet incolumes, & rem publicam feliciſſime adminiſtrare patiatur. Salve PRINCEPS

IN-

Indulgentissime, & Vale. Dabam in ipſo itinere, poſtrid. Eid. Decembr. A°. CIↃ IↃCLXXXVI,

SERENISSIME ac CELSISSIME PRINCEPS,

SERENISSIMÆ CELSITUDINIS TUÆ

Venerabundus Cliens
JACOBUS TOLLIUS.

# PRÆFATIO
## Ad
# LECTOREM.

HAbes hic, *Benivole Lector*, FORTUITA *nonnulla, quæ, ſicuti forte nata, ita effuſa potius, quam multo labore curaque parta ſunt. Verum tam malignam etiam in his fortunam expertus ſum, ut, niſi & amicorum exſpectatio, & nonnullæ rationes aliæ obſtitiſſent, primus illa velut abortum ipſe abjeciſſem. Adeo deformata cuncta ſunt erratis typographicis, iiſque ſæpe tam enormibus, ut ipſe, quid ſcripſerim, nonnumquam vix aſſequar. Acceſſit, quod cum mihi jam conſtitutum eſſet ipſi intereſſe editioni, nonnulla ultimæ curæ reliquerim: quæ poſtilla, interveniente altiore conſilio, non pro more meo diſpoſita emendatave, in manus venient tam malivolorum, quam ami-*

*amicorum. Conatus quidem ſum, quantum fieri potuit, errores aliquot indicare: ſed in Græcis tam multos offendi, ut ab his notandis deſperatio me revocarit. Quare hoc unum rogo, priuſquam judices, erratorum indicem intueare. Ceterum quod argumentum ipſum attinet, non me fugit, quam inopinata, quam incredibilis, ac inepta mea de Græcorum fabulis ſententia illis occurſura ſit, qui Lapidem Philoſophicum merum ingenii commentum eſſe exiſtimant, neque in rerum natura umquam exſtitiſſe. Fruantur illi per me licet ſua incredulitate: nemini enim illam invideo. Velim tamen refutent eum, quem oſtendo, diverſarum gentium in variis fabulis concentum: & e cunctis proferant alicujus nominis unam mihi, cui cum ceteris omnibus, aut cum ipſa Lapidis*

*pidis natura non mirifice conveniat. Explico, vel oſtendo Deorum omnium ferme in Chemia nomenclaturam; exhibeo originem & cauſam attributorum, & multo etiam plura tantum indico proprio ingenio enucleanda. Potuerant multæ aliæ fabulæ adjici: veluti illa non incelebris* Augiæ, *in qua & etymon obſervari poterat, & Sol aut Neptunus pater, & armentorum fimus,* unica die, *id eſt unica fuſione, in crucibulo ab Hercule, id eſt igne ſalino, repurgatus; idque immiſſis fluviis. Fluere enim materia debet, ut excernatur impurum ſulphur: in quo tamen ſal latitat agros fæcundans. Sic & de* columnis *Herculis, de* columnis *ad arcam Oſiridis, de* columna *ſolis, & gemmantibus ex ea lauris; de* Petris *Ambroſiis, de* Cyaneis *inſulis: de Minerva, Iſide, Procne in* hirundinem *mutatis*

is: de Luna, Iſide, Aſtarte, Cybelle,
Venere, cur illæ matres mundi, &
magnæ matres: de Ovo Phil. mun-
di, Caſtoris, Pollucis, & Helenæ. De Sole
ὠογενῆ: de octo Diis apud Diodor. Si-
um, de octo præceptoribus Herculis,
de octavo ejus anno & menſe, quo
ſtipendia decem abſolvit, de octavo
circuitu lap. philoſ. apud Baſilium Va-
lentinum: de horto Heſperidum col-
lato cum horto Flammelli: de igne
Ætnæo Baſilii, comparato cum lam-
padibus Cereris, totoque λαμπα-
δηφορίας ritu; & cur in Promethei a-
ra accendi talis lampas ſolita fuerit: de
phallis templi Deæ Syriæ, de Priapo, de
myſteriis Cereris Eleuſiniæ, de Diana
Priapia: de rore Philoſ. & imbre au-
reo, quo Danæ impleta: de imbre au-
reo Jovis Rhodio, & pluvia Philoſo-
phica: de tribus Nili nominibus: cur

Bac-

*Bacchus* Χοιροψάλας, *&* ſus *Ægy-ptiis exoſa fuerit : cur* galli *albus & croceus Anubidi dicati; cur idem in tutela Mercurii & Solis; quid* Nergal *fuerit : quid* leo alatus *in Chemia ; cur* leonina *ſpecie Michael, ſeu Phæ-non, ſive Saturnus Baſilidianorum: cur Solis ſimulacrum* album *&* nigrum: *cur* cygnus *&* corvus *ei ſacri : cur hydra quibuſdam* ſeptem , *aliis* no-vem *capitum : cur* Triptolemus *Muſæo Oceani & Terræ filius : cur Venus* æſtas , *& Saturnus* hyems: *cur hic* latuerit : *quid ſit* Latium *Philoſophicum : cur idem* Prome-theus : *cur Vulcanus* ἀρσενόθηλυς, *& cur ſole occaſo demum in Lemnum deciderit: de fontibus ab Achille in lito-re Trojano , a Pegaſo in Parnaſſo , a Cadmo Thebis, a Baccho* thyrſo, *a Jano* baculo *excitatis: cur Proteus* ἀμορ-

φος καὶ μυελώνυμος ὕλη mare *tranſierit. Potuerant, inquam, id genus plurimæ proferri, tractarique, niſi vel lectorum metuiſſem faſtidium, vel temporis anguſtiæ me revocaſſent.*

*Sed hæc iis abunde ſufficient, & ſatisfacient, quibus Baſilius Valentinus cum cura lectus fuerit, cujus* Currum triumphalem Antimonii *nemo, quantum hactenus animadvertere licuit, intellexit. Explicabo illum cum volente Deo in commentario de Morbis Hominis Chemici. Omnia namque, quæ illic docentur, remedia ad hominem Philoſophicum ſpectant: & hinc minime mihi mirum occurrit, ſi vulgaris illa ad literam præparatio mortalium generi peſtifera magis quam ſalutaris ſit. Si quid interea ex his profeceris, Lector humaniſſime, gaudebo: ſin minus, illud cogites, velim, non omnibus omnia ſcribi, imo nec intelligi. Vale.*

# AUCTORES
# ILLUSTRATI,
## aut emendati.


A.

ABenſiræ Proverbia. 80
Æſchylus. 128
Anthologia Græca. 7, 131, 132
Artemidorus. 84, 97, 127
Auſonius. 70

B.

Benjamin Tudelenſis. 133

C.

Cicero. 61, 134, 241
Cornutus, ſeu Phornutus. 66, 74, 83, 90, 139, 166, 190, 213

D.

Didymus, ſeu ſchol. Homeri. 74
Dion Caſſius. 242

F.

Florus. 61, 78, 144, 155, 158 220, 236
Fulgentius. 256

H.

Heſiodus. 138
Heſychius. 214
Hippocrates. 146
Homerus. 72, 200

I.

Inſcriptio vetus. 1, 77

L.

Livius. 80
Longinus. 319
Lucianus & ſeqq. 234187, 1235
Lucilius. 64
Lycophron. 6
Lucretius. 149, 222

M.

Martianus Capella. 253
Moyſis lib. Geneſios. 86, 87, 138, 198
Muſæus. 91

O.

Onomacritus, ſive Orpheus. 139
Ovidius. 13, 142, 161, 164, 180

P.

Pauſanias. 39
Petronius. cap. III, toto
Phædrus. 181, 122
Pindarus. 121, 197
Plutarchus. 76, 84, 90, 204, 242 243
Porphyrius. 230

S.

Salluſtius. 74
Salomonis Proverbia. 81, 133,
Seneca. 76, 108, 58
Servius. 137, 179
Sophocles. 36, 246
Suetonius. 243

T.

Tacitus. 244
Theophilus apud Athenæum. 71

V.

Virgilius. 30, & ſeqq. 101, 167 185, 186. 248

# JACOBI TOLLII FORTUITA.

## CAP. I.

### *Vetus Inſcriptio illuſtrata.*

INTRATE. NAM ET HIC DII SUNT. Et ecce in ipſo aditu Juno PATULCIA adeſt, ut fores pandat. Invitat, ut ſe cognoſcamus penitius, & ab ipſa auſpicati PATULCIUM quoque Janum, *aliosque ab origine DIVOS*. Inſcriptum veteri lapidi apud Reineſium, l. 33.

JUNONI PATULCIAE
T. FABATIUS TABULARIUS
OST. ET PROCURATOR FISCI
PATRONUS COLLEG. LENUNCUL.
IIII VIR QUINQUEN.
D. D.

Ad hanc inſcriptionem Vir eruditiſſimus, & infinitæ lectionis iſta commentatus eſt: *Cur JANUS modo vocaretur PATULCIUS, ut eſt apud Ovidium, modo CLUSIUS, ratio manifeſta eſt, ob valvas ejus templi pro tempore patefactas, vel clauſas.* 1. Faſtor. 129, *Cur JUNO PATULCIA, non item. Solus fortaſſe religionis hujus* ἀρχιμύστης *(alium enim præterea, qui vel nominarit ſaltem, non novimus) Fabatius dixerit. Divinandum igitur, tentandumque, ſi quam obſcuro indictoque lucem inferre poſſimus. Cum Junonem puerperarum adſiſtricem eſſe, easque fovere, tuerique, & felices partus expedire modo dictum ſi; accelerando vero, & facilitando enixui maxime* ne-

*neceſſaria ſit viarum, meatuum, clauſuræ uteri laxatio, apertio, reſeratio, & patura, etiam hanc a Junone provideri, & curari putaverunt, & ab hoc patulos præſtandi, diſpandendique locos beneficio, ſive officio: PATULCIAM appellaſſe veroſimile eſt: prorſus ut PANDAM dixerint, quæ Tito Tatio, Capitolinum ut caperet collem, viam panderat, atque aperuerat.* Arnobius l. IV. *Donum enim Junoni Patulciæ dedit Fabatius, poſtquam maturos aperire partus lenem eam experta, & periculi, laboriſque ſoluta eſſet conjunx puerpera. Reſpexiſſe hanc videtur, & fortaſſis cognitam habuit ex hoc lapide Joh. Jov. Pontanus. Nympham enim agri Neapolitani ad Antinianum indigenarum unam finxit PATULCIDEM:* Lib. II. Erid.

*Nunc obfert ſeſe choreis ſpectata PATULCIS,*
*Læta ſuis hortis, læta PATULCIS agris.*

Hactenus optimus, dum fuit, ſenex. Videamus, ecquid & nos lucis amplius ad hanc illuſtrandam inſcriptionem cum ex antiquitate, tum e Chemia noſtra corradere poſſimus. Et hanc quidem per ipſam *januam* ſat multam infundit Varro, qui Junonem JANAM eſſe docet. Servius etiam nonnullam confert, cui Juno PORTARUM dea eſt. Unde apud ipſum Virgilium, (Lib. I. rei Ruſt. c. 37. — ad Aen. II, 610.)

*—— Juno Scæas noviſſima PORTAS*
*Prima tenet.*

Adhæc Kalendæ non primi tantum menſis, ſed & reliquorum omnium, totuſque item Januarius, in Junonis erant tutela. Atque hinc ipſa KALENDARIS. Unde facile liquet, cur PATULCIA dicta ſit, quum ab ea PATULCIUS Janus appellatus ſit JUNONIUS. Servius de Jano: *Alii PATULCIUM dicunt, quod patendarum (an patefaciendarum?) porta-* (Macrob. l. I Saturn. IX. — ad Virg. Aen. VII, 610.)

rum

*rum habeat poteſtatem Idem* JUNONIUS. *Inde pulcre Juno* PORTAS APERIRE *inducitur.* Sequitur enim apud Poëtam:

*Tum Regina Deum cælo delapſa morantis*
*Impulit ipſa manu* PORTAS.

Et ipſa de Junone Janus apud Ovid. in Faſtis, ubi de Tatio rege:

*Et jam contigerat portam, Saturnia cujus*
*Demſerat appoſitas inſidioſa feras.*

Ab *aperiendo* eadem APERTA dicta. Et quia portæ clavibus aperiri ſolent, non modo κληδας γάμȣ φυλάττει, queis θύρας virginales aperit, ut eſt apud Ariſtophanem, ſed & Orpheo, ſeu potius Onomacrito παντὸς ΚΟ´ΣΜΟΥ ΚΛΕΙΔΟΥ̃ΧΟΣ ἄνακα vocatur. Jano conſimiler *claves* tribui ex initio Faſtorum Ovidii, & Albrido de Deorum imaginibus notius eſt, quam ut probandum videatur. Præterea Junonem pro aëre accipi ſolitam fabularum explanatores docent. Nubes autem Cæli portæ. Sic Heſychius: Πύλαι ὀρανȣ̃, τὰ νέφη Porro è Macrobio, & aliis conſtat, Dianæ viarum omnium tribui ſolitam inſpectionem, non ſecus ac ipſi Jano, quem Apollinem Ἀγυιᾶ Deumque VIUM Mercurium προπύλαιον & πυλάοχον eſſe Dionyſium conſtat. Diana vero DEA JANA, item Ἐνοδία, Jo Proſerpina, Hecate πρόπυλα, (niſi potius προπυλαία apud Heſychium legendum) Feronia, adeoque & Juno, eaque ITERDUCA, ipſa & MATER, & MATRONA, ſicut & Janus PATER, & deorum PRIMUS: contra idem & CLUSIUS, ic in antiquis marmoribus apud Boiſſardum, pertis clauſisque vitæ portis vitæ neciſque arbiter.

Feſtus in *Aperta.*

in Theſmophor. ſc. ἀγεό νῦν extrem.

in Hymn. init. Euſeb. Præpar. Euang. l. v, c. XIV.

arbiter. Juno LUCINA eadem & πλεία,,
Plutarch. ac LIBITINA Venus, atque item πυλαῖτις
inNuma Minerva, non ſecus ac προπυλαία, & προθυραία
Lyco- Diana. Poſſunt & plura iſtiuſmodi adferri,,
phron. queis par PATULCIO PATULCIA pro-
p. 64. betur. Sed ab ipſa potius natura plus utri-
que luminis petamus. quod in Novo Lumi-
ne Chemico nobilis Sendivogius liberaliter
Tract. 1. ſuppeditat. *NATURAM,* inquit ille, *dic*
*unam, veram, ſimplicem, integram in ſuo eſſe, quam*
*DEUS ante ſecula fecit, & SPIRITUM ei incluſit.*
*Scito autem Naturæ TERMINUM eſſe DEUM*
*qui & Naturæ PRINCIPIUM eſt.* (Hinc
in hym- JANO & VESTA precum initium fieri ſo-
nis litum.) *Siquidem nullum finitur initium niſi in eo*
Florus *in quo incipit.* (Unde Cælum Onomacrito
lib. 1. ἀρχὴ πάντων, πάντων τε τελευτή: Et in Ca-
pitolio Dis reliquis cedentibus reſtitere
Juventas, & Terminus.) *Dixi unicam eſſe*
*tantum, per quam Deus OMNIA facit: E*
*hac unica Natura RES OMNES proveniunt*
*nec eſt in ORBE aliquid extra Naturam. Et quam-*
*vis aliquando abortus fiant, hoc non eſt Naturæ*
*ſed vel artificis, vel loci vitium. Natura hæc diviſ*
hymn. *eſt in loca quatuor,* (unde Sol τετραβάμονι ποσ-
in So- χορεύει apud Onomacritum, & *quadrifrons* Ja-
lem. nus,) *in quibus hæc omnia operatur, quæ* apparen
*& in* umbra *ſunt; ſiquidem potius in umbra ſun*
*quam ut vere appareant.* (Hinc Orgia, & Init
priſcis nocturna.) *Mutatur in mare & femin*
*& MERCURIO aſſimilatur, quia ſe jungit v*
*riis locis: & ſecundum Terræ loca bona vel ma*
*res producit; licet non ſint loca mala in Terra, pr*
*nobis videtur. Qualitates autem ſunt tantum quatu*
*& hæ omnibus inſunt rebus, neque concordant; ſe*
*per una excedit aliam. Non eſt autem VISIBILI*

li

*licet viſibiliter agat.* (Hinc Natura eidem Onomacrito Ἄψοφον ἀςραγάλοισι ποδῶν ἴχνος εἰλίοσουσα.) *Eſt enim ſpiritus* Volatilis, *qui in corporibus ſuum agit officium; locum & ſedem habet in voluntate Divina.* Hunc Spiritum volatilem maſculum & feminam JANUM veteres & JANAM dixerunt, non, ut eruditi docte potius, quam vere exiſtimant, a *Javano* Japheti filio, vel a *Jajin*, quod Hebr. vinum ſignificat, ut ita e Jano Noe fieret: nec ab Aeölico ζὰν, unde ζανὸς *Janus*: ſed ab *eundo*, ut vere Cicero: unde etiam Dianæ, non ſecus ac Mercurio, pedes dedicati; quod etymon in Græca quoque lingua, occurrit, ubi & Apollo & Diana ἰήϊος appellatur: & Ἰόπειρα τὸ ἰέναι, nec non Φεραία, παρὰ τὸ φέρεσθαι apud Heſychium; Ἐπιπολὰ & Ἐγυθὼ Ceres apud eumdem, nota origine: atque item *Rhea*, παρὰ τὸ ῥεῖν, nomen accepit quomodo & AVENTINA ab *adventu* Latinis dicta eſt. In his enim figmentum fabulæ ad exprimendam rerum naturam excogitatæ, non autem hiſtoria vera reſpicienda eſt. Et ſic *Veneri* non a *Benoth* Hebræorum, ſeu Phænicium, ſed a *veniendo* nomen inditum: non ſecus ac *Aprili* menſi ab *aperiendo, Proſerpinæ* a *Proſerpendo.* Illa enim eſt; quæ annum aperit, ſive eum vulgarem, ac naturalem; ſeu Chemicum, & arcanum capiamus, non ſecus ac ipſe Janus.

Schol. Homer. Ιλ΄ό

Schol. Sophocl. Oedip. Tyr. p. 158.

Feſtus, & Urſat. Monum. Patavin. p. 227.

Selden. de Dis Syr. II. 7.

> *Quidquid eſt Hoc, OMNIA animat, format, alit, auget, creat,*
> *Sepelit, recipitque in ſe omnia: omniumque idem eſt pater;*
> *Indidemque eadem, quæ oriuntur, de integro, atque eodem occidunt.*

Pacuv. apud Cicer. I de Divinat. c. 57.

Spencer. ad Origin. adv. Celſum p. 91. Macrob. L. 1. c. 9. Sat.

Hic eſt illa *Genius* nativitatis præſes, utrique ſexui communis, ſed in muliebri JUNONIS nomine notior, quod ad naturam confuſo genere ἀρσενόθηλυς. Hæc ſunt, quæ ad PATULCIAE Junonis illuſtrationem dicenda viſa ſunt. At nunc ad aliquam ipſis etiam tenebris afferendam lucem tranſeamus.

## CAP. II.

### *Numerus Quinarius explicatus.*

LYcophronis Caſſandram nocturnis horis mihi relegendam ſumens, quod utriusque tenebris pulcre inter ſe convenire exiſtimarem, duos in ea viros eruditiſſimos ad eandem voculam offendiſſe animadverti, cujus elegantiam non viderant. Ita vero Lycophron;

Verſ. 1391.

Καὶ χερσόνησον τοῦ πάλαι λακκηρίαν
Θεᾷ Κυρίτᾳ πάμπαν ἐξηχθημένου,
Τῆς παντομόρφου βασσάρας λαμπουρίδος
Τοκῆος, ἥτ' ἀλφαῖσι ταῖς καθ' ἡμέραν
Βούπειναν ἀλθαίνεσκεν ἀκμαίαν πατρὸς
Ὀθνεῖα γατομοῦντος Αἴθωνος πτερά.

Id eſt, ut Canterus vertit:

*Et margineam peninſulam ejus qui, olim*
*Deæ Curitæ omnino fuit inviſus,*
*Omniformis meretricis vulpeculæ*
*Pater, quæ quæſtibus quotidianis*
*Immenſam fovebat genitoris famem,*
*Externas arantis Æthonis extremitates.*

Meſtra, ſive ut alii, Metra, Eryſichthonis filia παντόμορφος hic vocatur, quæ in ſcriptis libris πεντόμορφος legitur cognomine non intelle-

tellecto, ideoque tum à Cantero, correcto (an corrupto,) cui hic male Meurſius aſſenſus eſt. Scaligerum vidiſſe verum inde conjecturam facio, quod ipſius illam verſio non *omniformem*, ſed *multiformem* vocet: quæ recta & proba hujuſce vocis πεντάμορφος interpretatio eſt; & cum hac ipſa voce in alterius utriuſque locum ſubſtituenda. Solebant enim Græci ſeu numeri, ſeu corporis magnitudinem addita vocula πέντε denotare, non ſecus ac dictione ἐννέα. Ita in Anthologia Græca anus quædam vivaciſſimæ ſenectutis Πενταχορώνη Ἑκάβη appellatur; id eſt, quæ multarum cornicum ætatem vivendo ſuperaret. Sic & in eodem libro homo extremæ mendicitatis, ipſoque Iro pauperior, πεντεπενιχρὸς vocatur. Item de *decumanis* fluctibus in eodem Florilegio vocabulum πεντακυμίας uſurpatur. Hujus ego augendi amplificandique ſignificationis originem in hac dictione inveſtigans, reperio hunc numerum cum maxime ad nos pertinere, atque ad artem noſtram: fabulamque illam, ut alias multas, ex officina Chemica prodiiſſe. Eſt enim *Eryſichthon* terram lacerans ac diſcerpens Acidum, omnia devorans; cui filia Μήτρα, vitalis ſcil. anima, alimentum quotidianum ſuppeditat; abſque quo

Heſych. in ἐννεακόρωνος. Lib. 11, in Vetulas.

*Ipſe ſuos artus lacero divellere morſu*

cogitur, corpuſque corpore alere. Metra igitur, vel Meſtra, cujus *Neptunus* virginitatem abſtulerat, eademque quæ Thetis, ad inſtar Protei,

Ovid. Lib. VIII Met. extr.

*Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo cervus,*
*& omne,*

Alcali eſt, ſive materia, quam *Deam Syriam* eſſe poſtea probaturi ſumus, præbens *avido non juſta alimenta parenti.* Huic quinarius numerus proprius eſt, quem Pythagorici τροφὸν appellabant, id eſt, *Altorem* ſeu *Nutritorem*: item γάμον, ſeu *conjugium*: quippe ex binario & ternario, femina & mare conflatum; qui ambo ad multitudinem magnitudinemque plurimum faciunt. Dignitas ejus, quem *Divinum* κατ' ἐξοχὴν dictum eſſe Huetius vir eruditiſſimus docet, multis laudibus à Plutarcho ac Nicomacho extollitur: quos nec deſcribere animus eſt, nec tamen omnino præterire argumentum ſinit. Utemur igitur utroque, non abutemur, intermixtis aliis, ut varietas faſtidium levet. Quod igitur ad opus noſtrum attinet, pertinetque, πτύχες πέντε in Homerico Achillis clypeo fuere, quas Heraclides Ponticus de quinque zonis cæleſtibus accipit. Nos de quatuor operis noſtri Philoſophici elementis, & quinta Eſſentia Ætherea interpretabimur, de qua Cicero fuſius, ubi de Ariſtotelis agit opinione. Quis in hac arte Achilles ſit, ſuo deinceps capite latius exponemus. Quinque porro his elementis totidem reſpondent ſenſus, tactus terræ, guſtus aquæ, auditus aëri, odor igni (quia exhalatio a calore proficiſcitur) viſus ætheri ac luci. Dicemus & alibi de mollitie nonnulla, ac duritie, de dulcedine, de harmonia Muſica, cantuque, de ſuavi odore, ac tandem de viſu & oculis, varietateque colorum, quæ omnia in opere noſtro occurrunt, & pluribus illuſtrabuntur. Nunc tantum numerum tractabimus. Ut ad Elementa redeamus, tribui-

Plutarch. de Animæ procreat. p. 1017.
Plato in Timæo.
Plutarch. περὶ τῶ εἰ, p. 388. & de Orac. defect. p. 429. & Auctor. Theologum. Arithmet.
Ad Origen. p. 130.
Ιλ. υ'.
Allegor. Homeri p. 114. edit. Aldin.
Academ. l. c. 7.
Plutarchus de Ei.

buitur hic numerus etiam animæ & corpori; animæ, ut unitati, velut ætheri; corpori, ut quaternarium humorum numerum complexo. In ipſa anima quinque notantur partes, vitalis, ſentiens, appetens, iraſcens, ratiocinans. Et uti quinque ſenſus numeravimus, ita his ipſis animal quinto die creatum ab inanimato diſtinguitur. In corpore vero quinque numerantur Inteſtina, renes, pulmo, hepar, lien, cor. Digitos, ut rem parvam dictu, licet æſtimatione permagnam, omittam: Tranſibo & quinque viventium genera, aliaque id genus multa. Sed quod præcipuum in corpore & anima, SALUS, Græcis ὙΓΕΙΆ, nôn tam literarum numero, quam ipſo pentagoni ſchemate notabilis eſt: quo in epiſtolis ſuis uſi quondamſymbolo Pythagoræi. Plutarchus aliud nobis alibi ſchema à Platone excogitatum refert, in quo τὸ πεντάγωνον τῷ τρι-γώνῳ, καὶ τετραγώνῳ inſertum, multiplici reatu opus noſtrum repræſentat. Salutem vero in qualitatum, facultatumve conſiſtere harmonia veteres tradidere. Τῆς Ὑγείας συνεκτικὴ ἡ τῶν δυνάμεων ὑγροῦ, θερμοῦ, ξηροῦ, ψυχροῦ, πικροῦ, γλυκέως, καὶ τῶν λοιπῶν ἰσονομία. ἡ δὲ ἐν αὐτοῖς μοναρχία νόσων ποιητική. Et additur alibi ratio: πᾶσα δήπου δύναμις, ἂν ὑπερέχῃ, πέφυκε μεταβάλλειν, καὶ τρέπειν εἰς ἑαυτὴν τὸ νικώμενον. Verba ſunt Vitruvii ex eadem diſciplina petita: *Ex principiis, quæ Græci* στοιχεῖα *appellant, omnia corpora ſunt compoſita: id eſt, calore, & humore, & terreno, & aëre: & his mixtionibus naturali temperatura figu-*



Plutarch. de Ei. Plut. de Defect. Orac. Philo de Mundi Opificio. Nicom. in Theolog. Arithm.

Scholiaſt. Ariſtoph. Nubib. 163. P. de Iſide & Oſir.

Alcmæon. apud Plut. de placit. Philoſ. v. 30. Plut. de primo frig. p. 953. Lib. I. c. IV. Architect.

*rantur omnium animalium in mundo generatim qualitates. Ergo in quibus corporibus exſuperat è principiis calor, tunc interficit, diſſolvitque cetera fervore, &c.* Hic in Eryſichthone exſuperans *plura capit, turbaque voracior ipſa eſt.* Harmonia igitur requiritur: ſed & in hac quinarius numerus, uti & in aliis muſicæ partibus conſpicuus eſt. Videas enim in ea quintuplicem intenſionem vel remiſſionem vocis, δίεσιν, ἡμιτόνιον, τόνον, τριημιτόνιον, δίτονον. Nec alia hujus numeri ratio eſt in ipſa vocis modulatione ſunt; enim in ea τάσις, ὀξύτης, βαρύτης, ἄνεσις & ἐπίτασις. Jam & ipſæ voces nec plures, nec pauciores ſunt. Quas enim Græci poſteriores addidere vocalibus H & Ω, duplicium figuræ ſunt, non autem ſimplicium vocalium notæ. Videre hoc Principes Auſtriaci, SALUTISque publicæ Symbolum Palatii Viennenſis portæ limini acreis literis inſcripſerunt:

Plutarch, p. 389. de Ei. & de Orac. defectu. Ariſtoxenus L. Element. Harmonicor.

A E I O V.

Nec enim mihi facile perſuaderi patiar, interpretandas eas cum vulgo, AUSTRIA ERIT IN ORBE ULTIMA. Μυστικώτερον eſt, quod illæ literæ continent. Nam & in gentilium, & in Chriſtianorum ſacris numerus hic in honore habitus. Hinc olim quinque partes initiationis Eleuſiniæ in quinque annos diviſæ, diſtinctæque: & quaſi noſtra ſacra non aliter, niſi ad Græcæ Theologiæ imitationem eadem effingendo conſtare poſſent, totidem olim fuere partes initiationis Chriſtianæ, uti erudite Caſaubonus adverſus Baronium docet. Hinc & quinquennale Pythagoræorum ſilentium: & quinquin-

Tertullian. adverſ. Valent. Theon. Smyrnæus p. 18 & 19, edit. Bulliald. pag. 552. Servius ad I. Aen. v. 287.

quinnales agones, & quinquennalia luſtra civitatium : hinc & πένταθλα. Nec prætereundæ *Captiæ* Minervæ (de qua poſt plura) quinquatrus. Quin & πῖ⊙ πενταέτηρον in bove perfectæ ætatis apud Homerum, qualis ille eſſe debebat, qui in luſtralibus ſacris mactabatur. Apud eundem & ſuem hac ætate notabilem legi. *Sacea* etiam feſtum quinque dierum quondam apud Perſas fuiſſe, è Strabone, & Euſtathio ad Periegeſin Dionyſii, Seldenus docet. Jaſon etiam, Heros noſter Chemicus, amicos & agnatos ſuos non temere, ac fruſtra, ἀθρόαις πέντε δραπὼν νύκτεσσιν ἐνθ' ἡμέραις ἱερὸν εὐζωᾶς ἄωτον detinet, ſexto vero die ſermonem omnem, ad quem cognoſcendum eos convocaverat, exponit. Dicemuſne etiam aliqua de quinque diebus Olympiorum ? an & hic memoranda quinta dies, quam fugiendam præcipit ex Heſiodo Virgilius, quod ea *Pallidus Orcus*

*Eumenideſque ſatæ ?*

An ad ipſos veterum, & præſertim Aegyptiorum, unde hæc ars noſtra manavit, reſpiciemus Deos? quos quinque numero totidem diebus intercalaribus Saturno & Rhea, id eſt Acido & Alcali, natos eſſe Aegyptiacarum rerum ſcriptores docent, *Oſiridem, Arouerin, Typhonem, Iſidem, & Nephthyn?* atque ita completum anni ſolaris dierum numerum, qui antea ſecundum Mercurii curſum ipſis Θωΰθ, (Diodor, l. 2.) 360. dierum erat: unde & totidem numero ſacerdotes aquam quotidie è Nilo in vas perforatum deferebant. Et hi, qui totidem rerum ſtatuebant

bant

Serv. ad VIII. Aen. 183.
Odyſſ. ξ'.
De dis Syris. II 13.
Pindarus Pyth. Od. IV.
Schol. Pindar. Od. V.
Tzetzes ad Lycophr.
Serv. ad Virg. I. Georg. 275. v.
& Selden. de ſynedr. L. 2. c. XI.
Plutarch. de Iſide & Oſir.
Diodor. Sic. L. I.

bant principia, Spiritum ſcilicet calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, quæ *Verbi*, *Solis*, ſeu *Vulcani*, *Lunæ*, *Oceani*, & *Cereris* nominibus diſtinguebant. Sed & Apidi apud illos in quinquennium vita producta: & quintus in illo retegendo dies obſervatus. Ab Aegyptiis ad Græcos digredientibus quinque dii conjugales occurrunt, ζεὺς τέλειος, Ἥρα τελεία, Ἀφροδίτη, πειθὼ, Ἄρτεμις, ſive Ἐλειθύα: unde & quinque facibus novæ nuptæ præluceri ſolitum, quintaque die, ſiqua Plauto fides, luſtrati infantes recens nati. Quid ſecuti ſint Lacedæmonii, cur quinarium in Ephoris & Bidiæis præoptarint, hujus loci non eſt inquirere. Sed quod ad nos magis pertinet, quinque fuere ſeu latera, ſeu partes Aræ Amphiarai, quam vellem nobis accuratius aliquanto Pauſanias deſcripſiſſet: quippe unde multa ad artis noſtræ illuſtrationem peti potuiſſent. Tentabimus tamen aliquid exſculpere tertio ab hoc capite; unam tantum de quinque partibus ob ipſum quinarii numerum huic ſectioni vindicantes: in qua quinque Deos conjunctos fuiſſe ſcribit, *Minervam* nempe *Pæoniam*, *Venerem*, *Panaceam*, *Jaſonem*, & *Hygian*: qui dii omnes Medici, & artis noſtræ fuere tutelares. De Venere ſiquis forte dubitet, en tibi Inſcriptionem apud Reineſium:

*Imperio Veneris Fiſicæ*
*Jovi O. M.*
*Antiſtia Methe*
*Antiſti Primigeni vx. D. D.*

Cujus ſcilicet monitu recuperata valetudine Jovi votum ſolvit. Illa enim eſt, quæ naturam

Plutarch. Quæſti. Rom. init. Ἀφιδρόμια, & Adag. Gr.
Pauſan. in Lacon. p. 119.
Pauſan. in Att. p. 33.

turam adiuvet & inſtauret, diſſipatis noxiis ſpiritibus. Dicam de his ſingulis poſtea ſat multa. Apud Romanos Dii quinque Penates Servio memorantur, Jupiter, Juno, Minerva, Mercurius, Veſta: quamquam de hoc penatium, ſeu Cabirorum numero non una omnium ſententia eſt. Deſcendam à Diis ad MUNDUM, quem Plato vel unum, aut ſi plures, quinque tantum eſſe ſtatuebat, Ariſtoteles autem unum tantum, ſed ex quinque partibus conſtantem, quas ſupra è Cicerone enumeravi. Dividitur mundus in cælum, terras & maria. Cælo cadunt quinque genera fulminum, atque item hæc quinque, pluvia, nix, ros, grando, pruina. Ad cælum totidem ab his aſcendunt, vapor, fumus, nubes, nebula, typhon ventoſus. Quæ omnia in opere noſtro, quod MUNDI & nomen & imaginem obtinet, levi opera demonſtrari poſſunt. Accedunt & ignes Baſilio Valentino memorati itidem quinque, (in Appendice Currus Triumph. Antimii) quos qui recte intellexerit, is mihi multum in arte noſtra profeciſſe videbitur; *Cæleſtis*, *Elementaris*, *Corporeus*, *Judicii*, & *infernalis*. Ille ſane & in Ovidio facile capiet, quod nemini animadverſum eſt, cur quinque tantum de ſativis, ſeu ſpartis ſuperfuerint, qui Cadmo in condenda Thebarum urbe commodarunt manus. Ita enim Ovidius:

ad II. Aen. 296.

Plutarch. de Ei p.389 & de Orac. defect. p. 422.

Schol. Lycophron, p. 68.

Nicomachus in Theol. Arithm.

*Jamque brevis ſpatium vitæ ſortita juventus*
*Sanguineam tepido plangebat pectore matrem,*
*Quinque ſuperſtitibus.*

Lib. III. Metamorph.

Ubi pro *brevis*, *breve* reponendum eſt, ulti-

ma ob ſequentes duas conſonantes producta. Cadmus autem, non aliter ac Achilles, & Hercules, ad artem noſtram pertinet, (de quo nonnulla Philalethes, & nos etiam plura in ſequentibus,) LEO ab Oriente, ſeu DRACO ſine alis. Hebræis enim, ſeu Phænicibus *Cadmoni*, Orientalis, & *Cadim*, *Subſolanus*, vel *Eurus*. Neque vero me fugit aliter hanc Cadmi fabulam à Bocharto accipi, nec non ab Huetio, viris longe ſupra mea præconia evectis; verum non ſic à ſententia dimoveor, quam veritati & naturæ probabo eſſe conſentaneam; nonnihil & ab *Echione* adjutus Cadmi ſocio, Phænicibus *Achjan*, *Vini fratre*. Quoniam vero Cadmus Bacchi pater verus eſt, fuitque, licet non creditus, cui quinarius olim conſecratus, calicem πενταπλόον ænigmatis hujus dabo ſolutori, quod ephebis olim præmium erat ὄχον à *Bacchi* templo ad uſque *Minervæ* Sciradis delubrum geſtantium.

In Introitu Aperto.

Phaleg. L. I, c. XIX. Demonſtrat. Euangel. Propoſ. IV, cap. VIII.

Athenæus L. XI, pag. 495.

## CAP. III.

### *Collatio Petronii cum Virgilio.*

SOleo nonnunquam, cum liberalius otium eſt, optimos utriuſque linguæ ſcriptores inter ſe comparare; ut eorum virtutibus vitiiſque penſitatis judicium meum exerceam, acuamque, & honeſta ſimul voluptate ſtudiorum meorum ſeveritatem temperem. Neque vero me deterrere ab hoc tam ſalubri elegantique inſtituto potuit umquam, poteritve eorum hominum ſiniſtra opinatio, qui cuncta bona malaque, dummodo magni nominis

minis auctor fuerit, alba linea ſignant, neque quidquam hujus ſeculi judiciis in veteres ſcriptores libertatis indulgent; etiamſi illa à reprehendendi, carpendive malignitate quam longiſſime abſint. Habeo enim, quos iis opponam ſententiæ meæ aſſertores, plurimos, & perquam nobiles: adſunt argumentorum pondera: &, ut ea abſint, ratio ipſa ſtat militatque pro partibus noſtris, quæ ſuum cuique liberum permittit judicium, quum ipſi ſe, ſuaque ſcripta, legentium judicio ſcriptores ſubjecerint. Sed, ut in omni diſceptatione, & ita in hac diſputatione, abſint oportet affectus: neque minus in cauſis literariis amore peccatur inconſulto, quam vel odio, invidia, vel arrogantia, ſuperbiave, vel petulantia, atque procacitate. Ac mihi quidem ab odio & invidia tam alienus animus eſt, quod ad eruditionem, & virtutes defunctorum & veterum, qui mihi nulla injuria cogniti ſunt, ut etiam in viventibus inimicis præclaras ipſorum ingenii dotes lubens agnoſcam, & venerer: arrogantiæ, ſuperciliive ſuſpicionem nec in ipſos convicii honeſto ſtudio minime debiti auctores, etiamſi fortaſſe poſſim, nec regeram quia vana, diluam: petulantia vero, atque procacitas propoſito abeſſe ab hoc cuivis facile videri poſſunt, quandoquidem exercitationi potius ingenii, judiciique, hic labor inſervit, quam famæ, cujus inanis affectatio non minus quam petulantia juveniles ſæpe mentes de recto rationis gradu ſtatuve deturbat; ſtatæ vero mediæque ætatis non ita facile. Cur igitur hac memet ipſe

voluptate privem, privarive ab aliis patiar, cauſæ nil video: præſertim cum & commiſſæ nobis adoleſcentiæ judicia hoc pacto optime formentur, limenturque; & erroribus quamplurimis obviam eatur, à quibus etiam vix illi ſibi cavent, quorum & conſummatiſſima eruditio eſt, & fama celeberrima. Argumenta, quibus me tuear, aut exempla, quæ ſequar, in medium proferre, operæ pretium vix puto: ſed hoc tamen, ſi æquum poſtulo, ab hujus meæ ſententiæ exagitatoribus lubens impetrem, ut in examinando judicio meo ſolidis uti malint argumentis, meque erroris convincere, quam ita ſe mere & inique indicta cauſa, imperitiæ ac bonarum artium jejunitatis, damnare, idemque ſed in alios judicium exercendo, non tam inſtitutum meum carpere, quam ſcriptorum delectum pro lubidine ſua imperare. Non enim magis in hunc, quam in illum nobis ſcriptorem conceſſa ea libertas eſt: ad hæc eo magis illa in optimos quoſque utilis videtur, quo facilius ingentium virtutum ſplendore vitia obſcurantur, atque ad ignaros pro virtutibus ſemet venditant. Neque vero adeo rerum imperitus ſum ut illi volunt, bonarum ac artium jejunus, ut nec vitia nec virtutes in antiquis ſcriptoribus intelligam, nec quæ de illis publica exiſtimatio ſit, norim, qui ὡς γύπες πρὸς τὰ δυσώδη φέρονται, πολλοὺς μὲν λειμῶνας, πολλοὺς δὲ ἡδεῖς καὶ εὐειδεῖς τόπους ὑπερεπτάμενοι, exiguique animi, & omnino malevoli, malignique indicia produnt certiſſima. Verum potius illorum ſequor, & amo ſententiam, qui, *quandoque bonus dormitat Homerus*, non ſta-

tim

tim indignantur; ſed humanæ imbecillitati, pluribuſque, quæ nitent in carmine, virtutibus vitia nonnulla condonant; ita tamen, ut ne Chærilis parcant: ſicuti nec ego hoc capite Petronio parſurum me profiteor, in Trojæ Ἁλώσει, ſive Scholaſtico illi, qui Lucanum nobis corrigere volens, dum & ipſum Virgilium aut aſſequi cupit, aut imitari, tanto ſe utroque inferiorem oſtendit, quanto pumilio minor eſt gigante, cupreſſove humiles myricæ. Attigi aliquando, ſed leviter, ulcera quædam Ovidiana. Doluit ejus amatoribus, quibus in elegantiſſimo poëta

*Parvula pumilio eſt, chariton mia, tota merum ſal.* Lucret. l. IV.

Verum hæc mea ſemper fuit ſententia, ſi modo non omnino alieno, averſoque à *Gratiis* animo ſum, *parvulæ* non eſſe locum, ubi *Cataplexis, plenaque honoris* deſideratur. Hic ſi peccaro, non defugio notam eruditorum noſtrorum cenſoriam; nec recuſo in ærarios referri, ſuavibuſque inter ipſos ſermonibus, deriſus hunc ſtultitiæ meæ ferre fructum. Mollius ego cum ipſis agam, & humanius, utque ipſorum priora de me merita poſtulant, citaboque veros hos cenſores ad tribunal Rationis. Quin & ne ſibi in Petronio defenſionis præreptam copiam prætexant, utque elegantia contentionis profuturum publico ſcriptum eliciam, abſque ulla acerbitate, animique moleſtia, alio rurſus capite Virgilium cum Homero, & Senecam cum Sophocle conferam. Viderint illi, quibus hæc Critica diſplicet, ut quid ſolidi reponant. Hoc igitur agamus.

*Jam decuma moeſtos inter ancipites metus*
*Phrygas obſidebat meſſis, & vatis fides*
*Calchantis atro dubia pendebat metu.*

Cacozelon iſtud, *meſſis decima obſidebat.* nam, ut *meſſis* pro anno ponatur, pro quo Virgilius etiam *ariſtarum* vocabulo cum laude uſus eſt, ferri, imo etiam laudari poteſt: ſed ut meſſis urbem *obſidere* dicatur, tolerari nequit, quia extra naturam eſt. Peccat deinde Petronius in elegantiæ leges, repetendo poſt tam breve intervallum voculam *metus*: quem cur *atrum* vocet, non video. An, quia apud Horatium *poſt equitem ſedet atra cura*, homines etiam metu atricolores fieri putavit, quos ego exſangues pallere ſemper exiſtimavi? ſed hic *ater* pro triſti, vel *metus* pro cura ponitur. Age demus hoc: verum

*Quum Delio profante cæſi vertices*
*Idæ trahuntur:*

quis concedat hunc tumorem? ſylvæne ipſi *vertices* montium ſunt, quia in verticibus eorum creſcunt? Quis unquam veterum ita poëtarum? quis *vertices trahi* vel per ſomnum umquam vidit? aliter certe Ennius:

—— *Utinam ne in vertice Peliaco*
*Abiegna cæſa cecidiſſet ad terram trabes!*

Pergit noſter:

—— —— *Sciſſaque in molem cadunt*
*Robora, minacem quæ figurarent equum.*

Nihil in his ineſt ſani. Quid ſunt enim *ſciſſa in molem robora!* primum, quam tenuis vox *ſciſſa* conjuncta cum grandiloquis & ſonoris hiſce *molem, & robora, & cadunt?* deinde quomodo cadunt

dunt *robora* tum demum, poſtquam *in molem ſciſſa* ſunt? ſed æmulari voluit Virgilium, dicentem, veruntamen examinatius aliquanto,

——— *Sectaque intexunt abiete coſtas.*

qui & *in molem robora* ipſi ſuppeditavit, quum Danaos

——— *Immenſam Calchas attollere molem*
*Roboribus textis, cæloque educere juſſit.*

Tandem *minacem quæ figurarent equum.* Certe *minax* immanis ille equus fuit, *magnum Exitium Priami imperio, Phrygibuſque futurum.* Quinimo jam ipſis has minas naribus ſpirabat, ſicut deinceps

*Captiva pubes intus dum murmurat,*
*Roborea moles ſpirat alieno metu.*

ô quam belle hæc ſibi conveniunt! quam hæc *montis inſtar roborea moles* apprime eleganter *figurata* eſt, quæ nobis has elegantias peperit! nam & montes parturiunt aliquando, nequis me vaniloquum putet: ſed pariunt non minaciter *figuratos* equos, verum ridiculos mures.

*Aperitur ingens cloſtrum, & obducti ſpecus*
*Qui caſtra caperent.*

Apud Virgilium, *Laxat clauſtra Sinon*, ſed emiſſurus milites incluſos. *ingens* autem fecit hoc *cloſtrum* quia Virgilius *ingentes cavernas* equo tribuerat. & ſane *ingens* eſſe debuit, quod tota *caſtra caperet*: quum apud Virgilium *ingentes cavernæ delecta* tantum *virûm corpora* capiant. Quid igitur *dicemus*? nonne ipſum eum ſuperare Virgilium τῷ τῆς ἐννοίας ταύτης μεγέθει? ego vero abſque hæſitatione; ſed ut rana Æſopia bovem. At *obducti*, id eſt ſegmentis tabularum clauſi, *ſpecus*, quomodo capiunt caſtra? quomodo *huc irata*

*virtus abditur?* fateor me hoc non videre, quantumvis hoc cloſtrum apertum ſit. oculis enim meis tenebræ obductæ. an ſicut *aula* Luciliana *obducitur*, & retegitur, ita & hic *obducere* & *aperire* ſynonyma ſunt? Sic puto. ergo hanc Camarinam ne amplius moveamus: totum adhuc enim reſtat Augiæ ſtabulum perpurgandum.

*— Huc decenni prælio*
*Irata virtus abditur. Stipant graves*
*Equi receſſus Danai, & in voto latent.*

Ne *decenni* quidem *prælio* quiſpiam evincat, ut non hæc putida ſint, & inepta. Sunt tamen *equi receſſus graves*, inquiet aliquis. recte, quia *ingentes*: vel *graves* armis onuſtique potius *Danais*, qui, ne conſpicui ſint, *in voto latent*. Quid tum? cum votum pro equo potivo ponitur, ideone & hæc χολαςικὴ νόησις nos latet? non magis, ac hæc proxima.

*O patria! pulſas mille credidimus rates,*
*Solumque bello liberum: hoc titulus fero*
*Inciſus, hoc ad fata compoſitus Sinon*
*Firmabat, & mendacium in damnum potens.*

O divine poëta, quam tardus *Æneas* tuus fuit qui tam ſero exclamaverit,

*O patria, ô divum domus Ilium, & inclita bello*
*Mœnia Dardanidum!*

quum jam *fatalis machina muros ſcanderet*. At hic noſter, antequam

*Jam turba portis libera ac bello carens*

*In vota* properaret, præpropere ſane norat, quis fero titulus inciſus eſſet. Et hinc nata illa feſtina ac feſtiva exclamatio: cujus ſublimitatem

tem vocula *ſolum* mirifice erigit & ſuſtentat: multo tamen magis *mendacium in damnum potens*. quid? excidium Trojæ *damnum* vocabitur?

*Hoſtibus eveniant talia damna meis.*

ego certe eo facile ac lubens caruero.

*Jam turba portis libera, ac bello carens,*
*In vota properant. Fletibus manant genæ,*
*Mentiſque pavidæ gaudium lacrumas habet,*
*Quas metus abegit.*

Jam turba *portis* erat *libera*, quia paulo ante *ſolum bello liberum* erat. & *in vota properant* Troës. contra Danai *in voto latent*.

*Uſque adeo largos hauſtus de fontibus, magnis*
*Lingua ſuo ſuavis diti de pectore fundit.*

Quis jam neget Petronium copioſum ac diſertum? quis pumicem carere aqua? quis aridum neget & ſiccum eſſe Virgilium? nam quod ille ſimpliciter, & unico verſu,

*Ergo omnis longo ſolvit ſe Teucria luctu,*

videſis quam ornate id noſter, quam lepide, quam venuſte, verſiculis duobus! quis porro non admiretur hanc elegantem ſententiam,

*Mentiſque pavidæ gaudium lacrumas habet,*
*Quas metus abegit!*

quomodo mens pavida habere poteſt, quod metus abegit? & quomodo ea pavida, quum jam bello Troes carerent? ſed illa exornatio non erat negligenda, quæ ex oppoſitione contrariorum *gaudii, & lacrumarum, habendi & abiendi, metus & lætitiæ* naſcebatur. hem argutias! ſic ad ipſum ſublimitatis faſtigium pervenitur: quum ſcilicet in re ſeria laſcivimus.

——— *Jamque Neptuno ſacer,*
*Crinem ſolutus, omne Laucoon replet*
*Clamore vulgus.*

Antequam ſcilicet verbum vel de intuitu ipſius equi, vel de ejus in urbem inducendi conſilio ac diſputatione factum. Criticus hic aliquis *Neptuni ſacer*, pro *Neptuno*, legeret, ut apud Prudentium, *Chriſti Valeriane ſacer*, pro *Valeriano*, Criticorum noſtrorum quondam Princeps, & coryphæus Illuſtriſſimus ac Nobiliſſimus Heinſius emendavit, ſi tanti foret ineptire. Sed ſufficit ineptientem audire Petronium, cui Priamus, omneſque cum civibus effuſi Trojanorum principes *vulgus* ſunt, quia Virgilio poſt duorum principum diverſas ſententias

*Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.*

Belle ſane. At Virgilius honeſtiore eos nomine *cives* compellari facit, quod omnes promiſcue complectitur, tam magnates, quam reliquam plebem.

—— *Mox reducta cuſpide*
*Uterum notavit. fata ſed tardant manus*
*Ictuſque reſilit, & dolis addit fidem.*

Quid hoc, *reducta cuſpide?* grande profecto verbum, *cuſpis* pro haſta: Sed quid, *reducta cuſpis* an retrorſum acta, ut majore vi emitteretur? fateor me hanc phraſin hactenus ignoraſſe: quare illam notabo, non ſecus atque illa cuſpide *Uterum notavit* Laocoon. quem ego (pace hoc dixerim poëtarum idipſum affirmantium) non Neptuni ſacerdotem fuiſſe puto, ſed populi Trojani cenſorem. adeo oportune & vulgus caſtigavit, & equinum uterum cenſoria nota

nota infamavit. Vah, quam nihili præ hoc Laocoon ille Virgilianus, qui tanto labore

——— *Validis ingentem viribus haſtam*
*In latus, inque feri curvam compagibus alvum*
*Contorſit.*

Quum hic tam facile, tam nullo negotio, poſtquam omne vulgus clamore impleſſet, reducta cuſpide uterum *notaverit!* o virum fortem & ſtrenuum, dignumque, *cujus fata retardent manus!* nam abſque eo fuiſſet, etiam ſic tantillo impetu, ipſum equum reducta cuſpide pro tropæo portæ Scææ affixiſſet, omni inpoſterum exitu Danais negato, atque intercluſo. Lubet hic lamentari,

*O Troja, o Patria, o Pergamum, o Priame,*
*periſti ſenex,*

quia Petroniano Laocoonte caruiſti! Quid? quod jam audire mihi videor ingentem, & ad inſtar devolutorum tonitruum ſonorum *ictum, qui reſilit, & dolis addit fidem.* Adeo graviſonæ, ſi dis placet, vocales aures meas implent, & perſtrepunt: adeo

*Inſonuere cavæ, gemitumque dedere cavernæ.*

*Iterum tamen confirmat invalidam manum,*
*Altaque bipenni latera pertentat.*

*Invalidam* Laocoonti *manum* tribuit, cui *validas* vires dederat Virgilius. egregie. Sed nil valebat ſcilicet contra fata: unde & Virgiliana *haſta*, & Petroniana *cuſpis* in *bipennem* mutatæ ſunt, qua *alta latera pertentat*, ſi forte Ovidianæ Metamorphoſeis inde effundantur: quo ipſi *tacitum pertentent gaudia pectus.* Ob iſtam pertentationem

——— *Fremit*
*Captiva pubes intus, &, dum murmurat,*
*Roborea moles ſpirat alieno metu.*

*Intus* dicit, & vere. nam in equum abdita erat. hoc docendus eras lector. de *Roborea hac mole* ſupra non nihil diximus. quod autem ait eam ſpirare alieno metu, tale quid de tauro Phalaridis legiſſe me memini, qui gemitus incluſorum mugitu ſuo repræſentabat: de equo Trojano non memini. Donabimus igitur hoc equo Petroniano, qui procul dubio tubulos è ventre in os per collum deductos habuit, unde emiſſus ille metuentium ſpiritus. Sed en novas argutias, ſi priores non ſuffecerint.

*Ibat juventus capta, dum Trojam capit.*
*Bellumque totum fraude ducebat nova.*

Illi igitur, qui patriæ narrat excidium, in vocum ludere repetitione vacat? at quomodo juventus totum *bellum fraude duxerit*, velim aliquis dicat. an ut *blandis ducitur hora dolis*, apud Propertium? ἢ δῆλον, ὡς χολαστικὴ νόησις ὑπὸ περιεργίας λήγει εἰς ψυχρότητα?

*Ecce alia monſtra. Celſa qua Tenedos mare*
*Dorſo repellit, tumida conſurgunt freta;*
*Undaque reſultat ſciſſa tranquillo minor.*

*Ecce* alia *monſtra*, quia Virgilius, *Ecce manus juvenem.* & deinde, *Hic aliud majus miſeris* &c. Sed ubi ſunt monſtra priora? equus erat *monſtrum horrendum, informe, ingens*, inſtar montis. Nunc *Tumida conſurgunt freta*, propter duos angues ſcilicet. Corrupta judicia, ubi celſa affectant, ad *tumida* delabuntur. hinc *unda reſultat*, eaque *ſciſſa*, & quidem *tranquillo minor*. quod quid ſit neſcio, &, quamvis inconſulto criticorum prin-

cipe, pro *mari* nobis à deſcriptoribus ſubjectum puto. Virgilius enim Tenedo *tranquilla per alta* adveniſſe angues dixit, quem Petronius æmulatus eſt.

*Qualis ſilenti nocte remorum ſonus*
*Longe refertur, quum premunt claſſes mare,*
*Pulſumque marmor abiete impoſita gemit,*

Ego vero ab iſtis tumidis fretis longe majorem ſtrepitum exſpectaveram. Sed *longe refertur*, & ego ſurdaſter ſum. Simpliciter Virgilius, *fit ſonitus ſpumante ſalo.* recte. Sed quantos iſtos angues fuiſſe Petronius imaginatus eſt, qui non uni eos claſſi, quod ad ſonitum, comparavit, præſertim dum *pulſum marmor abiete impoſita gemit?* quorſum item hæc nunc adhibita comparatio, quum poſt paulo demum de caudarum ſonitu locuturus ſit? ſcilicet ut reſpiceremus. ad quid quæſo

*Reſpicimus: angues orbibus geminis ferunt*
*Ad ſaxa fluctus.*

Utri ferunt, fluctus, an angues? ambigua ſane oratio eſt. Si feruntur à fluctibus, per quam ignavi ſunt præ illis Virgilianis: qui *immenſis orbibus*

*Incumbunt pelago, pariterque ad litora tendunt*

ſin ipſi ferunt fluctus, id eſt ad littus propellunt, cur non *immenſis* potius, quam *geminis orbibus?*

*——— ——— Tumida quorum pectora,*
*Rates ut altæ, lateribus ſpumas agunt.*
*Dant caudæ ſonitum.*

Superius *tumida* fuerant *freta* ab anguibus, quibus nunc *tumida pectora* nec mirum, quia *rates ut*

*altæ*. Virgilius *arrectis inter fluctus pectoribus* contentus erat, quia hic denum vel duodenum circiter pedum anguibus deſcribendis ſufficere videbatur: noſter nobis pro anguibus balenas repræſentat. Ἀλλὰ τὸ μὲν οἰδοῦν ὑπεραίρειν βούλεται τὰ ὕψη.

*——— ——— Liberæ ponto jubæ*
*Conſentiunt luminibus: fulmineum jubar*
*Incendit æquor, ſibiliſque undæ tremunt.*

*Liberæ ponti jubæ*, ut ſupra *juventus portis libera*, & *ſolum bello liberum*, mira varietate copiaque ſermonis *Conſentiunt luminibus*. optime. nam *Concordia res parvæ creſcunt*. hinc ex adunato fulgore ipſum *fulmineum jubar incendit æquor*. Sed hoc nihil. *ſibilis undæ tremunt*. pulcerrime; quia apud Virgilium *ſtetit* haſta *tremens*. quam vero tremuiſſe Trojanos exiſtimandum eſt, quum illos ſibilos audirent, quîs ipſæ undæ tremerent! ergo

*Stupuere mentes. Infulis ſtabant ſacri*
*Phrygioque cultu, gemina nati pignora*
*Lacoonte, quos repente tergoribus ligant*
*Angues coruſci.*

*ſacri infulis*, quid hoc eſt? nam qui *ſacros* hic interpretatur ſacerdotes, næ ille hirco ſupponit cribrum, dum alter eum mulget. Sed unde hoc accepit, Laocoontis filios infulatos fuiſſe? cur non *& tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ*? nam de *Phrygio cultu*, niſi Petronius nos monuiſſet, nemo noſtrum ne cogitaſſet quidem: adeo obtuſa pectora geſtamus. potuiſſent enim pro patria veſte vel Getico, vel Indorum ornatu cultuque inſignes patri adfuiſſe *gemina* illa *pignora* Laocoontis, *nati Laocoonte*. hui elegantias! atqui nihilominus illos *repente*, antequam ſcilicet ad litus ap-
pu-

# De PLANETIS, ſeu VI CLAVIBUS BASILII VALENTINI.

| PLANETARUM. | ANGELI. | MUNIA. | INSIGNIA. | ARTES. | VIRTUTES. | SIGNA CÆLESTIA. | GEMMAE. | COLORES. | OPERATIONES. | QUALITATES. Operationum. | AETAS. | TEMPORA Anni & diei. | FIX |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Mercurii, | Raphaël. | Cancellarius. | Caduceus. | Arithmetica. | Temperant. | Virgo, Gemini. | Cryſtallus. | Omnes. | Coagulatio. | Terrea. | Sperma. | Hyems, prima nox. | - - |
| Saturni, | Oriphiel. | Curopalata. | Falx. | Aſtronomia. | Fides. | Capricornus, Aquarius. | Granatus. | Niger. | Putrefactio. | Aquea. | Conceptus. | Hyems, nox intempeſta. | Prima |
| Jovis, | Zachariel. | Mareſchallus. | Sceptrum. | Rhetorica. | Spes. | Sagitarius, Piſces. | Topaſius. | Albus, Flavus, cærul. & cinereus. | Fermentatio. | Aerea. | Infantia. | Ver, Diluculum. | Prima |
| Martis, | Samuel. | Dux belli. | Haſta & gladius. | Geometria. | Fortitudo. | Aries, Scorpius. | Rubinus. | Purpureus. | Liquefactio. | Ignea. | Pueritia | Ver, Aurora. | Secun |
| Veneris, | Anaël. | Pro Regina. | Flores varii coloris. | Muſica. | Charitas. | Libra, Taurus. | Smaragdus. | Viridis, Rubeus. | Revivificatio. | Aetherea. | Adoleſcentia. | Aeſtas, dies plenus. | Secun |
| Lunæ, | Gabriel. | Regina. | Veſtis argentea. | Dialectica. | Prudentia. | - - - - | Sapphirus. | Albus, Cæruleus. | Calcinatio. | Cinerea. | Juventus. | Aeſtas, Meridies. | Terti |
| Solis, | Michael. | Pro Rege. | Bilanx. | Grammatica. | Juſtitia. | Cancer, leo. | Carbunculus. | Aureus, Fulvus. | Conjunctio. | Spiritualis, & Cæleſtis. | Virilitas. | Autumnus, dies abſolutus. | Terti |

pulisſent, *tergoribus ligant angues coruſci*, quorum fulmineum jubar incendebat ipſum æquor.

*——— Parvulas illi manus*
*Ad ora referunt: neuter auxilio ſibi,*
*Uterque fratri tranſtulit pias vices;*
*Morſque ipſa miſeros mutuo perdit metu.*

Sit tibi terra gravis, Virgili, qui tam egregium nobis, ac tam illuſtre pietatis caritatiſque fratrum mutuæ exemplum invideris. Quid vero tibi boni precer, Petroni, qui tam grandi nos beaſti bono? quid? niſi ut te perpetuum pueros inter *atque magiſtrorum jubeam plorare cathedras.* Nihil præ his Laocoontis filiolis Arria Pæti; qui uterque pereunt fraternæ mortis metu. o fortes pueros, & in ipſa Socratis, aut Zenonis ſchola educatos! non mirum igitur, ſi parens tam ſedulo ad eorum tutandam vitam accurrit.

*Accumulat ecce liberum funus parens*
*Infirmus auxiliator.*

*Funera* carminis ratio non admiſit. ideo *funus* unum duorum fuit, ſicut mox una *mors*. *Ecce* vero, ſed nimis ſero, infirmus *auxiliator* accurrit: qui ipſe auxiliatore egebat, ut hæc paulo eſſent ſublimiora. nam Virgilius ſubmiſſius, *poſt ipſum auxilio ſubeuntem.* quare

*——— ——— Invadunt virum*
*Jam morte paſti, membraque ad terram trahunt.*

procumbit igitur humi bos. Sed apud Virgilium prius aliquamdiu cum anguibus luctatur Lacoon, *virum* ſe præſtat, quod hic non facit, quum eum *invadunt* angues *jam morte paſti*. Merum nobis hic lac gallinaceum Petronius propinat: contra ea acetum Virgilius, cum dicit,

cit, *& miſeros morſu depaſcitur artus?* Verum οὐδὲν ξηρότερον ὑδρωπικοῦ.

> *Jacet ſacerdos inter aras victima,*
> *Terramque plangit. Sic profanatis ſacris*
> *Peritura Troja perdidit primum deos.*

Satis hæc picta ſunt & arguta. Nam ſine lepore res tam ſuavis tranſigi non poteſt. Sed qui ſic amiſſi dii ſunt? quis illa ſacra profanavit? anguesne, an Laocoon? Trojanorum credo hæc culpa fuit, & hinc ob tantum ſcelus irati dii Trojam reliquerunt, quod enim immanius excogitari poteſt, quam quod *ſacerdos* in littore, ubi nullæ erant, *inter aras victima jacet*? At abſque hoc imitatio Virgilii non procederet, apud quem *Exceſſere omnes adytis, ariſque relictis Dii.*

> *Jam plena Phœbe candidum extulerat jubar*
> *Minora ducens aſtra radianti face.*

Interea dum angues iſti Laocoontem ut victimam mactant. Nil interim à Trojanis factum: non inductus in urbem equus, non ad templa, nec ad epulas concurſum. hæc omnia Petronius nihili fecit, & ne commemoranda quidem duxit, mira brevitate, ut ſcilicet *plena Phœbe aſtra minora duceret radianti face*, eodem tempore, quo apud Virgilium

> ——— ——— *ruit Oceano nox*
> *Involvens umbra ingenti terramque polumque,*

quoque Argiva phalanx ad urbem accedit *per amica ſilentia lunæ*. Sed hæc nullius momenti: aſtra vero ad choream ducere majoris erat operæ pretium, quod ſine radianti face luna præſtare non poterat. abſque illa namque, in tenebris fortean cæſpitaſſent.

*Quum*

*Quum inter ſepultos Priamidas nocte & mero*
*Danai relaxant cloſtra, & effundunt viros.*

*Nocte* pro ſomno, elegans & perquam tempeſtivus hic eſt tropus, præſertim ubi jam Luna plena candidum extulerat jubar; ego vero *ſepultos* in tanta luce verſari neſciebam Unde porro hi *Danai*, qui *cloſtra relaxant?* Sinoni deerat hoc muneris Virgilius: & ſic emiſſi principes

*----- Cædunt vigiles, portiſque patentibus omnes*
*Accipiunt ſocios.*

At hic tropus eſt, inquiet aliquis, ſeu mutatio numeri. agnoſco ingenium, ſed multo etiam magis judicium poëtæ. dein *Danai effundunt viros*, quia apud Virgilium, *Arduus armatos mediis in mœnibus aſtans Fundit equus.* Doctum imitatorem! Hæc vero plane Jovis cerebrum, quæ ſequuntur:

*Tentant in armis ſe duces, ceu uti ſolet*
*Duro remiſſus Theſſaliæ quadrupes jugo*
*Cervicem & altas quatere ad excurſum jubas.*
*Gladios retractant, commovent orbes manu;*
*Bellumque ſumunt.*

Quam ineptus præ Petronio Virgilius, qui hæc ne cogitavit quidem, & tam feſtivam nobis comparationem neglexit! Eſt enim perquam credibile, hominum, qui tamdu in equo latuerant, ſtupefacta fuiſſe genua ſedendo, brachiaque obriguiſſe frigore. Illam igitur ſegnitiem hac armorum ventilatione & rotatione clypeorum jure illis ac merito demit auctor, cujus ſublimes ſenſus vix aſſequor, imo nec elegantias dicendi. quid enim hic eſt *bellum ſumere?* Anteane ſolida pax

erat?

erat? ſed hi boni milites ad prælium ſe pa-
rant.

——— *Hic graves alius mero*
*Obtruncat, & continuat in mortem ultimam*
*Somnos.*

Paulo jam ante *ſepulti mero Priamidæ.* ſed *merum* quoque ſepelire memoriam dicitur. quum ve-ro *in mortem ultimam ſomnos continuat* Petronius, vi-detur mihi perquam facetus, qui in alieni morte ludere ſuſtineat. Quid? Virgilius igi-tur tam tardus ingenio, qui iſtius modi argu-tias nec hic, nec lib. IX Aen. excogitare po-tuerit? ſcilicet. At Petronius mirum in mo-dum ἐπινοητικός. ideoque ſtatim

——— *Ab aris alius accendit faces*
*Contraque Troas invocat Trojæ ſacra.*

ſupplice genu, & oratione longa, & com-poſita. Qui enim pote melius? Præclare igi-tur ſcholaſticus noſter, ſeu potius (ne quam illi injuriam faciam, utque illos homines placem, qui hanc criſin meam non tam ægre ferunt, quam in compotatiunculis ſuis ſua-viter rident) ſcholaſticorum princeps, amor que & deliciæ eruditorum, tragicam hanc ſuam finiit cantilenam, & argutum carmen argutiſſima ſententiola obſignavit. Audiamus contra Virgilium:

——— *Fracti bello fatiſque repulſi*
*Ductores Danaum, tot jam labentibus annis,*
*Inſtar montis equum divina Palladis arte*
*Aedificant, ſectaque intexunt abjete coſtas.*
*Votum pro reditu ſimulant: ea fama vagatur.*
*Huc delecta virum ſortiti corpora furtim*
*Includunt cæco lateri: penituſque cavernas*

*Ingentes, uterumque armato milite complent.*
*Nos abiiſſe rati, & vento petiiſſe Mycenas.*
*Ergo omnis longo ſolvit ſe Teucria luctu.*
*Panduntur portæ: juvat ire & Dorica caſtra,*
*Deſertoſque videre locos, littuſque relictum.*
*Primus ibi ante omnes, magna comitante catervæ*
*Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce:*
*Et procul, o miſeri, quæ tanta inſania, cives?*
*Creditis avectos hoſtes? aut ulla putatis* &c.
*Sic fatus validis ingentem viribus haſtam*
*In latus, ingue feri curvam compagibus alvum*
*Contorſit. Stetit illa tremens, uteroque recuſſo*

*Fracti bello.* modeſta eſt, ſed efficax & uſitata latio. *fatiſque repulſi.* & hæc talis eſt.
*Ductores Danaum.* recte. nam conſilia ad Du- pertinent. *tot jam labentibus annis*; nihil hic nidum, neque item abjectum.
*Inſtar montis.* Hyperbole, cujus frigus tolli-, quia *Divina Palladis arte.* Dis nil niſi ma- um convenit.
*Sectaque intexunt abiete coſtas.* ex ipſa natura hæc cuntur.
*Votum pro reditu ſimulant,* &c. neque hæc tur- at, & eſt vitæ conveniens narratio.
*Corpora virum*, periphraſis perquam uſitata.
*Cæco læteri.* id eſt obſcuro. & hæc inaudax nſlatio eſt.
*Cavernas ingentes.* quia equus erat inſtar mon-

*Armato milite.* non totis caſtris, ut Petronius. que hic ſingularis numerus valde aptus hoc o ad veram orationis granditatem.
Sequentia nihil habent affectati, aut fri- i. *Omnis Teucria.* ut apud Herodotum ὅλον ον. *longo luctu.* mire id adjectivum doloris

tem-

tempus diuturnum exprimit. præterea verſ[illegible] ipſe moram adjuvat tarditate, quia me[illegible] conſtat ſpondæis.

*Panduntur portæ.* res per præſentis tempo[illegible] verbum nunc agi videtur.

*Juvat ire.* ipſa voluptas, quam ex hac liber[illegible]tione omnes ceperant, hoc verbo demo[illegible]ſtratur.

*Ardens.* Laocoontis animi ardor errorem c[illegible]vium tanto cum periculo conjunctum cor[illegible]peſcere volentis hinc mirum in modum eluce[illegible]

*Validis,* &c. adjuvant hæc ſe invicem, & a[illegible] augent.

*Inſonuere cavæ, gemitumque dedere cavernæ.*
*Et ſi fata deum, ſi mens non læva fuiſſet,*
*Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.* &c.
*Laocoon, ductus Neptuno ſorte ſacerdos,*
*Sollemnes taurum ingentem mactabat ad aras.*
*Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta*
*(Horreſco referens) immenſis orbibus angues*
*Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendu[illegible]*
*Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubæque*
*Sanguineæ exſuperant undas; pars cetera pontum*
*Pone legit, ſinuatque immenſa volumine terga.*
*Fit ſonitus ſpumante ſalo: jamque arva tenebant*
*Ardenteſque oculos ſuffecti ſanguine & igni,*
*Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.*
*Diffugimus viſu exſangues. Illi agmine certo*
*Laocoonta petunt, & primum parva duorum*
*Corpora natorum ſerpens amplexus uterque*
*Implicat, & miſeros morſu depaſcitur artus.*
*Poſt ipſum auxilio ſubeuntem ac tela ferentem*
*Corripiunt, ſpiriſque ligant ingentibus, & jam*
*Bis medium amplexi, bis colloſquammea circum*
*Terga dati, ſuperant capite & cervicibus altis.*
*Ille ſimul manibus tendit divellere nodos,*

*I[illegible]*

*Perfuſus ſanie vittas, atroque veneno:*
*Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit.*
*Incluſos utero Danaos, & pinea furtim*
*Laxat clauſtra Sinon. Illos patefactus ad auras*
*Reddit equus, lætique cavo ſe robore promunt.*
*Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultam.*
*Cæduntur vigiles; portiſque patentibus omnis*
*Accipiunt ſocios.*

*Inſonuere cavæ.* Nihil hic tumidi.

*Laocoon ductus.* Hæc certe elegantia & nitida cum gravitate.

*Ecce.* Oportune. Nam hic excitandus auditor erat ad novitatem caſus accipiendam cum attentione.

*Immenſis orbibus.* Nam poſtea dicet collo eos & capite ſuper Laocoontem exſtitiſſe. Et ideo quoque *horreſcit referens.*

*Jubæque.* hæc ex ipſa deſumta veritate: nihil in his turgidum.

*Fit ſonitus.* Sed nulla ejus magnitudo exprimitur.

*Ardenteſque oculos.* non poſſunt verius aut elegantius depingi.

*Diffugimus viſu exſangues.* ita monſtrorum immanitas merebatur.

*Agmine certo.* ut oſtendat non caſu hoc accidiſſe, ſed numine Deum.

*Parva.* ad commiſerationem hoc epitheton additur. Hic autem nihil nugarum, ut in Peronio.

*Spiris ligant ingentibus.* ſupra *immenſis orbibus.* ad terrorem incutiendum. Debebantque eſſe ingentes, quæ bis medium amplexi, bis collocircumdati cervicibus altis, & capite ſuperarent.

*Ille ſimul.* Illud *ſimul* repetitum celeritatem maobruentis indicat, ideoque oratio eſt ἀσύνδετος.

*Vittas*. ad commiſerationem utpote cui nihil profuerit ſacerdotium. *Clamores ſimul horrendos*. nam horrenda ſane eſt hæc mortis facies: & illud *horrendos* inſigniter diritatem abominandi mali, angoremque reluctantis, ſed fruſtra, Laocoontis exprimit. *Incluſos utero*. ſequentia hæc ſimpliciter narrantur, & graviter: nihil in his ad oſtentationem ſcholaſticæ concinnitatis: nullæ argutiæ.

Non poſſunt autem de ſingulis multa dici, quia omnia bona ſunt, & exactum judicium poëtæ emendatiſſimi, & Latinorum omnium principis, facile produnt.

Quæret aliquis fortaſſe, quæ mea de altero Petronii carmine, quo bellum civile Cæſ. & Pompeji deſcripſit, ſententia ſit? quamquam multa ſunt, quæ me deterrere poſſint, quo minus eam libere promam, tamen id quoque invidiæ in gratiam ſtudioſæ juventutis admittere non gravabor. Eſt igitur hoc carmen, me judice, plane declamatorium, & tantum a Lucani, quem figurate perſtringit, magnitudine remotum, quantum flammulæ ex ſtipulis excitatæ ab ardore ac ſplendore ſolis, aut torrentes rivuli ab Euphrate, vel Nilo diſtant. Excutiatur totum carmen; enucleentur ſingulæ partes: inania omnia, diſſoluta, putida deprehendentur: & ſi quid in eo magnitudinem aliquam reſipere videtur, id ipſum ab aliorum imitatione derivatum eſt. Inventio certe inepta eſt, & ſcholaſtica: & quum Lucanum arguat, quod non per Deorum miniſteria, & fabuloſum ſententiarum tormentum, liberum ſpiritum præcipitet, ipſe

verr

vere inſanit, dum ſe furentis animi putat uti vaticinatione. Adverte, quæſo, quiſquis hæc legis, quam inſulſe poſt illam futilem, & ad oſtentationem comparatam declamationem in ſui ſeculi luxum, Ditem patrem ex orco evocet, qui Fortunam inepta oratione laceſſat. Diti ſcilicet Romana luxuria curæ eſt. Hoc Ditem, *& manes credit curare ſepultos.* Numquam me legiſſe memini Plutonem ſupera curare. Jovem didici, & Deos ſuperos rebus humanis providere. Sed quia Romani tellurem molibus inſanis perfodiebant, ideo Fortunæ injungit, ut *mutet pacatum in prælia vultum.* Vides, quam graves cauſſæ tantarum irarum. Dein, quam ſtulta ratio, *Jampridem nullo perfundimus ora cruore, Ex quo Syllanus* &c. Ergo pro tellure bibit ſanguinem, cum bella geruntur: & Galli Germanique, & reliqui populi, à Cæſare, aliiſque, tanto numero, ac tot bellis cæſi, devenere credo in limbum, ſeu, ut vocant, purgatorium aliquod, in quo ad tempus ſubſtiterint, antequam ad Plutona pervenirent. Quam vero comis eſt ille Pluto, qui *tellurem rupto ſolvit hiatu*, ut Fortunæ dextram porrigat? Apage ineptias. Tandem Diſcordia venit cantico ferme peracto, & μετὰ τ̃ ἑορτὴν, ut Plato ait. Ecce quam belle bonus Petronius Deorum adhibuerit miniſterium, ut tam grande carmen abſolveret. Sed & diſpoſitio nulla eſt; nec valet elocutio. Nimirum tam multa inepta, frigida, turgida, inſana, puerilia, cum quod ad ſenſus, tum quod ad ipſam elocutionem reperias, ut me judicii tot eruditorum hominum pudeat, qui hæc vel non adverterint, vel non monuerint. Non

enim extra ſanitatem modo ſunt, ſed & extra naturam.

## CAp. IV.

### *Sophoclis in imitando Herodoto judicium expenſum.*

DIſtinguere hoc opuſculum decrevi; Phyſiciſque ac Chemicis ferculis Critica intermiſcere bellaria, quorum jam guſtum præcedentibus capitibus dedi, ſi qua forte poſſim lectoris

*——— Varia faſtidia cæna*
*Vincere, tangentis male ſingula dente ſuperbo.*

Nobilis exſtat apud Herodotum hiſtoria, quæ mihi digna viſa, quam cum ficta quadam alia e Tragoediis Sophoclis conferrem, atque hujus in ea poetæ judicium accuratius expenderem. Intaphernes unus de ſeptem illis nobiliſſimis Perſarum, qui in fratrum magorum perniciem cædemque conjurarant, fœdo in regia edito facinore a Dario rege in vincula conjectus, cumque omni familia ac propinquis neci deſtinatus erat. Uxor autem aſſidue ad fores regiæ ventitando, plorando, lamentandoque hactenus Darium commorat, ut unius ei ex omnibus ſuis ſervandi capitis optionem daret. Ἡ δὲ βουλευσαμένη ὑπεκρίνατο τάδε. Εἰ μὲν δή μοι διδοῖ βασιλεὺς ἑνὸς ψυχὴν, αἱρέομαι ἐκ πάντων τὸν ἀδελφεόν. Cum rex admirabundus cauſam antelati marito liberiſque fratris, quo propiores illi, charioreſque eſſe debere videbantur, quæreret, reſpondit illa: ὦ βασιλεῦ, ἀνὴρ μέν μοι ἂν ἄλλος γένοιτο, εἰ δαίμων ἐθέλοι, καὶ τέκνα ἄλλα, εἰ ταῦτα ἀποβάλλοιμι. Πατρὸς δὲ καὶ μητρὸς οὐκ ἔτι μευ ζωόντων, ἀδελφεὸς ἂν ἄλλος οὐδενὶ τρό-

τρόπῳ γένοιτο· ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρεομένη ἐξέλεξα ταῦτα. lege potius, ἐξέλεξα τοῦτον, ſcil. fratrem. Diciturque Darius & conſilium probaſſe, & eo facto delectatus filii quoque natu maximi vitam feminæ conceſſiſſe, ceteris, uti decrerat, interfici juſſis. Sophocles, poëta Tragicus, cujus virtutes longe ſupra meam laudem ſunt, æqualis, aut aliquanto junior Herodoto, (natus enim eſt circa Olympiada LXXIII; Herodotus autem Olympiade floruit LXXVII.) certe poſt Herodotum Antigonen fabulam docuit, in qua hæc eadem ſententia occurrit. Sed exponendum prius argumentum fabulæ videtur, quo res tota melius cognoſci poſſit. Creon Thebanorum Rex, Eteocle & Polynice mutuis vulneribus abſumtis, abjici Polynicem inſepultum juſſerat, pœna capitis ſtatuta ei, qui ſepeliret. Antigone neglecta lege conata fratris cadaver terræ mandare, & in eo conatu deprehenſa, damnataque, ut viva in ſpeluncam, ſeu cavernam ſubterraneam, concluderetur, hiſce ſuam calamitatem verbis deplorat:

——— Νῦν δὲ, Πολύνεικες, τὸ σὸν
Δέμας περιστέλλουσα τοιάδ' ἄρνυμαι.
Καίτοι σ' ἐγὼ τίμησα τοῖς φρονοῦσιν εὖ.
οὐ γάρ ποτ', οὔτ' ἂν εἰ τέκνων μήτηρ ἔφυν,
οὔτ' εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο,
Βίᾳ πολιτῶν τόνδ' ἀνηρόμην πόνον.
Τίνος νόμου δὴ ταῦτα πρὸς χάριν λέγω;
Πόσις μὲν ἄν μοι κατθανόντος, ἄλλος ἦν,
Καὶ παῖς ἀπ' ἄλλου φωτὸς, εἰ τοῦδ' ἤμπλακον,
Μητρὸς δ' ἐν ᾅδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν
Οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς, ὅστις ἂν βλαστοῖ ποτέ.

Τοιῷδε μέντοι σ' ἐκπροτιμήσασ' ἐγὼ
Νόμῳ, Κρέοντι ταῦτ' ἔδοξ' ἁμαρτάνειν.

Marito, dicit illa, filiiſque prælaturam ſe fuiſſe, ſi illos habuiſſet, Polynicen fratrem, quia parentibus mortuis alium fratrem ſperare non poterat. Sicut contra alterius mariti priore amiſſo, aliorumve ex alio patre liberorum ſpes erat, ſi & his aliquid humani acciditſet. Neſcio, quo judicio hæc Sophocles ſcripſerit. Longe enim alia ratio eſt uxoris Intaphernis. Illa namque vivum fratrem ſervare, mortique eripere deſtinatæ maluit, quam vel conjugem, vel filium. Sed quum jam Polynices illuc iſſet, unde negant quemquam redire, quid Antigonen hæc optio juvare potuiſſet? Neque enim mortuum illa fratrem in vitam revocare poterat, ut ſic diutius illo frueretur, ad exemplum uxoris Intaphernis. Inter mortuos autem hæc electio, præterquam quod ſupervacanea erat, injuſta etiam fuiſſet. Plus enim defuncto marito debet uxor, quam fratri: imo & plus ſuis natis, quia hi ſanguis de ſanguine, maritus ὁμόψυχος, ſeu potius ψυχὴ μία, frater autem ὅμαιμων tantum. Quin &, ſi de officiis diſputatio hæc eſſet inſtituta, exacte illud, quod ab uxore conjugi debetur, conſiderantibus, peccaſſe uxor Intaphernis videri poſſit, & ab officio aberraſſe. Qui namque officium ſuum recte exſequi cupit, eum intueri oportet, non quid ſibi maxime gratum ſit, ac volupe, ſed quid alteri præſtare teneatur. Jam vero bonæ conjugis officium eſſe nemo negaverit, patrem & matrem derelinquere, & adhærere marito ſuo: quanto magis eidem fratrem poſtponere?

Egregie Texena ad maritum Agathoclem: *Nubendo ſe non proſperæ tantum, ſed omnis fortunæ iniſſe ſocietatem: nec invitam periculo ſpiritus ſui emturam, ut extremos viri ſpiritus exciperet.* Quid factu: am hanc fuiſſe exiſtimabimus, ſi mariti redimere vitam licuiſſet? Decantata theatris fabula eſt Alceſtidis: celebrata hiſtoriis virtus Porciæ Bruti, Calpurniæ Antiſtii, Arriæ Pæti. & laudabilis, licet in impia femina, fides Herodiadis, conjugi, cui calamitatis cauſa fuerat, exilii ſocia. Queis, & multis id genus aliis exemplis probari facile poteſt, priores ab uxore marito deberi fidei & amoris partes, quam fratri, uti male ab Intaphernis uxore, Regeque Dario judicatum. Juſtin. lib. XXIII. 2.

## CAP. V.

### *Amphiarai Ara Chemice enarrata.*

PRomiſi capite ſecundo uberiorem Aræ Amphiarai expoſitionem. Ergo igitur jamnunc fidem liberabo. Deſcribit eam Pauſanias his verbis: Παρέχεται δὲ ὁ βωμὸς μέρη ε′. τὸ μὲν Ἡρακλέους, καὶ Διὸς, καὶ Ἀπόλλωνός ἐστι Παιῶνος: τὸ δὲ ἥρωσι καὶ ἡρώων ἀνεῖται γυναιξί. τρίτον δὲ Ἑστίας καὶ Ἑρμοῦ, καὶ Ἀμφιαράου, καὶ τῶν παίδων Ἀμφιλόχου. Ἀλκμαίων δὲ, διὰ τὸ ἐς Ἐριφύλην ἔργον οὔτε ἐν Ἀμφιαράου τινὰ, οὐ μὴν οὐδὲ παρὰ τῷ Ἀμφιλόχῳ τιμὴν ἔχει. Τετάρτη δέ ἐστι τοῦ βωμοῦ μοῖρα Ἀφροδίτης, καὶ Πανακείας, ἔτι δὲ Ἰασοῦς, καὶ Ὑγιείας, καὶ Ἀθηνᾶς Παιωνίας. Πέμπτη δὲ πεποίηται Νύμφαις, καὶ Πανὶ, καὶ ποταμοῖς Ἀχελῴῳ, καὶ Κηφισῷ. Sed explicari hæc ara non ſat commode poteſt, niſi prius ea, quæ de Amphiarao ejuſque uxore Eriphyle, à Mythologis narrantur, fuerint cognita. In Attic.

Ita igitur de illis Hyginus: *Amphiaraus Oïclei & Hypermeſtræ Theſtii filiæ filius augur. Hic ſcivit, ſi ad Thebas oppugnatum iſſet, ſe inde non rediturum. Itaque celavit ſe, conſcia Eriphyle conjuge ſua, Talai filia. Adraſtus autem, ut eum inveſtigaret, monile aureum è gemmis fecit, & muneri dedit ſorori Eriphylæ: quæ doni cupida conjugem prodidit. Amphiaraus Alcmæoni filio ſuo præcepit, ut poſt ſuam mortem pœnas à matre exſequeretur. Qui poſtquam apud Thebas à terra eſt devoratus, Alcmæon memor patris præcepti, Eriphylen matrem ſuam interfecit, quem poſtea furiæ exagitarunt.* Nemo, quod ſciam, vel per ſomnum hactenus vidit, quid hæc fabula ſibi vellet, quidve ſignificaret. Continet enim Thebani belli hiſtoria, cujus hæc pars eſt, inſigne naturæ arcanum: eſtque mera ſeries, & contextus operationum naturalium, in creatione τοῦ παντὸς Chemici à ſapientibus obſervatarum, & ſub fictis illis nominibus abſconditarum. Quin & omnis ferme fabularis hiſtoria nil aliud com-
Origenes l. VII contra Celſum. plectitur. ὅσα γὰρ μυστικώτερα ἦν, καὶ ἐποπτικώτερα, καὶ ἐχόμενα θεωρίας τῆς ὑπὲρ τὴν πάνδημον ἀκοὴν, ταῦτα δὲ αἰνιγμάτων, καὶ τῶν καλουμένων σκοτεινῶν λόγων ἀπεφήναντο ἵν' οἱ μὴ φευγοπονοῦντες, ἀλλὰ πάντα πόνον ὑπὲρ ἀρετῆς καὶ ἀληθείας ἀναδεχόμενοι, ἐξετάσαντες εὕρωσι, καὶ εὑρόντες, ὡς λόγος αἱρεῖ, οἰκονομήσωσιν. uti paſſim oſtendemus. Amphiaraus Phoebi, ſive Apollinis ſacerdos fuiſſe narratur, ἀμφὶ ἀραιὸς, undiquaque rarus, ſubtilis, tenuis, ac imbecillus ſpiritus volatilis. Hic ſcivit, ſi Thebas, id eſt, ſal fixum, terram Philoſophicam, oppugnatum iſſet, inde ſe non rediturum, ſed vivum ſe ab dehiſcente terra abſorptum iri. Ubi enim Acidum volatile Alcali fixum aggreditur, ab eodem abſorbetur: quod in affuſo cretæ, cretaceiſque aceto quotidie videre eſt. *Thebæ*, unde Hercu-

les

les Θηβαγενὴς, vel a Syriaco θήβα, id eſt *arcula*, *navicula*, ſeu κιβωτίῳ, vel a *Thebez* Hebraïco, ut Bochartus mavult, id eſt, *luto* nomen accepit Nonnulli *montem* ſignificare, alii *bovem* voluere: mihi quidem alterum etymon maxime arriſerit: quamquam nec primum futile eſt, quod & forma urbis rotunda, quali olim naves erant, vehiculum conditoris repræſentante magnopere confirmatur. Ut omnia nec uno tempore dici, nec in unum conferri caput queunt, ita & de limo ſeu luto, & de naviculis, & arculis poſtea fuſius agemus: unde, quæ ad Thebas illuſtrandas pertinent, peti poterunt. Ut igitur ad Amphiaraum redeamus, conjux ejus Eriphyle, ſanguine & cognatione arctiſſime ei juncta, non ſecus ac Deucalioni Pyrrha, ſpiritus volatilis alcalicus, Talaï ταληπαθοῦς, ἢ ἰσχυροῦ filia, Biantis, cui παρὰ τὴν βίαν nomen, neptis, latebrarum mariti conſcia eſt, quippe cum ipſo naturali amore copulata. Huic Adraſtus frater monile aureum gemmatum muneri dedit: de quo item poſtea pluribus. Ἄδραστος, quem effugere non licet, quique primus Adraſtiæ Νεμέσεως *templum* ædificaſſe dicitur, facultas motrix eſt caloris, qui *vitalem* vim, varia producentem, auream ſane & illuſtrem, Eriphylæ largitur, quo & ipſe e latibulis excitetur Amphiaraus. Abſorpto dein Amphiarao utriuſque filius *Alcmæon*, ἀλκῇ pollens vigenſque, productum ex Acido & Alcali, matrem interficit, id eſt volatilem ſpiritum femineum reddit fixum. Hunc deinde furiæ exagitant, id eſt, ſulphur adhuc impurum adhæret, donec ſe flumine vivo abluat Acheloo, τὰ ἄχη λούοντι.

Heſych. Selden. in Proleg. de Dis Syr. c. II. l. I Phaleg. c. XVI.

Heſych. in Ἄδραστος. Pauſanias in

In hujus igitur Amphiarai honorem ara ex-

Iſidor. Etymol. l. 18, c. 36.
Ono-maerit in hymno.
Plutarch. qu. Rom.
Servius ad Virgil. VIII Aen. 288. l. I Saturn. c. 7.
Diodor. l. 1.
Dionyſ. Halic. l. 1. Virgil. viii. Aen. 282.
Onomacrit in Hymn.
Livius.
Serv. ad viii. Aen. 272. l. v. Saturn. c. 21.

ſtructa non ſine arcano intellectu ſacra primum fuit *Herculi*, *Jovi*, & *Apollini Pæonio*. Quinarium habuimus in prioribus Dîs: hic ternarius occurrit, qui Dîs inferis una cum trigis ſacer eſt. Recte igitur in hac ara principium ab inferorum numero ducitur, quia, ut alibi docebimus, nox diem in creatione præceſſit, & *ignis* noſter in medio latet γαίης βλάστημα φέριστον, qui *Hercules Chemicus* νόστων θελκτήρια πάντα κομίζων, non ſecus ac ipſe Apollo Pæonius. Hercules etiam Saturnus eſt, ſed diverſo reſpectu: ideoque utrique ſtatuæ poſitæ velato, ſeu obnupto capite; ſacrificatumque aperto. Unde & luminibus accenſis Saturnum cultum Macrobius docet. Idem & Mars. hinc utrique dati Salii, ſpiritus agiles, non inefficaci & feminea ſaltatione, ſed ἐνοπλίῳ ὀρχήσει. Quemadmodum Pani & Oſiridi Satyri & Sileni comites adjuncti ignei, & ad exſultandum proni. Et Herculi quidem Pinarii, & Potitii, *Pellibus in morem cincti*, *flammamque ferentes*, παρὰ τὸ πεινᾶν, καὶ ποτίζειν; eſurientes & vivaces ſpiritus acidi, ſicut ipſe παμφάγος. Nec ſervus quiſquam, aut libertus ad ejus ſacra admiſſus, quia purus ejus ignis reliquorum metallorum in opere miniſterium reſpuit, quippe impuro atque corrodente ſulphure contaminatorum *Ara* præterea ipſi *maxima* conſecrata, ſicut hic etiam primus ordine collocatur: quia princeps eſt in opere noſtro, unde dein *Vir perfectus* producitur. Idem & *Communis* Deus, quia cum Jove & Apolline, ſeu Sole, poteſtatem ſuam communicat. Hic de ſe vim illam effundit agentem, moventemque omnia, calidam, ſpirituoſam: unde in ejus ſacris olim *ſcyphi*, & his libatum *vinum*. Macrobius: *Scyphus Herculis*

*tulis poculum eſt, ita ut Liberi patris* Cantharus. *Herculem vero fictores veteres non ſine cauſa cum poculo fecerunt, & nonnum quam caſabundum & ebrium: non ſolum quod is heros bibax fuiſſe perhibetur, ſed etiam, quod antiqua hiſtoria eſt Herculem poculo tamquam* navigio, *ventis immenſa* maria *tranſiſſe.* Hercules ignis ſalinus eſt in confectione lapidis Philoſophici, & *navigium* Spiritus, ſeu ventus, qui eum fert in utero ſuo, ut *mare* Philoſophicum tranſeat. In Adagiis Græcis legas: Φασὶ τὸν Ἡρακλέα ἐπὶ τὰς Γηρυονείους βοῦς ἐν λέβητι περαιωθῆναι, ἱστῷ μὲν ῥοπάλῳ χρησάμενον, ἱστίῳ δὲ τῇ λεοντῇ, σχοίνοις δὲ τοῖς τῆς φαρέτρας ἱμᾶσι, κώπῃ δὲ τῷ τόξῳ. Eadem hujus quæ & navigii ratio. *Lebes* rotundus, *poculum* rotundum, *navis* rotunda. Talis & *Scapha* Lunæ apud Athenæum. Sed de navigiis poſt plura. Talis & *crater aureus* Mercurii: & hinc forte ritus ortus poculorum natantium inſtar lemborum, cujuſmodi nobis exemplum luculentiſſimum in epiſtolis Græcis, ſub Ariſtæneti nomine à Sambuco & Mercero editis, exſtat, nec non in Anthol. Græcor. carminum 1, 2, & 11, 49. ut & Athenæo, ad quem plura Caſaub. p. 789. Multa alii de Herculaneo ſcypho, quæ non deſcribo. Ipſe robuſtus παγκρατὲς ἦτορ ἔχων, & invictus: unde *Victor* Hercules: mente magis, id eſt, efficacia & irradiatione, quam corpore, ſeu quantitate: & hinc, non ſecus ac Tydeus, *corpore parvus erat,* μορφὰν βραχὺς, ψυχὰν δ᾽ ἄκαμπτος. Labores ejus omnes enarrare noſtri hujus non eſt inſtituti. Sunt, eruntque alii,

*Qui carmine laudes.*

*Herculeas, & facta ferant: ut prima novercæ*
*Monſtra manu,* geminoſque *premens eliſerit angues:*
*Ut bello egregias idem disjecerit urbes,*

In ἀλλο γίνος κώπης. vid. & Athenæum l. xi. & Serv. ad vii Aeneid. pag. 335.
Onomacrit. in hymn.
Mamertin. in Panegyr. ad Maximian. c. xiii.
Serv. ad Virg. vi. Aen. 617.
Pindar. Iſthm. iv.
Virgil. viii. Aen. 287.

Trojamque, Oechaliamque: *ut duros* mille
labores
*Rege ſub* Euryſtheo, *fatis* Junonis *iniquæ*,
*Pertulerit. Tu* nubigenas *invicte* bimembres,
*Hylæumque, Pholumque manu, tu Creſſia mactas*
*Prodigia, & vaſtum Nemeæ ſub rupe* leonem.
*Te Stygii tremuere* lacus: *te* janitor Orci
Oſſa *ſuper recubans* antro *ſemeſa cruento.*
*Nec te ullæ facies, non terruit ipſe* Typhœus
*Arduus, arma tenens: non te* rationis *egentem*
*Lernæus* turba capitum *circumſtetit anguis.*

Poterat in hos verſus integer ſcribi commentarius, ſi otium eſſet. Pauca tamen veluti per viam delibabo. Si nugari mihi luberet, Herculis etymon ex Hebræo fonte peterem, diceremque Herculem dictum quaſi *Harki kehelah*, *perſecutorem congregationis*, ἀνήμερα φῦλα διώξαντα: vel quaſi *Harki El perſecutorem Deum fortem*, κρατερόχειρα, βρύοντα ἄθλοισι κραταιοῖς: uti mihi ad prius à me propoſitum etymon eveſtigio ſubjiciebat vir eruditiſſimus Henricus Hulſius, Collega conjunctiſſimus: vel quaſi *Haragal æſch*, *genitale vas ignis*. *Gal* enim vas concavum & rotundum, inſtar ſcyphi, qui Herculi tributus; uti jam vidimus. Poſſet & ab *Harak el æſch*, *cataracta Dei ignis*, deduci: vel ab *Har col*, *mons univerſi*, ut & in nomine Herculis *mons* Chemicus notetur; ſicut & in etymo *Thebarum* à quibuſdam agnitus fuit. Sed, ut ineptiarum tandem finis ſit, malim ſimpliciter hic Græcos ſequi, qui Herculem quaſi Ἥρας κλέος dictum volunt. Eſt enim ipſe *Terræ* Philoſophicæ decus unicum, latens in ea balſamum, ignisque immortalis: quamquam Græci aliter interpretantur, quaſi per Junonem famam omnem indeptus ſit. Phornutus,

Onomacrit. in Hymn.

Diodor. lib. v.

nutus, ſeu Cornutus, ἀπὸ τȣ͂ ἥρωας κληίζεσθαι ποι- De Nat.
ῖν derivat. *Angues* duo, duo ſunt ſpiritus volati- deorum
les, Acidus & Alcalicus, quos ipſe fixos red-
didit: hoc enim Chemicis eſt *interficere*, & *mori*.
De *Troia* poſtea, ubi de Peleo & Thetide.
*Oechalia* eſt domus ſalis, οἶκος ἁλὸς; & hinc Her-
culi in vetere nummo ara, cui ignis impoſitus,
in formam ſalini. De Oechalia Ovidius: Triſtanus in Hadriano.

> *Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat*
> *Vota Jovi.* ix. Metam.

De quo Jovis cognomine conſulendus in variis
lection. Rutgerſius. *Euryſtheus* eſt amplum ma- Lib. ii. c. 6.
teriæ ſpatium.

De *Junone* ſuperius vidimus. *Hylæus* & *Pholus*,
nubigenæ bimembres, ſpiritus impuri ſunt,
ac terreſtres & impetuoſi. *Taurus* & *Leo* alibi à
me explicantur: quo nomine Hercules jam
*Pluto* eſt, cui *nigro* eapropter *tauro* fiebat: cujuſ- Diodor
modi & Apidi ac Mnevi color. De *Cerbero*, Sic. l. i.
qui triceps, & triplex ſpiritus eſt, alio item Mela l. i.
loco nonnulla in medium proferam. *Oſſa* quo-
que *ſemeſa* poſtea Deucalion meus exponet.
Quid hic ſibi *Typhoeus* velit, quem jam ante
Herculem natum innumeros fuiſſe annos fa-
bulæ prodiderunt, Servius non intellexit. Ne-
que id mihi mirum. ſi intellexiſſet, magis mi- In Iſide & Oſir.
rarer. Confer Typhoea cum Typhone Plutar- Hygin.
chi, & ſtatim intelliges. in Mythol.

*Lernæus anguis*, hydra novem capitum, per-
tinet plane ad opus noſtrum. Apud Heracli- in Allegor.
tem legimus peſtem, qua Græci ab Apolline Homer.
fuerant afflicti, nono die ab Heroe noſtro De Iſid.
Achille fuiſſe ſedatam: & apud Plutarchum, & Oſir.
Ægyptios primi menſis nono die piſces aſſatos p. 353.
edere

edere ſolitos; Nono item die ad Parnaſſum appulit Deucalion: nonoque anno Achilles ad Lycomedem miſſus. Quæ omnia μυστηριώδη.

Apollodor. l. 1. Idem lib. 3. Theon Smyrn. xlii.

Atque hæc de Hercule ad illos Virgilii verſus ſufficient. Tranſeamus ad Jovem, qui medius hic inter Herculem & Apollinem, ſicut olim in Capitolio inter Junonem & Minervam. Nec alius ipſi locus debetur. Ut enim Hercules initium operis præbet, ita ipſe medium, Apollo finem. Unde præclare Onomacritus: Ῥίζας νέρθε δέδωκας, ἔχεις δέ τε πείρατα κόσμου Παντὸς, σοὶ δ' ἀρχή τε, τελευτή τ' ἐστὶ μέλουσα. *Semper*, inquit Sendivogius, *in tertio virtus finitur, & in ſecundo multiplicatur.*

Tract. vii. de Iſid. & Oſir. 373.

Plutarchus autem: Ἡ δὲ κρείττων καὶ θειοτέρα φύσις ἐκ τριῶν ἐστι, τοῦ νοητοῦ, καὶ τῆς ὕλης, καὶ τοῦ ἐκ τούτων, ὃ ΚΟΣΜΟΝ Ἕλληνες ὀνομάζουσι. Theon etiam Smyrnæus primum Ternarium τὰ Πάντα dictum teſtatur.

apud Altric. de Imag. deor.

Deſiderat aliquis figuram Geometricam? dabo trigonum Δ. unde & triceps monſtrum pedibus Apollinis olim ſubjectum, ad exemplum tricipitis Cerberi ab Hercule devicti. Addam & Pythagoricum ſchema ∴, ut ſic Apollinis perfectio ejuſdem ſectæ ⁖ denario trigonali pateſcat. Hercules igitur lineam jacentem rectam, quæ quaternis punctis conficitur, quatuorque elementorum adunatum robur denotat, efficit: Juppiter *aquilæ* ſubvectus alis, triſulco armatus fulmine, trium Mercurii, ſulphuris, ac ſalis volatilium ſpirituum ſymbolo, in cælum aſcendit: atque hinc *Incipiunt magni procedere menſes*. Apollo tria tempora hyemis, veris, & æſtatis conjungens, decimi menſis initio opus abſolvit, HOMINEMQUE Chemicum in dias luminis oras effert. Ad hunc pertinent illa è Sibyllinis carminibus Virgiliana:

Iſidor. l. xiii, c. 9.

Eclog. iv.

*Incipe parve puer riſu cognoſcere matrem.*
*Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.*

Ut autem hi menſes, qui, quod Philoſophice capiendi ſunt, *Philoſophici* appellantur, recte intelligantur, animadvertendum eſt, tria plerumque temporum ſpatia in hoc opere noſtro nominari, Annum, menſem, diem. Annus eſt ſolare curriculum; in quo quatuor tempora, ſeu ὧραι, Hyems, Ver, & Aeſtas, & initium Autumni animadvertuntur: Menſis Lunarem curſum abſolvit, in quo quatuor ſeptimanæ, & Philoſophice, ad rationem Venerei in cælo curſus, quadrageni dies ſunt. Dies porro tenebras & lucem continet. Eſtque omnium una ratio unum tempus, unus labor. Ut autem ſolaris annus XII menſibus abſolvitur, ita & Jovialis XII rurſus annis ſolaribus.

Vitruv. ix, c. 4. Euſeb Præpar. Euang. l. xv, c. 54. Heraclid. Pont. in Homer. Allegor. Numm. antiqui Heſych. Maxim. Tyr. Diſſ. λή. Vitruv. l. iv, c. 8. Servius ad Eclog. vi, 22.

Eſt autem Juppiter ut, quæ dilata pauxillum, non negligamus, ætherius ſpiritus maſculus, καὶ πυρώδης οὐσία, αἰθὴρ, πυρὸς εἱλικρινὴς φύσις, καὶ κουφοτάτη. Hinc altiora amat, *montiumque* ei cacumina conſecrata: unde *Olympius*, *Idæus*, ἀκραῖος, ἐπάκριος dictus. Item καραιὸς, διὰ τὸ ὑψηλὸς εἶναι, teſte Heſychio. Inde Jovi *aræ* celſiſſimæ fieri ſolitæ, cum Veſtæ, Terræ, & Mari humiles fierent. videſis plura de montibus inferius. Quia vero igneus, ideo *rubeus* color *Deum eſt: & Jovis miniatæ* apud gentiles quadrigæ: anima ipſe, & φύσις MUNDI, vita Hominis: (unde Græcis ζεὺς, ἀπὸ τῆς ζωῆς, ut Grammatici nonnulli volunt.) Nec temere ei *barba* data, ſicut & Aeſculapio, quod virilitatis indicium: quam & ſeni ſuo Baſilius Valentinus ſatis prolixam tribuit, quia ſymbolum eſt maſculi ignis radiorum: unde, *quidquid Jupiter irradiaverit*, ſe-

De Magno Lapide.

ſecundum Mathematicos etiam *felix efficit.* Idem & *Vinculum*, quo Hercules & Apollo inter ſe junguntur: pater *Juſtitiæ*, cui ternarius numerus itidem ſacer, quia illa inter plus & minus medium obtinet, nec cuiquam injuriam fieri patitur. Ex hujus cerebro Minerva Pythagoræis *Ternarius*, & *Triangulum*, ac τριτογένεια, ideoque & tricolori veſte induta, nata fertur, unitas ipſa ſummum in ſuperiori ſchemate verticem obtinens, & hinc *Coryphaſia*, Jovis thronus ac turris, l. 2. (Simplic. de cælo.)

ἢ διάγει ὄχθοις ὑψαυχένας, ἀκρωρείας,
Ἠδ' ἄρεα σκιόεντα, νάπαισι θ' ἑὴν φρένα τέρπει.

Non minus ipſa *Pæonia*, quam *Pæonius* Apollo, eadem & *Medica* in veteri inſcriptione, item Ὑγεία, & ὀξυδερκὴς; eadem ἀρσενόθηλυς, γυπτηκάνθαρος Horapollini, ſicut Vulcanus ejus amore quondam captus κανθαρόγυψ. Et *Virgo*, ſed *Amazon*, cujus *cingulum* Hercules Euryſtheo adferre juſſus: ἄφθορον ἀεὶ τὸ φρόνημα ἔχουσα, καὶ οὐδεμιᾷ κηλῖδι μιανθῆναι δυνάμενον. Ipſa Αἰθὴρ, ſummus, ac puriſſimus ignis: quapropter feſtum illi in urbe Saï apud Aegyptios λυχνοκαΐης noctu inſtitutum: *Saleque & oleo* lucernæ ejus impletæ fuere, de quibus ἱερὸν λόγον εἶναι dicebat Herodotus: quem mihi hic proferre nulla religio eſt.

*Sit pietas aliis miracula tanta ſilere:*
*Aſt ego cælicolis gratum reor, ire per omnes*
*Hoc OPUS, & ſacras populis noteſcere leges.*

Ineſt enim ſali Herculeo oleum fixum incombuſtibile, miris laudibus à Baſilio, aliiſque in arte noſtra veris principibus, celebratum

Serv. ad iii Aeneid. 690. Plutarch. de Iſ. & Oſir. 381.
Fulgent. Mythol. l, 1. Arnob. l. iv. p. 34. Pauſan. Attic. p. 33. Inſcr. Gruter. Etymolog. in Ὑγεία. Pauſan. Corinth. p. 66. Auguſtin. l. vii. de Civ. d. c. 16. Heraclid. in Alleg. Homer. Herodot. l. ii. Lucan. l. x. Clav. iv. extrem.

rum, à paucis hactenus intellectum; licet à plurimis ſtultè quæſitum, ideoque nec inventum. Credo ego, jam fore nonnullos, qui mihi fidem habituri ſint, frivolam illam eſſe rationem, quam Phædrus adfert, cur olea Minervæ placuerit; quum Dii *quas vellent eſſe in tutela ſui* arbores legerent. *Pinguedo terræ* eſt, (quam & *lac* appellant Chimici) quæ naſcitur in uberibus terræ, & tegitur, vel conſervatur à putrefactione ſale naturæ. Hac pinguedine delectatur noſtra Pallas: hic eſt ramus oleaginus quam noſtra columba decerpit in univerſali diluvio: hic ramus eſt qui Τέννος Græcis dictus τ' λαΐκος στέφανος: hæc ab Oſiride inventa arbor: hoc eſt HOMINI ab ipſa Minerva datum donum, tanto ſane præſtantius EQUO Neptuni, quanto incombuſtibile ſalis fixi oleum volatili alcalico ſpiritui antiſtat. Et hinc Athenis puero nato oleagina corona foribus appoſita, femella vero lanea. Hinc ipſa Ἀθήνη. Quid? perſpicuumne jam eſt, cur Dialis flamen apicem geſtaverit *oleagina virga* lana circumdata eminente? aut cur à Mythologis olea Jovi feratur conſecrata? aut cur illi olim oleagina u-ſi ſint corona, qui prælio non interfuerant, ſed triumphum procurarant? Cum vero in acumine trigoni Pythagorici Minervæ punctum OMNIA conciliare conſpicimus; non eſt ut vereamur veram cauſam agnoſcere, cur olea PACIS ſemper ſit habita uſurpataque ſymbolum. (Preſertim cum & turbatum MARE tempeſtatibus oleum tranquillare dicatur:) & cur olim novorum conjugum fores olea lauruque redimiri ſolitæ fuerint. Ut ad Appollinem tandem tranſeamus, Appellatus is quondam

Lib. III. extrem.

Sendivog. tract. X.

Heſych. Diodor. l. 1.

Heſych. in στέφανος.

Feſtus.

Phurnutus de Nat. deor.

Aeſ.

Gellius l. v. c. 6.

Serv. ad VIII. Aen. 228.

Plutarch. in Erot. p. 755.

D Φα-

Fulgent. l. 1. Mythol. Nicom. Theolog. Arithm. Schol. Schoel. Electr. p. 113.

Φάνης & Οὐρανὸς, in eoque decachordi terminatur harmonia; eſtque κλαδοῦχος συμπληρωτὴς καὶ τελείωσις operis, decimo, uti diximus, menſe curſum perficiens. Unde & in Agone Pythio equeſtri decem currus; & annus olim decem menſium. Nec fruſtra additum *Pæonii* cognomen, quandoquidem ceteris fratribus ſeu planetis, ac matulis, ſcabie & lue venerea laborantibus medicinam facit.

In altera aræ parte *Heroes* erant cum *conjugibus*: de quibus, quod eorum non ſint expreſſa nomina, pauca dici poterunt. Hoc tamen animadvertendum, eſſe eos Terræ filios, ἀπὸ τὴν Ἥραν, quæ Hebr. *Aerez*: quamquam mihi aliud magis arrideat etymon ab *Harah* deductum, quod *concipere & generare* ſignificat. Niſi malimus ab *Har*, quod iiſdem *montem* denotat. Sic Hercules ejuſdem originis: qui etiam τῆς Ἥρας ubera tam valide ſuxiſſe fingitur, ut à Minerva matri ſuæ educandus traderetur: à qua jungna deinceps adoptatus fertur, accepta in matrimonium ejus filia *Hebe*, ſive Juventa Dea, Atque ita ex ejuſdem Minervæ & Apollinis promiſſis immortalitatem adipiſcitur: ſuppeditato inſuper à Minerva, peplo quo primus deorum fieret XII, ſeu ſecundi generis; σύμβωμος ut vidimus, Jovis & Apollinis; imo & σύνναος aliquando Sylvani & Mercurii, item Sylvani & Liberi Patris. Quæ quis temere ficta dictave putet, næ ille mihi temere de re non intellecta videtur judicare.

Diodor. Sic. l. v. Juſtin. Mart. p. 337. Schol. Homer. Il. t. Diodor. Sic. l. v. Herodot. lib. II. Huet. Demonſtr. Euang. p. 201.

In tertia parte *Veſta* cum *Mercurio* occurrit, additis *Amphiatuo*, & *Amphilocho*. Eſt autem Veſta terra noſtra, in cujus gremio ignis latet, μεσαιτάτη ἁπάντων, καὶ δύναμιν κέντρου ἐπέχουσα. C...

Inſcript. Reines. 1. 108.

ra in ſpatioſi templi medio poſita, in qua perpetuus vigilaret ignis: non ſecus ac ara in medio lacu Deæ Syriæ ſacra, ignibus calens, de qua poſtea, ideoque recte illi cum Mercurio tertia Aræ pars aſſignata fuit, quæ inter quinque media eſt. Nam & Mercurius, ut Grammatici volunt, quaſi *Medicurrius à Latinis dictus, quod inter cælum & inferos ſemper intercurrat*: Deorum & hominum nuncius, μεσίτης λόγος, μεσίτης ἀὴρ circulus horizon, qui lucem cum tenebris, diem cum nocte, ſupera cum inferis, calorem cum rigore, ignem cum aqua conjungit; ſulphuris & ſalis noſtri copula, alba de nigris faciens, nigraque de albis, mortis & vitæ arbiter unde & Hygia ei conjuncta, vigiliæ, ſomnique præſes: inventor trium vocum, acutæ, mediæ, gravis, earundemque harmoniæ; nec non trichordis lyræ, quam poſtea Apollini dono dedit. De Mercurio eſt, quod ait Plutarchus: ἐμβάλλειν αὐτὸν εἰς ὕδωρ συνιστάμενον, εἰς δὲ πῦρ διακρινόμενον, δι' οἰκειότητα πρὸς ἀμφότερα, καὶ συλλέγειν, μαγικῶς ἐκεῖσαν, καὶ δὲ χωμένην πρὸς ἐναντίας ἀκρότητας. Multa quoque de eo habet Plato, ubi de quatuor agit elementorum analogia: unde & eidem Mercurio τετρὰς ſacra, atque ipſe quadrangulus, ſeu τετράγωνος, & quarto menſis die natus fertur: in MUNDO Chimico ſimul θεὸς & ...ν, & εἶδος, & ἀποτέλεσμα. *Naturis enim hiſce, quibus OMNIA conſtant, ſurſum deorſum ultro citroque commeantibus, MUNDI partium conjunctio continetur.* Hoc eſt, quod Hermes in Smaragdina Tabula dicit, *Fiant Superiora inferiora, & inferiora ſuperiora.* Hinc & ipſe Mercurius *Communis*, & ἀρσενόθηλυς.

Heraclid. Alleg. Homer. Lucian. de Dea Syria. Servius ad VIII. Aen. 128. Auguſtin. Civ. d. l. VII. c. 14. Iſidor. orig. VIII, II. Diodor. ſic. l. I. c. 2. Cornutus de nat. deor. De Primo Frigido. In Timæo. Photius pag. 1029. Feſtus in Cyllenius. Phurnutus de nat Deor. Cicer. II. de Deor.



Nat. Deor. 33. Phurnutus de Nat. deor. Albricus de Deor. Imagin. Macrob. l. 1. Saturnal.

χείματι μὲν Ἀΐδης, Ζεὺς δ᾽ εἴαρος ἀρχομένοιο,
Ἠέλιος δὲ θέρει, μετοπώρου δ᾽ ἁβρὸς Ἰαώ.

Quæret aliquis, quid *Amphiarao*, filioque ejus *Amphilocho*, quos è Pauſania vates fuiſſe, vaticinandique per ſomnia artem tradidiſſe accepimus cum Medicinæ antiſtitibus Dis negotii? ſed præterquam quod ſomno ſæpe peti ſolita à Dis medicina: ſic & divinatio & medicina, partes veteris magiæ; de qua ita Plinius: *Natam primum è medicina nemo dubitat, ac ſpecie ſalutari irrepſiſſe, velut altiorem ſanctioremque,, quam medicinam: ita blandiſſimis deſideratiſſimiſque promiſſis addidiſſe vires religionis, ad quas maxime caligat humanum genus. Atque ut hoc quoque ſucceſſerit, miſcuiſſe artes Mathematicas, nullo non avido de ſe futura ſciendi, atque ea è cælo veriſſime peti credente.* Conjunctæ eædem artes & in Apolline, & in Iſide; de queis alias plura, uti otium erit.

Lib. xxx Hiſt. nat. c. 1.

Quartam aræ partem paucis ſuperius attigimus ubi de numero quinario egimus. Dicenda igitur hic, quæ illic commode dici non poterant. Illam, quæ ſe prima offert, *Pæoniam Minervam*, hoc ipſo capite quantum res tulit abſolvimus. *Venus*, quam Phyſicam in vetere ſaxo cognominatam ſupra oſtendi, Medica item dea eſt; quod vel è ſolis amorum ſcriptoribus facillimum probatu. Hinc illi tot vota facta, tot ſoluta. Nota Petroniana fabella de Quartilla remedium quartanæ poſcente. Sed in opere noſtro alia Veneris medela eſt. Illa enim calore ſuo ſeu ſulphure cæleſti volatiliſſimo omnia penetrat, maturat, excoquit, ita ut & imperfecta metalla in perfecta commutet. Unde & perpetuus ei ignis in Erycino templo. Quos autem in hiſce morbos medicetur, nem ma

Aelian. de Animal. l. 10. c. ulti

melius docet Baſilio Val. Medium locum obtinet *Panacea*, quo nomine in arte noſtra nil decantatius. Filia hæc fingitur Aeſculapii, omnes omnino morbos levans. Præclare vero hæc Veneri proxima adjungitur, cum & apud poëtam filio vulnerato medicinam factura

Reb. natur. & ſuper-nat. c. VI. Ari-ſtoph. in Pluto Virgil. XII. Aen. 419.

*—— Spargitque ſalubreis*
*Ambroſiæ ſuccos, & odoriferam Panaceam.*

Ubi & epitheton, ſi quod aliud, ſatis evincit, quid Panacea ſit, quæque ejus virtus, atque efficacia. Baſilius Valentinus de Venere agens, loco ſuperius indicato, ſpiritum ejus cum Martis ac Mercurii ſpiritu conjungere jubet, atque ab omni purgare impuritate, *adeo ut omni abſterſa corroſiva acrimonia ſuavia & odorifera evadant.* Hoc facto incomparabilem parari medicinam, qua ſplendore ſolis fermentata metallorum fiat tranſmutatio. Digniſſima conſideratu ſunt illa Servii: Panacea *genus herbæ eſt, ſciendum tamen Lucretium* panaceam *ubique ſalem dicere: unde poſſumus & hoc loco* ſalem *intelligere. Nam OMNEM PELLIT DOLOREM. Sed melius herbam, quia ait,* odoriferam. *Alii* panaceam *medicamentum dicunt ex compluribus herbis compoſitum, quod* ad omne vulnus *facit. Hanc herbam HERCULES contra vim* venenorum *Theſſalis dicitur præſtitiſſe.* Multa paucis dixit, quæ nec ipſe intellexit. Qui ſal Martis cognitum habuerit, is & hæc intellexerit, præeunte, facemque præferente eodem Baſilio. Reſtat quinta *Nymphis, Pani, Acheloo,* & *Cephiſo* dicata. In quibus tam multa occurrunt, quæ naturam operis noſtri pandunt, ut vix ſciam.

Theo-crit. Ei-dyll. XVII. Philo in vitu Moſis.

Τί πρῶτον καταλήξω, ἐπεὶ πάρα μυρία εἰπεῖν. Nam

 ſi vel

ſi vel numerum reſpicio, in quaternario OMNIA ſunt. Perronius Cardinalis deplorata ea ingenia judicabat, quæ in inveſtiganda quadratura circuli, perpetuo mobili, & Lapide Philoſophico occuparentur. Non diffitebor, ſi hoc tam verum eſt, quam Sibyllæ folium, aut oraculum Apollinis, meum eſſe omnium deploratiſſimum, qui non modo me hæc tria quærere profiteor, ſed & inveniſſe mihi videor. Sed aliter paululum ea accipio forſan, ac Perronius ſolebat. In circulo noſtro Superius quaternarium ex parte oſtendi, Cum IV. anni tempeſtates & IV. attigi ſeptimanas. Cujus ut quadraturam paucis abſoluam, ex quatuor illo elementis, quatuorque cæli plagis, & totidem ventis conficitur, quatuorque item qualitates & centra complectitur, quæ facili methodo rite tractata ex indigeſta rudique mole, externi ignis ope, perfectiſſimum circulum abſolvunt: ita ut nil deſit, ac nihil redundet. Mercurium *tetragonum* jam habuimus, quatuor artium inventorem: invenimus etiam Apollinem noſtrum totidem artes reperiſſe. Adhæc omnes Symphonias Muſicas tetrade contineri Philo affirmat; quam ſuperius decadis eſſe fundamentum oſtendimus, μέτρον δικαιοσύνης καὶ ἰσότητος, in quo primum ſolidum, generans & generatum: unde & MUNDUS olim dictus, quippe qui OMNIA complecteretur. Addam ad evidentiorem eorum, quæ dicta ſunt explanationem tabellam, quam nobis in Cyclognomica Cornelius Gemma, Philoſophus & Mathematicus, dum vixit, inſignis, ſuppeditavit.

Nicomach. Theol. Arithm.

Horat. l. 1. ode x. Schol. Homer. Il. a.

De Opif. Mundi.

Philo in vita Moyſis.

Macrob. in ſomn. ſcip. l. 1, 5.

Plutarch. de Iſid. & Oſir. l. 1. p.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | Lux perſpicua cum humore æquabili. | Lux perſpicua cum humore inæquabili. | Lux opaca in humore inæquabili. | Lux opaca in humore æquabili. |
| | Calidum humidum. | Calidum ſiccum. | Frigidum ſiccum. | Frigidum humidum. |
| Elementa communia. | Aër. | Ignis. | Terra. | Aqua. |
| Elementa cæleſtia. | Lux qualis in ♃ ☿ | Lux qualis in ♂☉ | Lux qualis in ♄♀ | Lux qualis in ☾. |
| Elementa ætherea. | Splendor, aut vehiculum aëreum. | Splendor, aut vehiculum igneum. | Splendor, aut vehiculum terreum. | Splendor, aut vehiculum aqueum. |
| Elementa ſublunaria. | Lumen aëreum ex perſpicuo & æquabili. | Lumen, aut ſubjectum igneum ex perſpicuo & inæquabili. | Lumen terreum ex opaco & inæquabili. | Lumen aqueum ex opaco & æquabili. |
| Humores & temperamenta. | Sanguis & ſanguineum temperamentum. | Cholera & bilioſa craſis. | Atra bilis & craſis melancholica. | Pituita & craſis phlegmatica. |
| Ætates. | Pueritia. Pubertas, Adoleſcentia. | Juventus. Ætatis virilis exordia. | Senectus & ætas decrepita. | Virilis ætas. Senium. |
| Anni tempora. | Meridies. | Ortus. | Septentrio. | Occaſus. |
| Cardines mundi. | Ver Galeno temperatum. | Æſtas. | Autumnus Galeno inæqualis. | Hyems. |
| Venti. | Auſter cum collateralibus. | Eurus. | Aquilo. | Zephyrus. |
| Partes animalium. | Caro, pulmones, medullæ. | Parenchymata, ut hepar, ſplen, cor. | Solidæ partes, ut oſſa, nervi, cartilag. venæ, arteriæ. | Cerebrum, adeps, ſtomachus, inteſtina. |
| Partes vini, olei, & ſimilium. | Flos { Vini. Olei. | Vinum ferventius, aut oleum. | Fæx { Vini. Olei. | Muſtum, aut oleum, quod jam concoqui pridem cœperit. |
| Analogia accident. ceter. præſertim ſenſibilium. { Viſu. Auditu. Guſtu. Olfactu. Tactu. | Aëria. Æquabilia tenuia. | Ignea. Tenuia levia, ſed inæquabilia. | Terrea. Craſſa & inæquabilia. | Aquea. Craſſa, ſed æquabilia quævis. |

Præter ea in hac aræ parte Symphoniam δὶς διά πασῶν deprehendo ex tribus aquæ portionibus ad unam ignis comparatam: qualis olim in temperando vino adhibita proportio. Pan enim ignis Symbolum: hinc in veteri inſcriptione LUCIDUS. Reineſ. 1, 146. Quamquam & totius Univerſi; unde & huic perpetuus ignis accendi ſolitus, non ſecus ac ipſi Veſtæ. Herodotus eum primum dicit & antiquiſſimum ab Aegyptis habitum octo Deorum primi generis. PAN ait Servius ad Virgil. Eclog. II. *id eſt OMNE. Habet enim* cornua *in radiorum Solis, & cornuum lunæ Similitudinem.* Rubet *ejus* facies *ad ætheris imitationem: in pectore* nebridem *habet ſtellatam, ad ſtellarum imaginem. Pars ejus inferior* hiſpida *eſt, propter arbores, virgulta, feras.* Caprinos *habet* pedes, *ut oſtendat terræ Soliditatem:* fiſtulam Septem calamorum, *propter harmoniam cæli, in qua Septem ſoni ſunt, ut diximus in Aeneide ad* Septem diſcrimina vocum. καλαύροπα *habet, id eſt,* pedum, *hoc eſt, baculum recurvum, propter annum, qui in ſe recurrit; quia hic totius NATURAE DEUS eſt. Poëtis fingitur cum* Amore *luctatus, & ab eo victus, quia, ut legimus,* OMNIA vincit AMOR.

Proclus ad Heſiod. p. 133.
Plutarch. de Ec. p. 389.
Pauſan. in Arcad.
Lib. II. c. 145.

Vix quidquam ex hiſce animadverſione dignum eſt, quod non in ſequentibus occaſione data fuſius exponetur. Quare alia nonnulla nunc attingemus. Non male ei Nymphæ additæ ſunt. Ut enim in Venerem, id eſt ad generandum pronus eſt, ita & Nymphas ſectari ſolet ἐπεὶ χαίρει ταῖς ἐκ γῆς ὑγραῖς ἀναθυμιάσεσιν, ὧν χωρὶς οὐδὲν τῶν ὅλων ἐκφαίνει. ita v. c. Cornuti. *Vapor enim humidus*, ut poſtea habebimus, *omnes res creat.* Et illæ licet virgines, ad generationem non minus proclives ſunt, quippe fæcunda ge-

(Hinc & *Priapus*)
De nat. der.

De Nat. Deor. nerationis principia. Et hic, & illæ MONTES amant, de quibus ſupra: unde & *montium numina* exiſtimantur tutelaria. Muſica utriſque cordi; Pani *fiſtula*, unde ſol συρικτὴς Onomacrito; ἁρμονίαν κόσμοιο κρέκων φιλοπαίγμονι μολπῇ.

In Hymnis. illis omne genus inſtrumenta. Ille *tripudiator*; hæ Gratiis tribus comitatæ, dicuntur cum Satyris Fauniſque.

Auſon. Moſell. 180.

*Conſortes celebrare choros, quum præbuit horas*
*Secretas hominum coetu flagrantior æſtus,*

Et ſicut ille radis ὕλη cui ἀπειρέσιον γαίης πέδον ἐστήρικται. ita hæ τετραγώνους καὶ τετρώψους, id eſt, „ quadratos, ideoque & ſtabiles, ac eximios τοὺς προσήκοντας αὐτοῖς ἀποτελοῦσι, ita enim apud Cornutum è Mſ. legendum, pro καὶ περὶ τοὺς ut vulgata habent exemplaria. Et hic rurſus quaternarii dignitas locus invenit.

*Achelous*, (forte ab Hebr. *Ach-elok frater de*[i] vel *ackelak*, *frater quercus*, ſeu *ilicis*, vel *pinus*) quem ſupra Alcmæoni furorem abſterſiſſe oſtendimus, non fruſtra adhibetur; qui una cum Cephiſo, Nilo flumini à Diodoro ſiculo comparatur, quod uterque multum *limum*, non

Georg. l. 9. ſecus ac Aegyptius ille Jupiter, ferat. Notæ ſunt è Virgilio *pocula Acheloïa*: nobilius eſt ejus alterum Cornu ab Hercule defractum, quod

Ovid. IX. Metam f. 1.

*Najades & pomis, & odoro flore, repletum*
*Sacrarunt.*

Sophocles in Trachians. init. Qui jam noverit Acheloum eſſe Alhali & Najadas itidem ſpiritus volatiles Alkali-cos, is profecto, quorſum ea lucta Herculi & Acheloi ab antiquis efficta fuerit, facil[e] viderit. De Achelod Deianira: ὅς μ' ἐν τρισ- μορφαῖσιν ἐξῄτει πατρός,

Φο-

φοιτῶν ἐναγὴς πεῦκος ἄλλοτ' ἀιέλος
Δράκων ἑλικτὸς, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ τύπῳ.

Βόκρανος: Ubi rurſus ternarius, ſicut ſupra triplex Jaſoni mater. De *Chephiſo* poſtea, ubi Deucalionis fabula tractabitur agemus largius.

Proximus Panaceæ *Jaſon*, Chironis centauri diſcipulus, Hercule quondam commilitone uſus ad aureum vellus petendum. De quo prolixe Pindarus, Ovidius, aliique Mythologi. Expeditionem ejus totam Chimicè enarratam invenies in Theatro Chimico. Attamen præterire nequeo, quod de triplici ejus matre quidam refert. Pyth. e. IV. I. VII. Metam.

τρεῖς δ' ἦσαν τῷ Ἰάσονι ἀμφίβολοι μητέρες,
Ροιὼ, καὶ Ἀλκιμήδη δὲ, μετὰ τῆς Πολυμήλης.
Ὧν ἡ Ῥοιὼ Σταφυλείων, ἡ δὲ Αὐτολύκου παῖδις.

Quarum *Rhæo* Mercurialis eſt, *Alcimede* ſalinus, *Polymele*, ſulphureus femineus ſpiritus. In Staphylo *vinum* Philoſ. & in Autolyco totum agnoſcam an auctorem lucis Lycabonta ſolem, dubito: in hanc tamen ſententiam propendeo. Ultima eſt *Hygia*, medicinæ finis, Latinis *Salus*; quam Pythagoræi ſibi invicem faventem precabantur, ut ſupra indicavimus. Hujus nomen ſeu cognomen etiam Minervæ adhæſit, ut poſt docebimus. & exſtat elegans in eam hymnus Onomacriti, quo eam inter cetera ita compellat:

Ἐκ δέο γὰρ νοῦσοι μὲν ἀποφθινύθουσι βροτοῖσι.
Πᾶς δὲ δόμος θάλλει πολυγηθὴς εἵνεκα σεῖο,
καὶ τέχναι βρίθουσι ποθεῖ δέ σε ΚΟΣΜΟΣ ἄνασσα;

Id eſt, ut dum hæc ſcribo verti:

*Tu morbos hominum, Dea, tu mala noxia pellis:*
*Præſide te domus omnis ovat, florentque, vigentque*
*Et ſtudia atque artes: te votis expetit ORBIS.*

Qui ſcriptor Chimicus & precedente in Aeſculapium hymno hujus illam σύλλεκτρον ἀμεμφῆ vocat.

## CAP. VI.

### *PASSIENI apud Senecam nominis immutatio indicata.*

Libro V. Controverſiarum Seneca ſcholaſtici cujuſdam meminit, cum inſigni elogio, illis animadvertendo, qui literas tractantes humaniores, famam alienam quovis ſcripto lacerant. Ita igitur ille de Oſeo: *Ipſe ab eloquentia multum aberat? natus ad contumelias omnium ingeniis inurendas. Nulli non impreſſit aliquid, quod effugere non poſſet.* Cujus hominis pravo perverſoque inſtituo, veluti veneno antidotum, occurrit Ovidii nobilis candor, qui, quamvis laceſſitus, abhac tamen ſcabie abſtinuit manum. Ita enim ipſe de ſe: In Ibin.

*Tempus ad hoc, luſtris jam bis mihi quinque peractis,*
*Omne fuit muſæ carmen inerme meæ;*
*Nullaque, quæ poſſit, ſcriptis tot millibus, exſtat*
*Litera Naſonis, ſanguinolenta legi.*

Et certe, ſiquid ab omni humanitate alienum, illud eſt, eorum laboribus, qui vel publico prodeſſe cupiunt, vel famæ ſerviunt, ubi forſan error aliquis deprehenſus unus, & item alter, inſultare è veſtigio, & ingenium indolemve eorum per ora hominum traducere: quum contra ea, pro iis, quæ bene ab his uti-

utiliterque inventa traditaque ſunt, gratia habenda, & illa bene de publico merendi voluntas, honeſtaque bonæ famæ cupido oſculis excipienda ſit, omnique laudis ornamento decoranda; quo & alii ad exempli excitentur imitationem, & ipſi ſe aliquando emendare, ſuperareve conentur. ὥστε, εἰ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, vitilitigatoribus ac Oſcis hiſce σοφῶν εἶχε, διὰ τὰς βλασφημίας ταύτας, καὶ κατηγορίας Πόῤῥωτάτω σοφίας ἂν εἴργεσθαι. φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ, ut verè, & Philoſophice monet Plutarchus. Sed non id erat nunc conſilium, aliis conſilium dare, cum Senecæ locum in hoc caput conjicêre mihi proponebam: quare hoc agam. Sequuntur ſtatim apud eundem: *Ille Paſſieno, prima ejus ſyllaba in Græcum mutata, obſcoenum nomen impoſuit.* Exercuit hic locus multos magni nominis viros; quorum quidam *Saſſienum* hunc ab Oſco *Shyſſienum*; alius *Paſchænum*; nonnemo *Obaſianum*; alius iterum *Paſchienum*, alius *Craſſienum* appellatum exiſtimat, aut etiam *Graſſienum*. Mihi verò ignominioſa illa nominis *Paſſieni* mutatio non tam longe petenda videtur; imò vero è proximo levicula adjuvante hujus loci redintegratione. Lego igitur primum, *in Græcum mutata ſonum.* Illa enim vox excidiſſe videtur. Dein pro *Paſcieno* dixiſſe Oſcum exiſtimo, *Phaſſienum*; eodem ſenſu, quo Mamurra Catullo *Albulus Columbus Dioneus* dictus, vel, ut Voſſius, aliique ante Voſſium, monente in adagiis Eraſmo, corrigere maluere, *Adoneus* vel *Aidoneus*, eodem ſenſu. φάσσαι ſive palumbes, fuerunt olim in tutela Veneris, non ſecus ac columbæ. Egregie huc faciunt illa Artemidori. φάσσαι δὲ καὶ Περιστεραί, γυναῖκας σημαίνουσι.

Adverſus Colotem.

l. II. Onirocr. c. 20.

φαι-

φαίνονται μὲν πάντως πορνικόν. περιστεραὶ δὲ, ἔσω ὅτι καὶ κοσμίας, καὶ οἰκοδεσποίνας. Quod & à Baſilio Magno confirmatur; qui locus nunc ad manum non eſt. Illuſtrantur hæc inſigniter adagio, quod in epiſtolis Græcorum extat ubi Mormia ad Chremetem inter alia eſt hæc: αὐλητρίδα δὲ λυσάμενος εἰς ἔτυχεν ἐρῶν, νυμφίος στολὴς αὐτῇ περιβαλὼν, ἐπαρῇ γαμήλιοι φάττην ἀντὶ περιστερᾶς φασίν. quod à Platone acceptum, qui in Theæteto hoc uſus eſt. Neque ſine tacita quadam nequitia Virgilianus ille procus:

Hexaëm. η'.

*Parta meæ Veneri ſunt munera: namque notavi*
*Ipſe locum, aëriæ quo congeſſere palumbes:*

cui alter non minus nequam *aurea mala* reponit. *Shaſſienus* igitur Oſco ἀνδρόγυνος. Sathicus. Hinc apud Onirocritas palumbes fœminas ſignificant Aehmes γυνὴ ἐὰν ἴδῃ, ὅτι περιστερὰ, ἢ τρυγὼν, ἢ φάσσα ἐλθοῦσα ἐκάθισεν ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτῆς, καὶ ἔστιν ἔγκυος, τέξει θυγατέρα. Mirum videri poſſit, nec eſt tamen, quare aves illæ vel foeminas potius, quam viros ſignificent; vel ejuſmodi viros, qui viros ſe natos eſſe dolent. Libido ſcilicet foeminea

In Onirocrit.

*Acrior eſt noſtra, pluſque furoris habet.*

Aves autem iſtæ calidiſſimæ ſunt, & ſalaciſſimæ. Hinc & earum caro ſicciſſima eſt. ξηρότατον οὖν (inquit Hippocrates, Κρέας φάσσης, δεύτερον περιστερᾶς, τρίτον πέρδικος, καὶ ἀλεκτρυόνος, καὶ τρυγόνος, ὑγρότατον δὲ χηνός. Unde, ut eſt apud Herodotum, anſere Iſidi factum. Quum igitur tantus calor ſit columbarum, non immerito illæ Veneri ſacræ fuere, uti vidimus & ignis Symbolum, ſive aëris ætherii, teſte Cornuto; ubi vox ἀὴρ à Velareo pro αἰθὴρ accepta videtur:

De diæta l. II. cap. 17.

Lib. II. De Rhea.

tur: vertit enim *ignis* Heſychio, ὁ ἀὴρ, ὁ μεταξὺ οὐρανοῦ καὶ γῆς τόπος, & αἴθης, καυματώδης ὁμίχλη. Ita enim illic corrigendum. Et apud Arabas columbis nomen à calore. *Hemama* enim illis appellatur, ut turtur *Femama* unde Semiramidis ex parte etymon deducit Bochartus. Ceterum earum avium ſalacitas tanta, eſt ut de femellis inter ſe pugnantes victor victum ineat. De columbis id affirmat Ariſtoteles, atque item de Gallis, ut & de perdicibus Athenæus, vide & de perdicibus Heſych. in Ἀφροδισ. ἔργα. Quare non multum mihi fidei illa Shiles mereri videntur:

In Phaleg. II. c. XI.

Lib. 7. Hiſt. Animal. lib. 9. & & lib. 9.

Σώφρον τὸ φαττῶν, Αὐστονοκεράτος, γένος
Ἀλλότελον γὰρ ἔστι ὀθνείου λέχους,
Κἂν πως τὸ σεμνὸν τοῦ γένους ἀλιμφάσῃ,
Θνήσκει παρευθὺ ὑπαὶ τῶν ἀνευθύνων,
Αἳ ζῆν μόλις κρίνουσι τὴν μοιχαλίδα.

## CAP. VII.

### *FLORUS & CICERO aliquoties tentati.*

RESTITUI olim in meis ad Auſonium notis hunc Flori locum de Hannibale: *Auſus & Sempronio Gracchо duce per Lucaniam ſequi, & premere terga cadentis: quamvis hunc (pudor) ſervili manu pugnaret. Nam hucuſque tot mala compulerant: ſed Libertate donati, fecerant ſe virtute Romanos.* Adferam nunc conſimilem Ciceronis, è Catilinaria quarta, ut & huic opem feram. *Operæ pretium eſt*, inquit *P. C. libertinorum hominum ſtudia cognoſcere, qui fortuna ſua civitatis jus conſequuti, hanc verè ſuàm patriam eſſe judicant: quam quidam hinc nati, & ſummo nati loco, non patriam ſuam, ſed urbem* ho-

Lib. II. cap. VI.

cap. VIII.

*hoſtium eſſe judicaverunt.* Scriptus Bibliothecæ noſtræ codex, non pervetuſtus ille quidem, ſed ex optimæ notæ, ſiquis conjecturæ locus eſt, deſcriptus, habebat: *Qui ſua virtute fortunam hujus civitatis conſecuti hanc vere jam ſuam patriam eſſe judicant.* Unde exſculpo: *qui ſua virtute & fortuna jus hujus civitatis conſecuti hanc vere jam ſuam patriam eſſe judicant.* Vocula *jam* vim mihi continere videtur ſingularem, tempus illud innuens, ex quo civitatis jus adepti libertini, Romam non amplius velut urbem peregrinam, verum tamquam patriam ſuam intuebantur. Mox idem liber: *quam quidem nati hic, & loco nati ſummo, non patriam* &c. Tranſpoſitione vehementiorem multo & incidioſiorem emphaſin continente. Non multum diverſus eſt alius item Flori locus: *Quis ergo miretur his moribus, virtute militum victorem P. R. fuiſſe?* jacent hæc, & ignava ſunt.

lib. I. c. XVIII. Excitabis, ſi corrigas: *his moribus ducum, hac virtute militum victorem P. R. fuiſſe:* qui priora contulerit, ita vel ſcriptum fuiſſe, vel ſcribi debuiſſe, quovis pignore contendet. Quoniam vero Ciceronem reſpicienti alii ſe caſu nævi obtulerunt, hos quoque hac eadem opera tol-

cap. VI. lam. In Catilinaria ſecunda vox *quievit* in eodem libro deſideratur. Unde mihi orta ſuſpicio legendum illic: *Homo enim videlicet timidus, & permodeſtus, vocem conſulis ferre non potuit. Simul atque ire in exilium juſſus eſt, paruit, ivit.* Tò *quievit* enim, quod in vulgatis poſt *paruit* ſequitur, ferri hic non poteſt. Quandoquidem Catilina non *quievit*, ſed ſtatim ad Mallii caſtra ſe contulit. Poterat & vox *paruit* videri Suppoſititia niſi illa τῷ præcedenti *permodeſtus* reſponderet, quemadmodum τὸ *ivit* ad τὸ timidus referendum

videtur. Alias perquam ſcita & elegans erit oratio, ſi legatur; *ſimul atque ire in exſilium juſſus eſt, ivit.* Quod autem hic de juſſu ſuo Cicero ait, id in prima Catilinaria exſtat; ubi contra c. v.
idem vetus liber vocula auctior eſt. Cum enim vulgati codices præ ſe ferant. *Quæ cum ita ſint, Catilina, perge quo cæpiſti, egredere aliquando ex urbe: patent portæ; proficiſcere* in illo libro legitur: *perge quo coepiſti, exi, egredere* at portæ illa vox *exi* interpretatio eſſe ſequentis, & e margine in contextum irrepſiſſe, præſertim cum & cap. VIII. legatur: *Egredi ex urbe Catilina: libera remp. metu: in exilium, ſi hanc vocem exſpectas, proficiſcere.* Habet illa tamen multum acerbitatis & imperii. Sed nihil muto. Magis illud placet, quod in ejuſdem orationis primæ extrema ſententia pro vulgato *omnes inimicos bonorum*, idem liber *homines bonorum inimicos* legit. Adſcribam integrum locum, ſicut in ſcripto inveni: *Tum tu, Jupiter, qui iiſdem, quibus hæc urbs, auſpiciis à Romulo es. conſtitutus: quem* ſtatorem *hujus urbis & imperii vere nominamus: hunc, & hujus ſocios à tuis aris, ceteriſque templis, tectiſque urbis, ac moenibus, à vita, fortuniſque civium omnium arcebis: & homines bonorum inimicos, hoſtes patriæ, latrones Italiæ, ſcelerum fœdere inter ſe ac nefaria ſocietate conjunctos, æternis ſuppliciis vivos, mortuoſque mactabis.* Ubi vox *omnis* omnino ferri nequit, quum de ſolis agat ſociis Catilinæ.

CAP.

## CAP. VIII.

### *LUCILIUS emendatus, deque Capillis nonnulla Phyſico-Chimica.*

SUavis quondam & facetus poëta habitus fuit Lucilius, & inprimis doctus. Hujus urbanitate delectatus, quamquam ejus ſcriptorum pauca tantum quædam fragmenta reſtant, ſoleo tamen ea nonnumquam relegere, ubi otium eſt, aut animus ſeverioribus ſtudiis fatigatus, amoenitate hac poëtica refici poſtulat atque inſtaurari. Nuper igitur ſcriptorem hunc revolvens incidi fortuna in elegantiſſimum locum, ubi e nonnullis dis quondam dilectarum mulierum exemplis quaſi per inductionem, colligere videtur velle, nullam adeo pulchram eſſe fuiſſeve unquam feminam, cui non aliquid vitii à natura ſit additum, quod emendatiſſimam aliàs formam devenuſtet.

Lib. XVII.

*Tun' cenſes*, inquit, καλλιπλόκαμον, καλλίσφυρον τῶ
*Non licitum eſſe uterum, atque etiam inguina tangere mammis?*
*Compernem, aut Varam fuiſſe Amphitruonis* ἄκοιτιν
*Alcmenam, atque alias, (Ledam ipſam denique nolo*
*Dicere, tute vide, atque diſyllabon elige quodvis,*
Τυρώνὲ γόπατέρειαμ) *aliquam rem inſignem habuiſſe,*
*Verrucam, aut nævum pictum dentem eminutum unum*
*Denique.*

Ita hunc locum emendatum, diſtinguendumque, facile iis probavero, quibus Critica non eſt noverca. In primo verſu quod occurrit epitheton, à *capillorum pulcritudine* deſumtum amplius aliquid, quam formæ laudem, aut orna

namentum capitis continet. Quod ex Onomacriti hymnis didici. Is enim Hygiæ, ſeu ſaluti Deæ, cujus cap. IV. meminimus, etiam hoc tribuit cognomen. Eſt autem capillorum venuſta denſitas non modo eximium humani capitis, præſertim in fæminis, ornamentum, ſed & firmæ, incorruptæque corporis valetudinis non leve argumentum. Unde & apud veteres Græcos conſuetudo fuit alendi capillos in ſignum roboris ac fortitudinis, Scholiaſtes Homeri: Τῶν ἑλλήνων τὸ παλαιὸν ἀρετῆς ἕνεκα καὶ ἀνδρείας κομώντων τὰς κεφαλὰς, λόγος πρῶτον Θησέα ἀποκειράμενον τὴν ἐμπροσθίαν κόμην εἰς Δῆλον ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι. Cauſam hujus ritus à Theſeo inſtituti mox videbimus. Et ab Ovidio Tragoediæ, quæ virilior poëſis & robuſtior,

Hymno in Dianam.

In Ἰλ. β.

III Amor. elegi I.

*Denſum cæſarie caput*

tribuitur. Contra ea defluvium capillorum læſæ valetudinis non leve argumentum eſt. Sic, apud Hippocratem, in morbis craſſis ἐκ τῆς κεφαλῆς αἱ τρίχες ῥέουσι. item in Aphoriſmis: ἢν αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέουσι, θανατώδεες. Serenus Sammonicus:

De intern. affectio. c. 50.

Sect. 7. 11.

*Defluit expulſus morbo latitante capillus;*
*Si raro lavetur; ſeu vis epota veneni,*
*Seu ſalamandra potens, nulliſque obnoxia flammis,*
*Eximium* capitis *tactu dejecit* honorem.

Simætha apud Theocritum in Pharmaceutr.

Ἀλλά μέ τις καπυρὰ νόσος ἐξαλάπαξε, &c.
Ἐῤῥευν δ' ἐκ κεφαλᾶς πᾶσαι τρίχες

Ergo & ipſa Pæan Apollo ἀκερσεκόμης, & Χρυσοκόμης. notum enim, inter fluxus capillorum remedia frequens illud & ſane quam efficax, ſæ-

l. vi, c. i.

nicam hanc ſibi dignitatem reſervaturum Joſe-
pho dicebat, ut *Phara-o*, id eſt *Sultanus*, ſeu
*Magnus dominus* eſſet, atque diceretur. Unde iis
& Aprilis, *Pharmuthi*, *dominus mortis*, quia a
tum omnia reviviſcere incipiunt. *Pharnace* ma-
ter Cirepæ regis Cypri, qui filius Apollinis,
*Domina quietis*, id eſt Luna, ex *Phar*, & *Noach*
*quies*, *nox*, *Pharmarus*, angelus, inventor ma-
giæ, *Pharmar*, *dominus dominorum* & *Phareis*
Thermuthis, quæ Moyſen ex aqua eduxit:
Pharaonis filia, *Domina* regina, *Phar-jeſch*, pro
prie *domina antiqua*, ſeu ſenior. Nec alia
ſignificatio eſt vocis *Omitres*: cui reſpon
det nomen *Mithridatis*, *Mithri adad*, domi
nus unicus. Ita & Sol *Omanus*, quod ejuſdem
ac *Omitres* ſignificationis. *Oſiris* ergo eſt ma
gnum Luminare ſive Sol: *Iſis* autem regina a
Luna, luminare minus: quos duos deos anti
quiſſimi Aegyptii ſolos agnoſcebant. Poſſ
Diodor. l. 1. c. 2. & *Serapis* videri dictus quaſi *Ziaras*, lumen ſe
ſplendor faciei quamquam mihi altera deriva
tio à *Saraph* non diſplicet, quo draco noſt
Chimicus igniti coloris ales denotatur. Q
autem à voce *Siris* nomen *Oſiridis* derivant,
de *articulo* O neſcio quid ſomniant, v
Demonſtr. Euang. Propo. IV cap. IV. hinc erraſſe videbuntur, quod Moſes *Oſa*
*ſiph* dictus, ex *Oſiar*, ſive *Oſiris*, & *Ziph*, *Sp*
*culator*. De qua voce adeundus Huetius: n
quis malit ab *Oſar*. 1. Magnus dominus: ite
quod vox *Calaſiris*, quam quaſi ex parte eju
dem ſit originis, allegant, à *Chal aſſir* deri
tur, quod ſignificat *univerſum*, ſcil. corpus
*cumdare*, ac *ſtringere*. Talis enim erat veſtis cala
ris ποδήρης, ſeu talaris. Non negaverim tamen
cem *Zian*, & hinc *ſiris*, acceptam etiam

Deo qui maximum lumen, omniſque luminis fons eſt. Sic *Buſiris*, quaſi *Bus ſiris*, *contemtor* Dei. Quo fortaſſe Virgilius reſpexit, cum *illaudatum* dixit Buſirin, quodque Deos contemnit ipſe nulla laude dignus ſit. *Petoſiris*, quaſi *Pethon ſiris*, *interpres Dei*, per ſomnia ſcil. ſuam voluntatem indicantis; verum *Taphoſiris*, *extremitas* eſt & *ora magni luminis*, ubi Oſiris ſepultus dicitur. Niſi quis ab *Hataph* alteram deducere etymi partem malit, quod Hebr. *rapere* ſignificat. Sed etymologiarum ſatis eſt. Non ſolum autem ad Deos mares hirci pertinebant, verum etiam ἐπιτραγίαν Venerem, & Junonem *Capratinam* veteres coluere, atque αἰγοφάγον: quæ quidem cognomina ad artem Chimicam pertinent, non minus, quam capillorum ille cultus Junonis Homericæ cum Jove congreſſuræ; capillorumque comtus, quo reginæ ancillas Iſis dicitur exornaſſe, lætumque capiti earum honorem, odoremque afflaſſe, Neque fruſtra eſt, quod de Meduſa canit Ovidius:

Heſych. Arnob. adri. gentes. v. Heraclid. Ponto in Alleg. Homer. Plutarch. de Iſ. & Oſir. 357. l. IV. Met. extrem.

> *Clariſſima forma,*
> *Multorumque fuit ſpes invidioſa procorum*
> *Illa; nec in tota Conſpectior ulla capillis*
> *Pars ſuit.*

Nec temere vel Latona, mater Apollinis & Dianæ, εὐπλόκαμος Onomacrito; vel Maja Mercurii ſimonidi apud Athenæum, vel Ceres Proſerpinæ καλλιπλόκαμος Homero vel ipſa Proſerpina ἐρασιπλόκαμος Onomacrito, vel Nemeſis ex Jove Helenæ καλλίκομος auctori Cypriorum verſuum vel eodem cognomine Venus Epimenidi, appellatæ ſunt. E ſequentibus partim, partim & ex his, quæ præceſſe-

In hymnor. initio. lib. xi. Deiphoſ. Athen. l. viii. p. 334. Schol. Sophocl. oed. Col.

pe caput radere. Celſus de capite *In hoc igitur capillis fluentibus maxime quidem ſæpe radendo ſuccurri-tur.* Et ſic *intonſus* potuit olim Phoebus dici, tamquam ipſa ſalus, adeoque nulli morbo, aut affectui obnoxius. Nam & in luctu capilli a-braſi. Hæc Nicephorus: τρίχας καρῆναι δυσφορο-τάτη θέα. & Aſtrampſychus: τρίχας πεσεῖν δὲ κίνδυ-νον φέρει μέγαν. Sic capillos in morte Oſiridis & Adonidis raſos apud lucianum, & Herodotum legimus. Iſis ipſa ſibi in morte Oſiridis cincin-num, ſeu πλόκαμον unum abſcidiſſe narratur à Plutarcho. Apollo antem Græcis Φοῖβος dictus, quaſi καθαρὸς ὢν παντὸς πάθους. Cornutus, quem e M. una opera corrigimus: χρυσοκόμαν, καὶ ἀ-κειροκόμαν προσαγορεύοντες, ἐπειδὴ χρυσωπός ἐστι, καὶ ἔξω πένθους καθεστὼς, διὰ τὴν ἁγνότητα. pro ἔξω παντὸς, ut vulgo legitur niſi quis ex Heſychio malit, ἔξω παντὸς πάθους καθεστὼς, legere. Alii cognomina hæc ad ipſius ſolis radios referunt, ad eorum-que ſplendorem. Unde apud Ovidium *rutilis veniens Aurora capillis*: & non ipſe tantum Sol *Syrius* dictus, ſed & aſtra reliqua. Heſychius: Σειρίου κυνὸς δίκην, Σοφοκλῆς τὸν ἀστρῷον κύνα. ὁ δὲ Ἀρχί-λοχος τὸν Ἥλιον. Ἴβυκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα. Vox au-tem illa Phæniciæ eſt, ſive Hebrææ originis, à Voſſio, Seldeno, Bocharto, Huetio, aliiſ-que viris erudititſſimis ſatis explicata, expla-nataque cum de voce Sehhirim agunt, quæ Levitici cap. XVI. lm. 7. exſtat, & pro *dæmoni-bus*, ſeu *diis* accipitur, à *Sehhir*, *Piloſus, comatus* radii vero ſolis, lunæ aſtrorumque inſtar co-mæ. Apud Diodorum Siculum *Satyri* Oſiridi o-blati dicuntur *in Æthiopia*, comam *umbilico* tenus promiſſam habentes. Satyri autem caloris, & ſpirituum calidorum volatilium Symbola ſunt

In Oni-rocriti-cis.

De Dea Syria lib. II, 36.

De Iſid. & Oſir. p. 356.

Heſych.

De natur deor.

Lib. I, c. 2.

Um-

Umbilicus media pars corporis. Quod ſi enim protenſis manibus pedibuſque circinus umbilico radio altero impoſitus circumducatur, abſolutum circulum efficiet, ut eſt apud Vitruvium. *Aethiopia* regio calori ſolis ita expoſita, ut nulla magis eſtq; terra Philoſophica. μέλαν δὲ τὸ στοιχεῖον, ὡς ἂν σῶμας, παχυτέρας κὴ δύσχε λαχὸν μοίρας. Ad quam terram Jupiter nonnumquam vadit, Diis cœleſtibus comitatus, ἐπὶ δαῖτα, Δωδεκάτη δέ τοι αὖθις ἀνέρχεται Οὔλυμπόνδε. Homer. il. α. 425. Unde & Aſo regina Aethiopiæ (*Aſch* Hebr. ignis) adjutrix Typhonis eſt apud Plutarch. p. 367. Quin & ipſe Oſiris in expeditionem *Aethiopicam* profecturus comam alere ſtatuit donec reverteretur. Quæ expeditio nil aliud eſt, quam prima caloris in opere Chimico operatio, ubi nutriendi caloris radii, effundendique ſunt, nec ante contrahendi, detondendive, quam nigredo terræ Philoſophicæ ſuperata fuerit, pulſaque. Adhæc *Schir* hircus Hebræis, à hiſpiditate dictus. Hircus Pan *Mendes* Aegyptiis. Mercurius etiam, cui & ſuæ in opere noſtro partes, in *Hircum* quondam mutatus ut cum Penelope concumberet, unde Pan natus fertur. Atque item Bacchus in *hoedum*. Imo & ipſe Juppiter à capra altus atque educatus fuit. Nolo de *Aſima* Seldenum de dis Aegyptiorum Syris Marshamum deſcribere; uti nec Bochartum, nec Huetium; ſed Oſiridis tantum etymon, quod à *Sehhir* aliqui, alii aliunde deducunt, adferre, quod mihi in illud inquirenti veriſſimum viſum, licet hujus linguæ imperito. Ziara ſplendorem ſignificabat. Hinc dictus *Oſiris*, quaſi *Oziar*, addito O, quod Aegyptiis *magnum* denotabat. Ita ſe Rex Aegypti u-

Lib. 3. c. i. Heraclid. in Alleg. Homer.

Herodot. II, 46. Ovid. V. Metam. De Dis ſyr. in Can. Chron. In Phaleg. in Demonſtr. Euang.

re, liquere poterit, phyſicam, Chimicam-
que hæc cognomina αἰνίττεσθαι originem. De Iſi-
l. xi. Mileſ. de legimus apud Apulejum; *Jamprimum crines*
*uberrimi Prolixique, & ſenſim intorti, per divi-*
*na colla paſſive* diſperſi *molliter defluebant.* Iſis au-
hymn. in Solem. tem Luna, ſeu Diana, quæ & ipſa Homero,
ἠϋπλόκαμος quippe quæ humiditate ſua capil-
lorum incrementa adjuvet quamquam illa cal-
vos adamaſſe fertur, pocius quam comatos
Sic Auſonius meus in Ecbogario:

*Mavors imberbes, & Calvos, Luna, adamaſti.*

Unde Lucianus de iis, qui in Luna habitant
Hiſtori ver. l. i. Καλὸς δὲ νομίζεται παρ' αὐτοῖς, ἤν πού τις φαλακρὸς καὶ
ἄκομος ᾖ. Τοὺς δὲ κομήτας μυσάττονται. Cujus qui-
dem figmenti ratio adfertur, quod comati
in cometis ſtellis in honore ſint. Luna vero
glabra eſt, & lævis. Quod autem Auſonius
*imberbes*, à Marte amari dicit, duplici ratione
nititur: primum quia juvenes imberbes fervid-
ſunt, ignei, acres & temerarii Græcis αἴζηοι
Dein quia barba pugnantibus obeſt; unde &
Alexander M. Macedonibus ſuis radere ea
l. xiii. p. 565. imperavit, poſt pugnam ad Granicum: qu
de re videndus in ſtratagem. Polyænus, & a-
pud Athenæum Chryſippus. Hæc utraque vul-
garis: ſecretior è Chimia ratio peti poteri
ubi quid *Mars*, & cujus rei *barba* Symbolum
ſit, ex hiſce Fortuitis innotuerit. De calviti
vero plura habet Syneſius: qui defluere nega
l. 2. Quare cum natura ipſis tale decus conciliave-
rit, de quo Apulejus in Mileſiacis eleganti
me diſſerit, radi quoque ipſis habitum turpi-
cap. xi. 6. ſimum, uti liquet ex Apoſtoli epiſt. ad Corint
priore Accedit, quod præter eam, quam a

ert deformitatem, ſervitutis quoque olim in-
icium fuit. Sic Aethru Theſei mater, ab
Tyndaridis in captivitatem abducta capillis
d cutem detonſis picta, teſte Pauſania & a-
ud Lacedæmonios κομᾷν καλόν, ἐλευθερίας χαρ- Ariſtot. 1 Rhet.
ᾳκτήριον. Poſſent & alia nonnulla addi, de ca- c. 9.
illis raſis naufragorum, niſi ea eſſent pervul- pag. 658.
ata. Sic & contra ea puellarum laudes à ca-
illorum denſitate petitas ex Achille Tatio,
Ariſtæneto, ceteriſque id genus ſcriptoribus,
acile eſſet, ſi pretium foret operæ. Quare his
eglectis ad medicam capillorum conſidera-
ionem reflectemus. Mori fuiſſe refert Arte- lib. 1.
nidorus, capillos radere, ubi quis e difficili c. 33.
norbo convaluiſſet. Ξυρᾶσθαι δὲ δοκεῖν τοῖς πλέου- Oniro-
σι μὲν διαῤῥήδην ναυάγιον σημαίνει, τοῖς δὲ νοσοῦσιν εἰς ἔ- crite.
σχατον ἐλάσαι κίνδυνον, πλὴν οὐκ ἀποθανεῖν. Ναυαγήσαν-
τες μὲν γὰρ, καὶ ἐκ μεγάλης σωθέντες νόσου ξυρῶνται οἱ ἄ-
νθρωποι, οὐ μὴν οἱ ἀποθανόντες. Quod ſcilicet ca-
illis ſuis vitam quaſi redimere ſe exiſtimarent,
voto facto eos diis dedicarent, de quo mox:
el quod perſalubre id ſit ad recuperandam
riſtinam eorum poſt morbum denſitatem, ex-
alantibus morbi reliquiis, & ſuccreſcenti-
us capillis novis in defluxorum locum. Vota
uod attinet, exemplum exſtat apud Pauſa-
iam; Ὑγείας ἄγαλμα memoratur, quod vix In Co-
cuerit dignoſcere. Οὕτω περιέχουσιν αὐτὸ κόμαι τε rinthia-
υναικῶν, αἳ ἐκείρονται τῇ θεῷ, καὶ ἐσθῆτος Βαβυλωνίας τε- cis. p. 54.
λαμῶνες. Fuere illæ ſine dubio ex adverſa vale-
udine in proſperam reſtitutæ: ideoque Hygiæ
καλλιπλοκάμῳ comas ſuas obtulere. Quin & his
pſis morbo amiſſis vota deabus capillorum
ræſidibus facta ex antiqua inſcriptipne con- Gruter.
ſtat; in qua *Minervæ Memori Tullia Superiana re-* P. Mlxvii.

 *ſtitu-*

*ſtitutione facta ſibi capillorum votum ſoluiſſe* legitur: cui Deæ non minus ac Hygiæ bonæ valetudinis tutela tributa. Unde Onomacritus inter cetera pacem & ὑγίειαν, ſeu ſalutem rogat & Ἀθηναίων οἱ πρεσβύτατοι Ὑγιείας Ἀθηνᾶς βωμὸν ἱδρύσαντο, ut eſt apud Ariſtidem in Encomio Minervæ, & Plutarch. in Pericle, & Pauſaniam in Atticis. quam & ſuperius *Pæoniam* ex eodem Pauſania agnovimus, & Ἰασωνίαν apud Apollonium in Argonauticis legimus. Fuit & Minerva *Medica*, & ſi qua Pindari ſcholiaſtæ fides, Σεληναίη. quamquam ut addubitem Demetrius facit, qui Λαγαία vel ut Voſſius ad Catullum legiſſe videtur, Δαναία habet, & Plutarchus, qui Συλλανίας Minerva meminit in Lycurgo. Alias & coma etiam pro ſalute aliorum devota. Ita Berenice profecto adverſus Seleucum Calliniam Syriæ regem fratre & marito rege Ptolemæo Euergete, comam ſuam.

Stymologum, p. 33, & 64. l. 1. 960.

Onomacr. in hymn.

Ol. od. vij.

> *Pro dulci conjuge Divis*
> *Non ſine taurino Sanguine pollicita eſt,*
> *Si reditum tetuliſſet-is haud in tempore longo, &*
> *Captam Aſiam Aegypti finibus adjiceret.*

## CAP. IX.

### *Cur Luna corporibus proceritatem conferat.*

Odyſſ. l. xx.

HOmerus de Pandarei filiabus agens inter ea, quæ à Deabus in illas collata dona numerat, μῆκος iis, ſive proceritatem: Diana tributam tradit. Ita vero ille:

> Ἥρη δ᾽ αὐτῇσιν περὶ πασέων δῶκε γυναικῶν
> Εἶδος, καὶ πινυτήν· μῆκος δ᾽ ἔπορ᾽ Ἄρτεμις ἁγνή.

Qu

Quærere hic viſum eſt, cur Dianæ potiſſimum hoc tributum, aſſignatumque donum fuerit. Inter eas laudes, quas femineo ſexui poëtæ, quique amores tractant, impertiunt, non infimas partes decora corporis proceritas obtinet. Sic Theophilus apud Athenæum.

Ἐγὼ μὲν οὖν καὐτὸς κιθαρεῖ στελάς ἐρῶ lib. xiii.
παιδὸς κόρης οὗ νῦν ἔχω πρὸς τῶν θεῶν;
Κάλλει καλῆς, μεγέθει μεγάλης, τέχνῃ σοφῆς.

Ubi legere malim: ἣν νῦν ἔχω, πρὸς τῶν θεῶν

Κάλλει καλῆς, &c. aut ſi hoc non placet, lib. i, c. primo verſu pro ἐρῶ, reponam ἐρῶν. Ariſtoteles 22. in Rhetoricis: Θηλειῶν δ' ἀρετὴ, σώματος μὲν κάλλος, καὶ μέγεθος. Ariſtænetus ſtatim in initio, de Laide: Ἐστι δ' εὐμήκης ἡλικία. Ita & de Cynthia ſua Propertius:

*Fulva coma eſt; longæque manus; & maxima toto* lib. ii.
*Corpore: & incedit vel Jove digna ſoror.*

De Galatea Ovidianus Polyphemus: lib. xiii.
*Floridior prato, longa procerior alno.* metam.

quin & ipſa Diana non aliter ab Homero laudatur, ubi Nauſicaen cum illa comparat: lib. vi. Odyſſ.

Τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι Διὸς Αἰγιόχοιο
Ἀγρονόμοι παίζουσι. γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ.
Πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει, ἠδὲ μέτωπα.
Γεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι.

quem locum Virgilius exprimere conatus ita extulit: I Aeneïd.

*Hinc atque hinc glomerantur Oreades; illa pharetram*
*Fert humero, gradienſque Deas ſupereminet omnes.* iii. Metam.

Ovidius autem:

——— *Tamen altior illis*
*Ipſa dea eſt, colloque tenus ſupereminet omneis.*

Quod quum à Praxitele eſſet obſervatum, Pauſan. in Phocicis. p. 355. ſimulacrum Dianæ Anticyræ fecit, maximæ cujuſque feminæ proceritatem ſuperans. An igitur, quia ipſa talis, hoc quaſi proprium decus dilargitur? an vero ratio quædam naturalis hoc involucro tecta latet? Pſeudo Didymus ad illa Homeri hæc commentatus eſt: κουροτρόφος γὰρ ἡ θεὸς τῷ ἀδελφῷ Ἀπόλλωνι. Ubi vocula ὁμοίως, vel ὁμῶς poſt θεὸς excidiſſe videtur. Hymn. in Dianam. Eodem illam cognomine Onomacritus etiam compellat, βροτῶν inquiens, κουροτρόφε δαῖμον. InTheogonia. Heſiodus Hecaten quoque, quæ eadem, κουροτρόφον appellat; quod ei munus à Jove datum ait:

Θῆκε δέ μιν Κρονίδης κουροτρόφον, μετ' ἐκείνην
Ὀφθαλμοῖσιν ἴδοντο φάος πολυδερκέος Ἠοῦς.
Οὕτως ἐξ ἀρχῆς κουροτρόφος.

lib. vi, c. 15. Apud Theocritum vero mater etiam Dianæ Latona κουροτρόφος, Edyll. XVIII. Λατὼ μὲν δοίη, Λατὼ κουροτρόφος ὔμμιν εὐτεκνίην.

Et apud Diodorum Siculum legi, ad Dianam infantium, ac ciborum, quos ea ætas poſtulat curam pertinuiſſe, eaque de cauſa id nominis habuiſſe. Emendatiunculam vero De Natur. Deor. in Apoll. & Diana. meam confirmant illa Cornuti: Οἰκείως δὲ καὶ ἀδελφοὺς αὐτοὺς παρεισήγαγον, ἐμφερεῖς ἀλλήλοις ὄντας καὶ ὁμοειδῆ κίνησιν κινουμένους, καὶ δύναμιν παραπλησίαν ἐν τοῖς ὅλοις ἔχοντας, καὶ τρέφοντας ὁμοίως τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ita enim hæc e veteri libro legenda ſunt, pro vulgatis αὐτῷ παρεισάγουσιν. Seneca lib. iv. de Benef. *Num dubium eſt, quin hoc humani generis* cap. 23. *Domicilium circuitus ſolis ac Lunæ vicibus ſuis temperent?*

*rent? quin alterius calore alantur Corpora, terræ relaxentur, immodici humores comprimantur, alligantis omnia hyemis triſtitia frangatur: alterius tepore efficaci & penetrabili rigetur maturitas frugum? quin ad hujus curſum fecunditas humana reſpondeat?* Antyllus apud Stobæum: ὁ μὲν ἥλιος κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν θερμαίνει τὰ σώματα, ἡ δὲ σελήνη μᾶλλον ὑγραίνει. Sol p. 550.
tamquam auctor ſpiritus, caloris, ac luminis humanæ vitæ genitor habebatur, ac naſcentis hominis δαίμων: Luna vero corporum præſidium tribuebatur, unde & τύχη dicta eſt, quod corpora viciſſitudinibus fortuitis pateant ac ſubjaceant. qua de re plura Macrobius in Saturnalibus. Recte igitur Lunæ ſeu Dianæ corporis tribuitur. l. 1. c. 19.
Sol enim, licet illud alat, quatenus ei vitam ſufficit, non tamen procerum illud efficit, verum potius Contrahit, propter ardorem, atque Siccitatem. Contra Luna frigore ſuo & humore corpora dilatat. ὑγρασίη δὲ τροφῆς ὄχημα ut ait Hippocrates. Unde Herodorus Heradeotes apud Athenæum lib. II. ſcripſiſſe olim fertur, τὰς σεληνίτιδας γυναῖκας ᾠοτοκεῖν, καὶ τοὺς ἐκεῖ γεννωμένους πεντεκαιδεκαπλασίονας ἡμῶν εἶναι. De Aliment. c. xii. lib. ii.
Sed illo commento omiſſo, in quo tamen aliquid video, quod oviparas eſſe feminas probet, illud Lunæ proprium eſt, augere in quovis, quod vegetatur, corpore humidum nativuum, unde illud in majorem molem aſſurgit. Apulejus ad Iſidem. ſeu Lunam: lib. xi. Meleſiac.
Udis ignibus nutriens læta ſemina. Plutarchus de Dea Syria: Οἱ μὲν Ἀφροδίτην, οἱ δὲ Ἥραν, οἱ δὲ τὴν ἀρχὰς καὶ σπέρματα πάντων ἐξ ὑγρῶν παρασχοῦσαν αἰτίαν καὶ φύσιν νομίζουσι, καὶ τὴν πάντων εἰς ἀνθρώπους ἀρχὴν ἀγαθῶν καταδείξασαν. In Cruſto.
Mathematici apud eundem Plutarchum, ideo Typhonem De Iſide & Oſir.

mundum

mundum eſſe ſolarem, Oſiridem lunarem putabant, ὅτι ἡ μὲν σελήνη γόνιμον τὸ φῶς καὶ ὑγροποιὸν ἔχουσα εὐμενὴς καὶ γοναῖς ζώων, καὶ φυτῶν ἐστὶ βλαστήσεσι. ὁ δὲ ἥλιος ἄκρατον πῦρ κεκληρωκὼς θάλπει τε, καὶ αὐαίνει τὰ φυόμενα. Ita enim illic legere malo, quam ἀκράτῳ πυρὶ, ut vulgo editum eſt. Exemplum eſt in oſtreis, aliiſque nonnullis animalibus. Lucilius:

Apud Agell. xx, 8.

*Luna alit oſtrea, & implet echinos, muribus fibras,*
*Et pecui addit.*

περὶ καρπῶ.

Notabile eſt, quod apud Ptolemæum exſtat, non eo modo tempore quo foetus in utero geſtatur (de quo accurate Auſonius meus in Eclogario) ſed & cum in lucem editus eſt, planetas ſingulos per quaſdam reciprocas ſtationes ſua munera diſtribuere, vireſque ac vitam impertiri. Lunæ quidem magis ad corporis ſpeciem, ſolis ad vitam vel animam tendere influxus: Mercurii ad ſpiritum, vel nexum utriuſque: Saturnum, Jovem, Martem, Venerem ad qualitatem & temperamentum.

lib. ii. qu. natur. 6.

Præterea, *quid aliud inquit Seneca producit fruges, & ſegetem imbecillam, ac virentes erigit arbores, ac diſtendit in ramos, aut in altum exigit,* (ita enim pro *erigit* e Mſ. legendum) *quam ſpiritus intenſio & unitas?* Ubi igitur Sol radios ſuos in Lunam projicit: iidemque à levi Lunæ corpore rejecti aëri umbroſo frigidoque nocturno occurrunt, fit temperies quædam humida tepida aëris, qui cum ab animalibus hauſtus, tum a vegetabilibus perceptus alit omnia, & incrementum præſtat, ac humidioris quidem temperiei corporibus etiam proceritatem; effervеſcente ſcilicet acido e concurſu alcali: unde rarefactio, ac dilatatio. Quæ ratio non ſolum in hiſce ſed

& in

& in maris corpore locum obtinet, cujus eo major ac vehementior æſtus eſt, quo ſpirituum ſive fluentis aëris major e rarefactione eſt motus. Rarefactio autem eo major eſt, quo ampliorem Lunæ partem Sol radiis ſuis percutit. Hinc in plenilunio, cum tota Soli objecta Luna eſt, ut & ſub horis æquinoctii, id eſt ſub ipſum ſolis lunæque coitum, æſtus multo ſolet eſſe maximus, aëre ſeu ſpiritu, multo vehementius concitato, & illum deinceps ſpiritum, quo mare ſemper agitatur, magno cum impetu propellente; intermedia quam dixi rarefactione per Acidi & Alcali effervеſcentiam. Unde & in veteri epigrammate apud Gruter. *Undarum* dea Luna dicta videri poſſit, quod hic e conjectura ſuppletum. emendatumque adſcribam : In inſcript.

*Hanc tibi marmoreo cæſam de monte, Diana,*
*Regina undarum, nympha decus nemorum,*
*Voti damnaſti perfecta quem prece, Baſſus*
*Moenitæ propter mœnia Germiſaræ.* ſubintellige, Statuam poſui.

Ut autem ad proceritatis in feminis laudem revertamur, animadvertendum & hoc exiſtimo, feminis eam potiſſimum à Luna tribui. Ratio eſt, ὅτι τὰ θήλεα πρὸς ὕδατος μᾶλλον. ἀπὸ τῶν ψυχρῶν καὶ ὑγρῶν, καὶ μαλθακῶν αὔξεται καὶ σιτίων, καὶ ποτῶν, καὶ ἐπιτηδευμάτων. τὰ δὲ ἄρσενα πρὸς πυρὸς μᾶλλον, ἀπὸ τῶν ξηρῶν δηλαδὴ, καὶ θερμῶν, σιτίων τε, καὶ λοιπῆς διαίτης. Hippocrat. de Diæta l.1.c.19.

CAP.

## CAP. X.

### *In Floro nonnulla reſtituta.*

FLorum in his Fortuitis aliquot mendis liberare decretum eſt, ut ſic elegantiori ejus editioni proludam. Verba ejus ſunt lib. II. cap. XII: *Nam Marcio Philippo coſ. eam provinciam ingreſſus P. R. exploratis diligenter acceſſibus, per Aſtrudem paludem, per acerbos dubioſque tumulos, illa, quæ volucribus quoque videbantur invia, acceſſit, regemque ſecurum, & nihil tale metuentem ſubita belli irruptione terruit.* priorem partem Heinſius e Livio ſat feliciter ſibi emendaſſe viſus eſt, *Tamen* pro *nam*, &, *præter Aſcuridem paludem per averſos devioſque tumulos*, legens quamquam ego acerbos dubioſque tumulos defendi poſſe exiſtimem & ſane, ſiquis Livium legerit, nimiſquam eos acerbos & ancipites fuiſſe fateatur. *Acerbi tumuli* dicti, ut *acerbum vulnus*, *acerbus ictus*: *dubii* vero, ut *dubius aſcenſu mons* apud Propertium, & apud Salluſtium *dubia niſu*, in re ſimili. Sed in ſequentibus lego: *Illa, qua volucribus quoque videbatur invia*, Scil. Macedonia. Ita & ſalluſtius corrigendus: *Omnis Gallia cis Rhenum, atque inter mare noſtrum, atque ocenanum, niſi qua paludibus invia fuit, perdomita.* Pro quo vulgo, *quæ à paludibus invia*, legitur. *Illa*, *qua*, ſunt ablativi, ſubintellecta voce *parte*, vel *via*. Sic mox apud Florum: *per alias vias Macedonia deprenſa eſt, quum alia minatus alia irrepſiſſet.* Non diſſimile vitium, quod lib. II. cap. VIII. occurrit; ubi, *ne non aliquo ducem genere agere videretur*, de Antiocho legas. Miror viros illos eruditos non vidiſſe reponendum: *ne non aliqua Ducem agere videretur.*

l. I. Hiſtor.

Id

Id eſt, aliquo genere; hæc enim illius vocis
interpretatio veræ lectioni fraudi fuit. Sic &
Virgilius:

*Et ſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes.*

Poſt paulo legitur: *Abſens ergo victus fugit in ma-
ria, inſulamque Samothracen: fretus celebri religione:
quaſi templa & aræ poſſent defendere, quem nec montes
ſui, nec arma potuiſſent.* reponendum celeberri-
mam fuiſſe Samothracem, & ſacroſanctam:
ſed illa ipſa celebritas obſtare videtur, ne qua-
ſi ad indicium celebritatis hoc ipſum addatur
adjectivum. Confirmant ſententiam meam
illa Velleji de eodem Perſeo: *Quam ille linquens* lib. I.
*in inſulam ſamothracen profugit; templique ſe religioni
ſupplicem credidit.* Et illa Juſtini: *Cum Tyrum reli-* lib.
*gione templi ſe defenſurus petiſſet.* Sed & ipſa, quæ xxxix.
ſequitur antitheſis idem poſtulat. Quid de- c. I.
lubrum ſit, Servius ad Virgilium, ubi & de II Aen.
hoc ipſo agit templo Samothracio, abunde do- 225 &
cet. De religione hujus templi adeundus Li- 296. & IV Aen.
vius, unde hæc à Floro expreſſa. Sequitur 56.
eodem capite: *Quum in conſpectum veniſſet hoſtis, in* lib. xlv.
*templum recepit, & conviviis adhibuit liberoſque ad-
monuit ſuos,* &c. quid hic voci hoſtis loci eſt?
lego igitur: *quum in conſpectum veniſſet, & hoſpi-
taliter eum recepit, & convivio abhibuit.* antequam
hæc mihi in mentem veniſſet emendatio, con-
jeceram: *& in conſeſſum eum recepit;* nam *templum*
vel *tentum*, uti aliis legere placuit, nimis hic
ſunt longe petita. Favebant conjecturæ meæ
illa Valerii maximi; *Qui cum Perſen, parvi te-* lib. v.
*mporis momento captivum ex rege, ad ſe adduci audiſſet,* c. I.
*occurrit ei Romani imperii decoratus ornamentis: cona-
ntemque ad genua procumbere dextra manu allevavit, &
Grajo ſermone ad Spem exhortatus eſt. Introductum*
*etiam*

*etiam in tabernaculum lateri ſuo proximum in concilio Sedere juſſit; nec honore menſæ indignum judicavit;* Ubi dictiones *Romani*, & *manu* gloſſam mihi reſipiunt. Pro *ſedere* quoque *aſſidere*, vel, ut Livius, *Conſidere* malim. Sed hæc minuta. Extremo tandem capite ubi vulgatæ editiones habent, *Sed multo prius gaudium victoriæ P. R. quam epiſtolis victoris perceperat;* Scriptus codex exhibet, *preceperat.* Malim, *acceperat.* ita ut fuerit. *Sed multo prius gaudium victoriæ rumore, quam epiſtolis victoris P. R. acceperat.* Et hæ quidem notæ cum Sequenti voce confuſæ errorem depravatæ lectionis pepererunt. Apud Livium de hac eadem re vox *præcerpere* occurrit. Ita enim ille: *Victoriæ nuntii Q. Fabius, & L. Lentulus, & Q. Metellus, quanta potuit adhiberi feſtinatio, celeriter Romam cum veniſſent, præcerptam tamen ejus rei lætitiam invenerunt. Quarto poſt die &c.* quem Florus male *eundem* dicit. Cæterum in Livio, niſi id jam aliis animadverſum, quarum nunc editio non eſt ad manum, malim, *quanta potuit adhiberi feſtinationis celeritate Romam quam veniſſent.*

## CAP. XI.

### *Virginum & vetularum diſcrimen Phyſico-Chimice oſtenſum.*

INter Hebræorum proverbia, quæ ab Abenſira collecta, & à Druſio edita ſunt, illud in primo mihi animadverſione dignum viſum, quod diſcrimen inter puellam virginem & anum, ἐνφιλοτητι viro μιγείσας, notatur, *Aqu[æ] mulieris*, inquit, *quæ virgo juvenis eſt, Dulces ſun[t] & a[...]*

*& augent vires: ſed aquæ mulieris vetulæ amaræ ſunt*
*t abſinthium, & debilitant vires: ut ciſterna, quæ*
*quas habuit, quas ventus hauriendo abſumſit.* Scita
ane comparatione, in qua præclare naturæ
utriuſque comparati habita eſt ratio. Occurrit
autem illa aquarum pro re venerea uſurpatio
n alio etiam ibidem proverbio: *Scriba docens*
*lios ducat virginem; & ne ducat eam, quæ maritum*
*abuit. Nam aquæ virginis tibi ſoli erunt: aquas vero*
*jus, quæ maritum habuit, antea alius præter te hauſit.*
n proverbiis etiam Salamonis legas: *Bibe ex* cap. v.
*uis ciſternis aquam, & latices, & è medio puteo tuo*
*xuberent fontes tui foras per plateas, quos tu ſolus ha-*
*eas, non etiam alieni tecum. Sit tuus fons felix: & frue-*
*e tuæ juventutis uxore, amabili cerva, lepidaque da-*
*ma; cujus te omni tempore irrigent ubera; cujus amore*
*otiare ſemper.* & eodem proverbiorum libro: c. IX.
*Aquæ furtivæ dulces ſunt, & furtivus panis jucundus.*
bi una eademque res duplici tralatione expri-
mitur. Cui reſpondet illud Pindari. γλυκύ τι
κλεπτόμενον μέλημα Κύπριδος. & hoc Philoſtrati: In Epiſtolis
πᾶν δὲ τερπνότερον τὸ κεκλεμμένον. Hic & apud Gr. p.
Poëtam, *Vulcani, Martiſque doli, & dulcia furta.* 395.
liaque id genus apud Clementem Alexandr. l. III.
c Athenæum ex Ariphrone plura. Apud Ar- Pædag.
emidorum vero: ἐξ οἰκίας ποταμὸς ἐκρέων πένητι c. 2.
ἀνδρὶ διαβάλλει τὴν γυναῖκα, ἥτινα τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ μοι- l. XVI.
χευόμενον, ἢ καὶ ἀχρημονοῦντα. Quem locum egregie Deipnoſ.
illuſtrant illa Pauſaniæ, ubi ait, Veneris ſimu- l. II, c.
lacrum in compedibus Lacedæmone fuiſſe de- 27. onirocr.
dicatum, ut feminæ maritis fidæ forent, nec
d inſtar fluminis ad alios viros effluerent.
bidem apud eundum Artemidorum, φρέαρ
εἶν ἐν τῇ οἰκίᾳ ἢ ἐν ἀγρῷ, οὐκ ὂν πρότερον, ἀγαθόν.
 ἀγάμῳ γυναῖκα σημαίνει. νύμφαι γὰρ εἰσιν ἐν τῷ φρέατι.
tem: λίμνη σύμμετρος, καὶ μικρὰ λίαν, γυναῖκα ση-



μαίνει

in Laconic. μαίνει εὔπορον, ἀφροδισίοις χαίρουσαν. Ad hanc ab aquis deſumtam metaphoram & illa pertinet, quam ab ipſo actu deduxit Alcman, dicens:

Athen. l. XIII, p. 600.

Ἔρως με δ᾽ οὔτε Κύπριδος ἕκατι γλυκὺς κατείβων καρδίαν ἰαίνει.

Ubi τὸ κατείβειν, ſive *irrigare*, affinis aquæ vox eſt. Ut enim aqua corpus, ita voluptate anima perfunditur, irrigaturque. Notabilis ſane mos antiquus Segobrigiorum apud Juſtinum, ubi de Maſſilia agit condita, regias virgines *aquam* futuro ſponſo offerre ſolitas. Sed quare potiſſimum venerea voluptas hac *aquæ* voce ſignificetur, rationem reddere nunc tempus eſt: dein cur aquæ vetularum vires debilitent, virginum vero ætate florentium eas augeant, poſtpaullo videbimus. Tritum eſt omnium ore illud Pindari, Ἄριστον μὲν ὕδωρ· nec minus illa nota Thaletis ſententia eſt, *Aquam rerum omnium eſſe principium.* Quamquam illam Thale ab Homero accepiſſe videri poteſt, cui *Oceanus rerum pater*, ſicut Oſiris apud Aegyptio ἁπλῶς ἅπασα ἡ ὑγροποιὸς ἀρχὴ ϗ δύναμις, αἰτία γεν σεως, ϗ σπέρματος οὐσία. Multa exſtant in han ſententiam à Plutarcho curioſe congeſta: ſe perinſigne mihi viſum, quod Oſiridis culto ribus nefas *arborem* hortenſem *perdere*, aut *fon tem aquæ obturere*: quodque τὸ νότιον, τοῦ κόσμου κλ μα, id eſt, *meridionalem & humidam* auſtrina Mundi plagam *folio fici* depingebant Aegypti quo & humectatio & generatio omnium r rum ſignificabatur, ipſumque adeo genital membrum, cujus figuram videbatur expi mere. Eſt enim τὸ θρίον, ſeu fici folium, tria diviſum, unde ei nomen datum vult The

Olymp. c. 1.

de Iſide & Oſir.

cur

criti Scholiaſtes Plutarchus autem ab aſpe- ad Eidyll.
ritate illud accepiſſe putat. Sed omiſſa, quæ XIII.
nihil ad nos, de nominis etymo diſputatione, Probl.
ipſam rem expendamus mihi namque ea de Conv.
cauſa fici folium generationi tributum vide- v, 9.
tur, quia ſola ficus flore caret, ſtatimque fructum edit. Ad hæc dum dulcedinem pinguedinemque omnem in fructum dimittit, ipſa dulcedinis ſit expers. De fructu ſine flore res Plutarch.
aperta in homine, tam vero, quam imagine ibid.
veri philoſophico. Nil autem fructu illo dulcius eſſe, nihilque quod ipſam magis arborem enervet, ſive generandi actum ſive ipſum generatum reſpicimus, facile probavero. Venus enim ideo *Pulcherrima* veteribus dicta atque habita fuit, διὰ τὸ μάλιστα ἀρηρεκέναι τοῖς ἀνθρώποις τὴν κατὰ συμπλοκὴν ἡδονήν, ὡς πάντων τῶν ἄλλων διαφέρουσαν. Ita vero hic locus apud Cornutum emendandus, pro quo in vulgatis ἀνηροκέναι, in ſcripto codice ἀφαρηκέναι legitur. I- de Nat.
dem de illa voluptate tradidit Auguſtinus, & deor. in
ante eum Philo περὶ πελθυμῆς. De detrimento Venere
vero nonnulla Clemens ſuppeditabit Alexandrinus, & Plutarchus cum in Problematis, l. XIV.
Convival. tum de tuenda valetudine. Congeſ- de Civ.
ſit item pluſcula Elmenhorſtius ad Apulejum, di c. 16.
Fructum ipſum quod attinet. nil liberis nobis lib. II.
dulcius: unde & à chariſſima noſtri corporis Pædag.
parte, ob voluptatis ſimilitudinem *Oculi lumina*, v. 10.
φωλία, dicti. Ἐοίκασι γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ παισὶν, ὅτι lib. II.
ποθεινοί εἰσι ait alicubi Artemidorus vel ut Tre- pag. 161.
tes: lib. I. c.

28. Chiliad.

VII.

*τέκνα δοκοῦσι κρείττω τοῦ φωτὸς τοῖς φυτοσπόροις.* 149.
*Parentibus nam liberi ſunt gratiores luce.* cap. 74.

Sed iiſdem quoque omnem ſuccum & dulcedinem nobis exhauriunt, nimia curarum, & ſollicitudinum mole oppreſſis, quas pro ipſis ſuſcipimus. Hinc incertus auctor apud Stobæum:

> *Φροντίδες οἱ παῖδες μέγα ἐστὶ κακὸν, εἴπ πάθοιεν.*
> *Εἰσὶ δὲ καὶ ζῶντες φροντίδας οὐκ ὀλίγας.*

Id eſt, ut hos & ſequentes vertimus:

Plutarch. > *Cura dolorque patri nati, ſi quid fuat illis:*
ibid. > *Sunt etiam vivi cura dolorque patri.*

Nec his diverſum eſt illud Græcorum adagium,

> *Cura patri natus tempus in omne ſuo.*

Artemidor. l. XVI.

> *Ὡς υἱὸς ἢ λύπη πᾶς πατρὶ πάντα χρόνον.*

Ita enim apud Artemidorum reſtituendum. Pro quo Caſaubonum εἶδεν ὅση λύπη legereait. Quod apud Plutarchum ex Eveno ita efferri teſtatur Rigaltius

> *Ἤ δὲ ὅδη λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον*
> *Aut jovis eſt patri filius, aut lupus eſt.*

Heraldus autem corrigendum putat,

p. 8. in Arnob.

> *Ἤ δὶς ἠδὲ λύκος παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.*

Θρῖον igitur his mihi de cauſis generationis Symbolum; eandemque forſan ob rationem (niſi quis forte ob humorem vetegum ipſius folii, vel humidum calidum ipſius fructus maluerit) τὸ γὰρ φυτὸν ἁπάντων ὀπωδέςατον, ὥστε καὶ τὸ σῦκον αὐτοῦ, καὶ τὸ ξύλον, καὶ τὸ ἔργον (lego τὸ φύλλον vel τὸ θρῖον) ἀναπεπλῆσθαι. inventori Baccho ſacrum, qui Συκίτης & φλοιὸς ac φλεὼν, item φλοῦς, & φλυεὺς, ideo Græcis dictus, ut e

Plutarch. l. VI. probl. Conviv. 10.

Hes

Heſychio, Plutarcho, Aeliano, Athenæo, & Apollonii ſcholiaſte diſcere eſt. Καὶ Δενδρίτῃ Διονύσῳ πάντες Ἕλληνες θύουσιν. τὸ ὑγρὸν γὰρ καὶ γόνιμον κύριος δοκεῖ ἀρχῆς εἶναι. Ita de eo Plutarchus loquitur in Convival. quæſtionibus. Cornuto etiam τῶν ἡμέρων δένδρων ἐπίσκοπος καὶ δοτὴς θεὸς dicitur. Heſychio cum ipſe, tum Jupiter εὔδενδρος. Quemadmodum autem Libero Patri, ita & exercitui ejus fici folium adamatum, fuit: adeo ut in victoria indica hinc ſibi coronas fecerint. Unde & παρὰ τὸ θρίον θρίαμβος dictus; & τὸ θριάζειν Heſychio ἐνθουσιᾶν. Neſcio vero, neque ideo auſim affirmare, an non huc etiam pertineat, quod albas ficus Talmudici gentilibus vendi noluerint, qui illas ante idola ſuſpendebant. De Phallis enim res nota: & Oſiris, cujus non inventum membrum, ad oſtium Taniticum in mare demiſſus fertur; *Tanath* autem Hebræis ficum ſignificat. Pueris autem ad avertendum faſcinum veretilla de collo ſuſpendi ſolita novimus: iiſdemque eadem, mea quidem ſententia, de cauſſa recenti ficu defricti oculi: factum enim id ob aliquam medendi facultatem vix mihi Athenæus perſuaſerit, qui id ex Pherecrate annotavit. Poteſt ex eodem Atheneo & hæc adduci ratio, quod ficus duabus polleat facultatibus, glutinoſa & ſalſa quæ utraque ad generationem facit. De glutinoſa mox aliqua: De ſalſa dixiſſe Suffecerit. ſal τὸ τροφὴν διαφορεῖν, ἐκπέττειν, καὶ μαλακωτέραν τῇ πέψει παραδιδόναι. Unde & Seminis ex alimento bene digeſto, concoctoque major copia. Non immerito igitur Neptuno, idem quod Jovi φυζαλμίς tributum cognomen: in ejuſque regno nata ipſa γε ἐπιεσα

l. v. pr. 5. de Nat. Deor.

Plutarch. de Iſid. & Oſir. p. 356.

l. III. Deipnoſ. p. 78.

Plut. Sympoſ. iv qu. 4.

 θεὰ

θεὰ, πολυγενὴς Venus: Habitique ſemper nau-
τὰ μάλιστα γεννητικά. Quin & ovibus, capriſque
Pro- ad fœcunditatem ſal delingendum præbetur.
blem. Sed hæc, aliaque multa, melius ex ipſo Plu-
Conviv. tarcho peti poterunt, cui hæc de ſale quæſtio
& Natu- tractata, quare & cur arborem hortenſem
ral. Oſiridis cultoribus nefas fuerit, videamus.
Nec eſt, quod hic diu hæreamus. Occurrit
enim ſtatim Ithyphallicum illud:

*Quod meus hortus habet, ſumas impune licebit;*
*Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.*

& περὶ τοῦ κήπου ex Heſychio, Athenæo, aliiſ-
l. vii. que nonnulla huc facientia collegere Paulus
emen- Leopardus, & Scaliger ad Priapeja. Ad hæc
dat c. 6. Pomarta in Helleſpontiaci Dei tutela ſunt
& horti item tutelæ Veneris à Plauto aſſignati.
Unde apud Pindarum: Ὅστις εὐάγκαλος εἶχεν Ἀφρο-
Plinius δίτης Εὐθρόνου μνάστειραν ἁδίσταν ὀπώραν. & apud Ari-
l. xix. ſtænetam: ἄλλως τε ὀπώραν πωλεῖς ἡ καλή, ἔστιν δὲ
c. 4. ἡ σὴ ὀπώρα ἰδίων τῶν ἀπὸ τῶν δένδρων. De Pomis etiam
Iſthm. nos alibi plura: & paulo ante δενδρίτην Bac-
ii. l. ii. chum habuimus, abſque quo & Cerere αὐξιθα-
Epiſt. i. λοῦς jejuna & deſtructa luxuria eſt. Conjici
In Geſtu autem emanaſſe ad Aegyptios Adamici pec-
ad Lon- cati hiſtoriam, eoſque exiſtimaſſe ipſam
gin. humani generis propagationem hoc veluti Sy-
Juſtin. l. mbolo fuiſſe adumbratam. Hujus certe ſen-
tentiæ Philo Judæus Aegyptius fuit. Nam
quod ad ipſam mundi creationem attinet,
eam illi ſub elegantibus fabularum involucris
aliiſque nominibus, ita ferme, ut in ſacris
illa libris exponitur, tradiderunt. Typho-
De Iſide nem ſcilicet Oſiridis membrum, τὸ γόνιμον,
& Oſir. τὸ σπερματικὸν τοῦ πρώτου ἐσχηκέναι ὑγρὴν τὴν ὑγρότητα. καὶ
ὑγ-

ὑγρότητ@ ἑλκυσθῆναι τοῖς πεφυκόσι μετέχειν γενέσεως. Illud eſt, aut eſſe videtur, quod Geneſeos cap. I. his verbis exprimitur: *Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Ubi ſpiritus Domini calor ille eſt genitalis. qui ex humido omnia produxit. Ignis enim & Aqua rerum omnium principia ſunt. πάντα δὲ ἐνόντα θερμαίνεται, πνευμαΐ-ζει. (Hippocrat. de nat. puer. c. I. & de Princip. c. VI.) Quod autem *Aquæ* hic plurali numero latine exprimantur, conſuetudine potius quam recta ratione nititur; quandoquidem Hebraïca vox *Bemajim* defectiva eſt, & ſingulari numero caret. (Villalpand. in Ezechiel.) Tertullianus hoc non advertens, *Dæmonia*, ait, *incubare fontibus, puteis, & aquis amaviſſe, affectantes illam in primordio divini ſpiritus geſtationem.* (De Baptiſmo c. V.) Præiverat Tertulliano Juſtinus Martyr, qui in ſecundo pro Chriſtianis Apologetico. Proſerpinæ imagines ad imitationem ſpiritus Dei, qui ſuper aquas ferebatur, ad aquarum fontes excitari ſolitas gentilibus objicit quum revera omnes fluvialium Deorum Dearumque fabulæ ab hac naturæ, quam indicavimus, expoſitione fluxerint. Hæc enim ipſiſſima cauſſa fuit, cur & Aegyptii Dæmonas, atque ipſum etiam ſolem ſuper navigium collocarint: & à Græcis Naïdes aquarum præſides virtutes dictæ fuerint: uti fuſius Porphyrius expoſuit. Apud quem, quod huc apprime facit, cur res Venerea aquæ comparetur, illud etiam legiſſe memini: (De Antro Nymphar.) δίυγρον κατὰ τὰς τῆς μίξεως ἐπιθυμίας, καὶ νοτερότερον γίνεσθαι τὸ πνεῦμα, ἀτμὸν ἐφελκομένης δίυγρον τῆς ψυχῆς ἐκ τῆς πρὸς γένεσιν νεύσεως. Unde & ille mos profectus ſit, ut nouæ nuptæ *nymphæ* appellarentur, & lavacro aquæ vivæ ſeu fontis ſeu fluminis perennis pedes abluerent. Poſſem ſi o-

Ovid. IV Faſtor. Varro apud Serv. ad IV. Aen. Idem ad XII. Aen. Sidon. Apollinar. in panegyr. Leonis.

tium eſſet, & alios huic plures à me abſervatos veterum ritus addere; ut, non ſine aquæ & ignis interventu maritos novas nuptas domum duxiſſe: aquam & ignem in omni foedere feriundo adhibita; per aquam & ignem juratum magis: prohibitum ab Heſiodo in operibus, ne flumina viva ſine precibus & illotis manibus tranſeantur; & ne polluta ſemine genitalia ante focum, ſive ignem, revelentur: quæ omnia illuc reſpexerunt, ut ex aqua & igne motore conſtare omnia ſignificarent, in quæ duo cuncta quoque reſolvantur, ut eſt apud Hippocratem de diæta lib. II. cap. 31. Quamvis autem aqua vulgo frigida credatur, adeoque ad generationem inepta; (omnis enim generatio à motu proficiſcitur, & motus à calore:) non tamen ea revera vel calore caret, vel motu. Ignis enim in aqua latet, ut aſſerit Cicero: & ſi qua Mercurio Triſmegiſto fides, ex aquæ profundo levis ac purus emerſit in creatione univerſi, atque in altum ſe extulit, unde & Luna Sole prior e Latona nata, ut poſt videbimus. Nec diſſentit Ovidius, cujus hæc è primo Met.

Lib. II. de Nat. Deor. e 10. in Poemandro,

*Quæ poſtquam evolvit, cæcoque exemit acervo,*
*Diſſociata locis concordi pace ligavit.*
*Ignea convexi vis & ſine pondere cæli*
*Emicuit, ſummaque locum ſibi legit in arce.*

*Emicare* enim nequit, quod ante depreſſum non fuit. Hic eſt ille πρωτόγονος Onomacriti ὠογενὴς, χρυσέαισι ἀγαλλόμενος πτερύγεσσι ἐν σκοτόεσσαν ἀπημαύρωσεν ὁμίχλην Baſilio Valentino *Primum Mobile*. Qui cum per ſe ſolus nil generare poſſet, adjuncta humiditate, velut ſubjacente materia, ad opus accingi r, atque ita jam

In hymn.

*apor humidis Omnes res creat*: ipſe mas, aqua femina: cujus utriuſque, ſed hujus inprimis, natura penitius conſideranda eſt, ut ita & ertium illud intelligatur, cur *puteos obſtruere* Oſiridis ſectatoribus fuerit interdictum; ac imul explicemus, quod paulo ante promiſimus, cur *ficus & glutinoſam facultatem rei Venereæ Symbolum* fuerit. Sicut igitur calor diffundit, ita τὸ ξηρὸν πήγνυσι. Aqua vero omnis ἔχει τι κολλητικὸν, καὶ γλισχρὸν, τῇ ὑγρότητι συνέχον, καὶ πηκτικὸν unde & φιλότης ab Empedocle appellata eſt, quum ignem νεῖκος οὐλόμενον, quippe διαστατικὸν καὶ διαιρετικὸν vocaret. Recte igitur Aqua rei Venereæ habetur Symbolum, & quia τοῦ παντὸς mater eſt *Materia* prima, quæ ſupervenientis ſpiritus calidi genitalem vim frigore ſuo, & pingui tenacitate conſtringens, continenſque, certante igni cum aqua, donec ignis pars rariſſima, & aquæ tenuiſſima inter ſe temperentur, perfectiſſimæ conſtantiſſimæque & ad generandum porro aptiſſimæ naturæ ſubjectum producit; quod, ubi de noſtro opere ſermo eſt, *Lapidem* appellamus *Philoſophicum*. E contrariis enim conciliatis prodit. Pax, unio, generatio, vita. Omnis autem vita de natura *æris* eſt, calida & humida: & hinc *Amor* ...φυὴς, nec mas nec femina, ſed OMNIA, ut eleganter illud & vere de Aelia Lælia Criſpi ænigma Barnaudus explicuit, de Lapide illud accipiens Phil. erudite vero Gevartius, de Amore. Atque hujus quidem facta mentio in memoriam mihi revocat, ea quæ marina Venere Paullo ſupra dicere vel neglEximus, vel diſtulimus. Simul & Cornutum leviter è MS. emendabimus. Is igitur de Venere loquens,

Hippocr. de Princip. c. IV. Plut. de primo frigido.

In Theatr. Chymi. in Electis.

πιθανὸν δὲ, inquit, καὶ τὴν Ἀφροδίτην μὴ δι' ἄλλο τι προσδεδόσθαι γεγονυῖαν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἢ ἐπιδὴ πρὸς τὸ τὰ πάντα γενέσθαι, κινήσεως δεῖ καὶ ὑγρασίας. ἅπερ ἀμφότερα δαψιλῆ κατὰ τὴν θάλασσαν. addo & ex conjectura pro ἐπιδὴ legendum mihi videri ὅτι δὴ, vel ὅτι ſimpliciter. Poſſit & illud afferri, voluptates, quarum Venus τὴν ἀκραν poſſidet, ab Empedocle definiri τὰς ἐξύγρου κατὰ τὰς τῶν ἰνῶν καὶ νεύρων κινήσεις· uti hæc apud Plutarchum legenda ſunt, quæ vulgo circumferuntur corruptiſſima; ὑγρότης autem, ut vidimus, aquæ propria eſt. Aqua vero puteis ſæpe continetur. Hi igitur non obſtruendi ſunt, ſi ſimpliciter accipias, ne vitæ ſubſidium tollatur, (unde his quibus vitæ quaſi communio eripiebatur, aqua & igni interdictum) ſi ſymbolice, ne generatio impediatur, ſive id fiat potionibus feminarum corrumpendo fœcunditatem, quod ſcelus nunc inter ſecretiores aut aulæ artes apud.... numeratur, ſive in maſculis ἀλλοκαῖς.

Quæſt. Natural. XXIII.

Tranſeundum nunc ad alteram Hebraïci proverbii partem, reddendaque ratio, quare vetularum aquæ tam pravæ noxiæque ſint, contra vero jucundæ, ſalubreſque juvencularum. Qui Platonem legerit, de diſſecto in marem & feminam homine, ſeu potius, qui naturam ipſam, & opificis Dei Sapientiam exactius erit contemplatus, oppido quam admirabilem e veſtigio agnoſcet appetitum, quo ſexus uterque ad mutuam fertur rapiturque conjunctionem, ut per eam generis humani propagatio frequentetur. Nititur autem hic appetitus, ſeu deſiderium mutuum inviſibili quadam & inconſpicua convenientia naturæ

co

tæciſque ſpirituum amicorum occurſibus, qui, ſeſe agnovere, amicitiam inter ſe ineunt, & utriuſque Sexus paria inter ſe conciliant; ac niſi vis quædam alia impediat, conjungunt. Ubi enim agnitio illa facta, & inita quaſi inter ipſos ſpiritus amicitia, communicant hi idipſum cum mente, ſive ipſi per oculos, quæ via eſt apertiſſima, maximeque trita, ſive per aures, alioſve ſenſus, fuerint admiſſi, receptique, At illa ſtatim, ſi nimius eorum fuerit impetus, perturbata, ſin modicus, inſtructa vel phantaſiam in conſilium adhibet, vel judicium: & magis minuſve delectata ἐξ ὀλίγου σπινθῆρος Παφίης κατὰ βαιὸν μείζονι πυρσῷ ἀνάπτεται, inflammaturque cupidine potiundæ rei naturali ſecum convenientia conjunctæ. Obſervare hoc licet in Herone Muſæi. Nonnus Dionyſ. l. v.

Δύσμορε, inquit, ἠΐθεον ἁπαλὰς φρένας. οὐδέ τις ἀνδρῶν
Ἦν, ὃς οὐ μενέαινεν ἔχειν ὁμοδέμνιον Ἡρώ. Vertimus & hos & mox hoc capite ſecuturos verſus:

*Illa animos molles juvenum ſubit: Illius omnes*
*Exoptant paribus ſacite connubia votis.*

Sed quod eorum animorum conſenſus non erat tantus, quantus Heronis & Leandri, idcirco eorum deſiderium intra judicium fuit, nec ultra hæc vota proceſſit:

Αὐτίκα τεθναίην λεχέων ἐπιβήμενος Ἡροῦς.
Οὐκ ἂν ἐγὼ κατ' Ὄλυμπον ἐφιμείρω θεὸς εἶναι,
Ἡμετέρην παράκοιτιν ἔχων ἐνὶ δώμασιν Ἡρώ.
Εἰ δέ μοι οὐκ ἐπέοικε τὴν ἱέρειαν ἀφάσσειν,
Τοίην μοι, Κυθέρεια, νέην παράκοιτιν ὀπάσσαις.

*Ah utinam Heronis liceat pro nocte paciſci*
*Vitam ipſam! vobis ego non, o Numina, cælum*
*Invideam, Satis hacce tori conſorte beatus.* At

*At tibi ſacratam ſi non, Dea, tangere fas eſt,*
*Conjuge me tali facias, Venus alma, potiri.*

Sed ubi eam Leander vidit,

Οὐκ ἔθελεν ζώειν περιμαχλέος ἄμμορος Ἡροῦς.

*Vitalem negat eſſe ſibi, ſi conjugis expers*
*Vita ſit Heronis.*

Αὐτὴ δ' ὡς ξυνέηκε πόθον δολόεντα Λεάνδρου,
χαῖρεν ἐπ' ἀγλαΐῃσιν. ἐν ἡσυχίῃ δὲ καὶ αὐτὴ
Πολλάκις ἱμερόεσσαν ἑὴν ἀπέκρυφεν ὀπωπὴν,
Νεύμασι λαθριδίοισιν ὑπαγγέλλουσα Λεάνδρῳ.

*Illa Leandreum quam primum ſenſit amore,*
*Forma læta bono eſt, ac lumina ſæpe retorquens,*
*Affectat juveni formoſos pandere vultus,*
*Atque alere accenſos furtivis nutibus ignes.*

Addidit huic appetitui, qui & inter ejuſdem ſexus homines firmiſſimæ plerumque eſt, conciliator amicitiæ eadem illa natura, cum generis humani propagationi proſpexit, illecebras quaſdam, ætatem, formam, venuſtatem morum, atque etiam vultus, ſæpe abſque pulchritudine. Hinc Romanæ fidicen lyræ:

*Urit me Glyceræ nitor*
*Splendentis Pario marmore purius:*
*Urit grata protervitas,*
*Et vultus nimium lubricus adſpici.*

& delicatulus ille, ac faſtodioſus formarum ſpectator Catullus:

*Quinta formoſa eſt multis; mihi candida, longa,*
*Recta eſt. Hæc ego ſic ſingula confiteor.*
*Totum illud formoſa, nego, nam nulla venuſtas,*
*Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.*
*Lesbia formoſa eſt: quæ cum pulcherrima tota eſt,*
*Tum omnibus una omnes ſurripuit Veneres.*

Dec

e ſueri vero morum amænitate Lucretius:

*Facit ipſa ſuis interdum femina factis*
*Morigeriſque modis, & mundo corporis cultu,*
*Ut facile inſueſcat ſecum vir degere vitam.*

Lib. IV. de rer. naturu.

ed & divitiæ, nataleſque, & parentum a icitiæ ſuas habent veneres: ſed hæ externæ nt, nec ab ipſa feminis natura ſuppeditatæ. oſtquam vero mas & femina ſe invicem poti veneris fœdus ineunt, incaleſcentes ſpitus, eoque tenuiores, arctius ſibi invicem ermiſcentur, & ultro citroque coadunatis orporibus commeantes particulas etiam ſorum corporum calore liquefactas ſecum piunt, & inter ſe communicant. Μέμικται τὰ τα ἁπαλῷ μὲν ἱδρῶτι, θερμῷ δὲ καὶ πολλῷ τῷ πνεύματος ῥεύματι. τὸ δὲ ἆσθμα πυκνὸν, ἐγγὺς μὲν στόματος ἡ καρδία, ἡ δὲ ψυχὴ τῶν θυρῶν. Quod ſi igitur ſpiritus li vegeti fuerint, corpuſculaque hæc bene alentia, uti natura, nec impediente fortuio morbo, in puellis ac virginibus viridis eoum humenſque vigor emicat, neceſſe eſt, t ſpiritus inde viriles utpote fervidiores non odo delectentur, verumetiam corroborentur, confirmenturque. Πᾶν γὰρ τὸ θερμὸν τῶν ψυχῶν τρέφεται τῷ μείζονι Eſt enim ille in femina tatis flos vere εἰκελινὸν δώρημα, non ſecus ac ſa forma, quam hoc epithero Nonnus honeſtavit. Ἔαρ δὲ τὸ ἐπίπαν ὑγιεινότατον, καὶ ὥρη εἰαρινὴ εἴη κυήσιος. Ergo igitur

Ariſtænet. II. epiſt. 7.

Hippocr. de natura pueri cap. 2.

Dionyſiac. l. IV.

Hippocr. Aphori. 9. ſect. IV. & Epidem. II. init & de ſuperfætat. c. XVIII.

------- Νέος ἡδέϊ κέντρῳ
Ἁβρὸς ἐρωμανέων ἐπιθέλγεται ἥλικι κούρῃ.
Καί ποτε μὲν χαρίεντος εἰς ἀργυφόκυκλα προσώπου,
Πῆ δὲ βαρυσμήνεγγος ἀλύμονα βότρυν ἐθείρης
Δέρκεται, ἄλλοτε χεῖρα ῥοδόχροον, ἄλλοτε μίτρῃ
Σφιγγομένην ῥοδόεντος ἴτυν μαζοῖο δοκεύει.

Nonnus Dionyſ. l. I.

Αὐχένα παπταίνων γυμνούμενον· ἀμφὶ δὲ μορφῇ
Θέλγεται ἀλλοπρόσαλλον ἄγων ἀκόρητον ὀπωπὴν,
Οὐδὲ λιπεῖν ἐθέλει ποτὲ παρθένον. ideſt,

--- *Dulci juvenis furit incitus oeſtro,*
*Aequaliſque amens ardeſcit amore puellæ:*
*Et nunc candentis miratur frontis honorem.*
*Inque genis roſeo certantia lilia fuco:*
*Nunc rutilam ſpectat late per lactea ſparſam*
*Colla comam attonitus: nunc ipſa, Sinumque re-*
*ductum,*
*Atque reluctantes contra ſua vincla papillas:*
*Nunc teretes, qualeſque ſuas Tithonia conjux*
*Eſſe manus cupiat; nunc quæ duo ſidera, ocellos;*
*Omniaque exactæ luſtrans miraculo formæ,*
*Nec ſatiare poteſt oculos, nec linquere amatam.*

Contra ætas ipſa in vetulis qualemcunque e[…] tiam formam deterit, cumque ἀναφρόδιτοι pe[…] ſe ſint αἱ δασεῖαι γυναῖκες, (πᾶν γὰρ ἐχθὲν, καὶ δυσπρόσωπον ἐραθὲν συνάγει τὰς ψυχὰς τῶν ὁρώντων) ceter[…] etiam illa naturæ bona donaque corrumpit.

Artemidor. l. III. c. 47.

Μαζὸς ὑπεκλίνθη· πίπτον ὀφρύες· ὄμματα τέτηκται,
χείλεα βαμβαίνει φθέγματι γηραλέῳ.

*Mamma jacet, ſiduntque genæ vultuſque putreſcit:*
*Et tremulo balbus funditur ore ſonus.*

Antholog. Gr. l. VII.

Nam illud quidem, quod in eodem florile[…] gio eſt, ſi non inter prodigia referendum, ce[…] te magnum miraculum eſt.

Ὀξήκοντα τελεῖ χαρίεντα λυκάβαντος ἐς ὥρας,
Ἀλλ' ἔτι κυανέων σύρμα μένει πλοκάμων
Καὶ χρὼς ἀργυροειδὴς, ἔτ' ἀμβροσίη, ἔτι πειθὼ
Πᾶσας ἐπιστάζει μυριάδας χαρίτων.

*Luſtra decem Chariclo, totidemquoque pertulit anno[…]*
*Huic tamen exornat tempora nigra coma.*

*Atq[…]*

*Atque inarata cutis rugis opobalſama ſpirat;*
*Nec fundit plureis ipſa Venus veneres.*

Plutarch. in Aquæ & ignis comparatione. lib. VI, c. 17.

Accedit & illud naturæ incommodum, uod, deficiente per ætatem calore, ac mo- a, aquæ vetularum putreſcunt, ac putent. ὸ γὰρ ὕδωρ ἀπέχοντος καὶ ἐνδεήσαντος τῆς θερμότητος σήπεται. θάλπτος ὕδατι, καὶ ὄλεθρος ἐπιλείψις θερμότητος τῆς πε ιὰ τὸ θερμὸν κινήσεως. *Aqua ſemper jacens & quieta, ſalubris, & magis turbida eſt.* inquit Lactantius.

De Genitura c. VII.

Neque vero neceſſe eſt ex Hippocrate, aliiſ- ue artis Medicæ ſcriptoribus, quam viroſa c venenata ſit illa ἔκλειψις τῆς γυναικείας νόσου. Ubi gitur virus illud calore venereo in vetulis ex- itatur, immiſcet ſeſe ſpiritibus, ac ſic ma- uli corpus ac animam afficiens cum volupta- em alias dulciſſimam reddit amaram (ἀπὸ γὰρ τῆς ψυχῆς ἡ τῆς ἡδονῆς ἐστὶ πηγή) tum rem, εἰ τὸν ὅρον ἔχῃ, er ſe ſalubrem, ut viribus infeſtiſſima ſit, of- cit, atque inſaluberrima. Eſt enim illud eriſſimum Divini ſenis effatum, τὸ πνεῦμα τοῖσι νητοῖσι αἴτιος τοῦ τε βίου, καὶ τῶν νούσων τοῖσι νοσεῦσι, ὅ- ων μεμιασμένον νοσεροῖσι μιάσμασιν εἰς τὸ σῶμα ἐσέλθῃ.

Ach. Tatius.

Lib. de Flatibus c. VI.

Comparabimus corruptos hos vetularum ſpi- itus cum iſtis piſcibus, de quibus Seneca: *i quando in ſubterraneis occultis latens aqua erupit, af- rt ſecum immenſam piſcium turbam, horridam aſpici, & turpem, ac noxiam guſtu. Nec id mirum; ſunt enim inguia & diffecta, ut ex longo otio, corpora; cete- um lucis expertia, ex qua* ſalubritas *Ducitur.* Po- eſt & tertia illa ratio reddi, quod vetularum alor venereus ætate effœtus ſit, adeoque irum non juvet, nec ſpiritus ejus, ſeu vires lat. Ὁκόσα δὲ θερμαίνοντα τροφὴν μὴ διδῶσι, ψύξιν τῷ νθρώπῳ παραδιδῶσι. Adhæc cum non effœtus antum ſit anilis calor, ſed & exhauſtus, nul- lum

Nat. Quæſt. iii, c. 19.

Hippocrates de diæta l. ii, c. 38.

lum inde viro adjumentum accedit ad ſeminis per univerſum corpus concitationem; excretionemque; quæ caloris per nervos diffuſi titillatione perficitur. Unde viro longior labor, & è labore longiore major etiam ſpirituum vitalium diſſipatio, & per conſequens virium quoque major labefactatio. Tandem & foetor accedit. Nil autem vires magis affligit tetro & illætabili, nil rurſus eſt, quod eaſdem magis reficiat jucundo ac ſuaviolente odere. Jam vero in juvenculis odor naturæ bonus eſt, modo recte valeant: contra in vetulis noxius & ingratus. Theophraſtus: Αἱ δὲ τῶν ζώων ὀσμαὶ κατὰ τὰς ἰδίας γίνονται φύσεις. ἑκάστῳ γὰρ ἐστί τις οἰκεία κατὰ τὴν κρᾶσιν. αὗται δὴ ἥδεισαι μὲν, καὶ καθεραὶ, καὶ κατὰ τὰς ἀκμὰς, καὶ ὅταν εὖ ἔχωσιν ἑαυτῶν. ἔτι δὲ ἤδη ὡς ἁπαλῶν, καὶ νέων ὄντων, πλεῖσται δὲ καὶ κακωδέσταται περὶ τὰς ὀχείας, καὶ ὅλως συντηκομένων καὶ καμνόντων τῶν σωμάτων. Idem in præcedentibus dixerat, ὅτι ἅπαν τὸ σηπόμενον κακῶδες, εὔοσμα δὲ τὰ πεπεμμένα. Præclare igitur Senex noſter: Ἀκμὴ ἡλικίας πάντα ἔχει χαρίεντα, ἀπόληξις δὲ τοὐναντίον. Nec minus verum illud Ariſtæneti: Ἀνανθεῖ γὰρ καὶ ἀπηνθηκότι σώματι οὐ πέφυκε προσιζάνειν ὁ ἔρως. οὗ δ᾽ ἂν εὐανθές τι καὶ εὐῶδες ᾖ, ἐνταῦθα καὶ ἐνιζάνει, καὶ μένει.

De odoribus. | In Præcept. c. XI. | lib. ii, ep. I. | Horat. ad Lycen.

——— *Ille virentis &*
*Doctæ pſallere* Chiæ
*Pulchris excubat in genis.*
*Importunus enim tranſvolat aridas*
*Quercus, & refugit, te quia luridi*
*Dentes, te quia rugæ*
*Turpant, & capitis nives.*

Quam mox poëta dilapſam in cineres facem appellat, tam eleganti trallatione, quam quæ eſt elegantiſſima. Exſtincto namque calore & in

& in cineres quaſi dilapſo, aquæ vetularum, uti jam dixi, putrorem putoremque contrahunt: longe ſecus, quam in viris evenire ſolet, quibus & ignis ſerior eſt & purior. *Οἱ δὲ πλέον ἔχοντες τὸ θερμὸν ἐπὶ πλεῖον γηρῶσι.* Hinc eorum plerumque cruda viridiſque ſenectus, & neque amara puellis, neque earum vires debilitans. Utrique tamen ſexui Venerem ego *ἀμβολογήρων* faventem precor, cui ſua olim apud Lacones ſacra conſtiterunt.

## CAP. XII.

### *Lunæ & Solis colores.*

ARtemidori tertium & trigeſimum caput lib. II. Lipſius & Rigaltius egregie emacularunt. Reſtat tamen leve quoddam vitium, quod noſtra hæc cura tollet. *Εἰ δέ τις*, inquit, *μετ᾽ ἀργυρέων ὅπλων πυκτεύει, λήευρὸν, καὶ πειθομένην τῷ ἀνδρί.* Lego pro *ἠρέμα εὔμορφον.* Confirmant ſequentia: *καὶ γὰρ ὑποβαίνει, καὶ σκέπασται, καὶ εὐμορφωτέρα ἡ πανοπλία αὐτη τῆς σιδηρέρας. εἰ δὲ σκεύοιτο, εὔμορφον μὲν λήψεται γυναῖκα, καὶ πλουσίαν, μεγάλα δὲ φρονοῦσαν.* *Argenteum* colorem pulchritudinis Symbolum eſſe vel unum Lunæ epitheton evicerit, quam poëtæ *argenteam* appellant: non ſecus ac Thetis *ἀργυρόπεζα* & *ἀργυροδίνης Πηνειὸς* Homero dicitur; à *candore* ſcilicet petito pulchritudinis argumento: quomodo & *candida* Virgilio Luna, & qui cælo nitidiſſimus alto, *albus* Ovidio Lucifer. Hic mihi non injucunda cognitu quæſtio incidit, cur eandem lunam poetæ nunc *argenteam* nunc *auream* appellant; nihil autem apud eos frequentius,

Ιλ. α΄
Ιλ. β΄.

quam *aurea Phoebus*. Cur contra ea, qui ſem-
Olymp. per aureus Sol ἀργυρότοξος Poëtarum principi
III. dicatur: præſertim cum & Pindarus, qui lu-
Olymp. nam χρυσάρματον alibi inducit, *argenteam eidem*
IX. *Sagittam* tribuit, ubi eum Herculi refert non potuiſſe reſiſtere. Explicabo eam quam potero breviſſime. *Lucem colorem ignis eſſe*, ideoque & *Phoebum*, & *auricomum* ſolem dici, ex Ariſtotele & Cornuto alibi oſtendimus. Quum igitur obſtante Luna terra non tota radiis ſolis patet, aut quum denſiores intercurrunt nebulæ, quæ radiorum ſolarium lumen intercipiunt, neceſ-ſe eſt, ut aureus ille ſolis color diminutus in candorem deficiat, atque ita Luna *argentei* coloris eſſe videatur; quæ contra *aurea* eſt, quum vel ſerenum cælum eſt, vel ipſa toto ſole, id eſt, plena luce fruitur. Eadem ratio eſt, cur *argenteus* Apollini, ſive ſoli, *arcus* aſſignetur; quod ſcilicet tum retuſior ejus videatur ſplendor, cum peſtilens aer eſt; vel ſolito craſſior, quem radii ſolares vel diſcutere nequeant, vel penetrare. Et in Homero quidem Phyſica, ac in Pindaro Chemica diſciplina, in quo ſe exerceat invenit; fabula enim Pindarica illa tota μυστηριώδης eſt, & plus interiore contine angulo, quam prima fronte pollicetur. *Arcus* enim Phœbi facultas acida eſt. *Sagitæque* inde emiſſæ ſpiritus volatiles. His opponit Hercules acidum ſuum fixum, aufertque victoriam non ſecus atque ibidem Neptuno, id eſt Alcali volatili, & Plutoni, id eſt Alcali fixo reſiſtit, qui alias *baculo* ſuo mortalia corpora ad cavum morientium vicum deducit. Apponam Pindari verba, quo res ipſa melius percipiatur.

—— Ἀγ

——— Ἀγαθοὶ δὲ
Καὶ σοφοὶ κατὰ δαίμον᾽ ἄνδρες
Ἐγένοντο. ἐπεὶ ἐνάν
Τ᾽ ἂν πῶς τριόδοντος Ἡ-
ρακλέης σκυτάλην τίναξε χερσὶν,
Ἀνίκ᾽ ἀμφὶ Πύλον σταθεὶς
Ἤρειδε Ποσειδῶνος.
Ἤρειδέ τέ μιν ἀργυρέῳ
Τόξῳ πολεμίζων
Φοῖβος. οὐδ᾽ Ἀΐδας ἀκι-
νήταν ἔχε ῥάβδον,
Βρότεα σώματα ᾇ κατάγει
Κοίλαν πρὸς ἄγυιαν
Θνασκόντων. Olymp. od. Ix.

Ubi Hercules eſt *Homo* Chemicus, vulgo ſal *ommune*, natus ex patre Acido, & matre Al-ali; Pluto terra Philoſophica, *ſal Alcali fixum:* leptunus *Mercurius*, ſeu *Alcali volatile*: Phoe-us, *Sulphur*. Hercules igitur, quum ei Ne-tunus *tridente* armatus, ad ipſam *Pylon*, ſeu ortam nativitatis, reſiſteret, victor fuit. Jbi enim agitata eſt & commota materies, c jam ad partum prona, exilit trium Deorum, æleſtis, marini, inferi, animalis, vegetabilis, ineralis *Victor* mox futurus, ἀλεξίκακος & *Do-ctor malorum* Hercules. Quod autem Pindarus t, κατὰ δαίμονα, id ſicut cetera ab aliis acce-t, non ſecus ac Virgilius, qui de ramo au-o,

*——— Volens, faciliſque ſequetur,*
*Si te fata vocant.* l. vI. Aen.

*amus* ille *aureus*, eſt ῥάβδος Plutonis. *Tridens* ero Neptuno tribuitur, ſicut ferme τρειάς à ythagoreis juſtitiæ. Unde hic pro Neptuno ſo ponitur. Eſt enim Mercurius ut ſupra c. Iv onitum, μεσίτης, utriuſque naturæ Acidi Sol

& Alcali fixi commune vinculum, utrique cognatum lagellum Neptuni ſpiritus efficacia eſt, operis hortator. De Equeſtri vero Neptuno poſtea pluribus. Subnectam his velut corollarium & illius quæſtionis Solutionem, quæ itidem ad lucis naturam pertinet, quare cæli color, atque item maris, ſit coeruleus: Verum maris obſcurior: unde & Homero πορφύρεος. Cæruleus color naſcitur è puriſſima luce, ſive igneis particulis Solarium radiorum, & aqua & aëre. Ubi obſcurior eſt, admixtæ ſunt particulæ terreæ. Quum igitur Sol radios ſuos in Lunam dirigit, & proffundit, reflexi a Luna radii oppoſitum cæli aera eo colore imbuunt; qui nobis interdiu videtur, quum Luna ſub noſtro horizonte eſt: antipodibus autem, illa nobis noctu lucet. Iidem radii in more incidentes, partim etiam à cœlo reflexi, mare nobis ſereno cælo viride repreſentant, quia terreæ maris particulæ plus lucis recipiunt, & calore Solis puriores & tenuiores evadunt. Ubi vero Sol nubibus obductus non ita fulget, cæruleus maris color eſt: ubi plane nubilum fugato ſole cælum nigricans, ſive *purpureum* ut eum poëtæ appellant qualem & mortem deſcribunt, extincto in homine vitali igne, cujus antea radii univerſum corpus illuſtrabant.

## CAP. XIII.

## *COMPARATIO* VIRGILII CUM HOMERO.

INvidiam non metuo, lector, ubi recti bonique ſibi conſcius animus eſt, & facti ratio conſtat. cap. 5. Promiſi ſuperius cum Homero me collaturum Virgilium, & cum Sophocle Senecam Tragicum. Quod ad illuſtrandum Longinum meum à me aliquando cogitatum & inchoatum fuerat, id nunc ad exagitandum animi confirmandi, atque etiam delectandi gratia abſolvam. Tu vero, ſi quid inconſultum, & ab ipſa ratione, veritateque alienum, aut judicio minus firmo ſubnixum protulero, ea me comitate corrige, qua tuo ego vel commodo, vel otio inſervio. Ἀπίτω φθόνος: ἀπίτω βασκανία: abſit & præconcepta opinio, quæ pleriſque ſolet hominibus imponere. Suſcepi ego Græcos tueri, & argumentis, ut mihi quidem videtur, non invalidis, primam eis gloriam aſſerere, quam nunc inertia ſeculi Latinis injuſtiſſime tribuit. Nec ideo Latinos culpo carpove; ſed alteram illis, non primam palmam tribuo: Et in judicio æquiſſimo ipſos habeo mihi faventes, contra quos pronuntio. Ad hæc, ſi quemquam veterum Latinorum, Virgilium amo, facioque maximi, & infinitas ei, ut egregiis aliis omnibus Scriptoribus, ago gratias, quod poſterorum adeoque & meæ voluptati utilitatique ſua impenderit tempora. Tantum abeſt, ut ex illius, aliuſve bene de poſteris meriti, vituperio, velut alter Zoilus,

memet ſtudeam approbare & ex aliena contumelia ingenii mihi famam comparare. Infelicis id indolis eſt, & prauæ: cujuſque ſuſpicio multo magis evitanda eſt, quam illa alicujus ingenii acuminis gloriola appetenda. Quod ſi cui tamen nec ſic ſatisfaciam, illi utpote moleſtiori in aurem dicam, quod à Fabio me didiciſſe memini; *Quicquid Libris dedicatur, & in*
Lib. xii. c. 19. *exemplum editur, terſum, ac limatum, & ad legem ac regulam compoſitum eſſe oportet; quia venit in manus doctorum, & judices artis habet artifices.*

Duos Virgilius Aeneæ ſuo adverſarios dedit, in quibus animi Virtutem exerceret, Didonem & Turnum, & Didonem quidem nobis exhibuit è caſtiſſima impudicam: contra quam Homerus fecit, qui ex impudica Penelope exemplum omnibus Seculis effinxit caſtitatis. Erat hic locus ingenio; erat & judicio, materies ſuppeditata perampla, longæque ſufficiente diſputationi. Sed hac omiſſa, neglectiſque aliis multis, extrema Turni cum ultimis Hectoris Homerici ad cujus ille imaginem à Virgilio effictus eſt. Docere ſolent in ſcholis ſuis Rhetores, eo clariorem fortis viri famam eſſe, quo majores ſint, quos ipſe vicerit. Cit gloriam obſoleſcere in ſordidis hoſtibus: nec bonitatis eſſe peſſimis eſſe meliorem.

*Vis curſu vincere, pedibuſve gloriari?*
Martial. *Tigrin vince, levemque Faſſerinum.*
*Non eſt gloria præterire aſellos.*

Servius ad illa Virgilii: ſunt mihi biſſepte
lib. 1. &c. *Bene*, ait; *etiam laudat iſtas, ut major ſit Deiopeja pulchritudinis gloria. Laudabilius eſt enim ſuperare Laudatos, ut ipſe ad majorem Aeneæ gloriam laudat & Turnum.* Habent hæc illi, ut alia

mn

nnia ex noſtro, quem producturi ſumus, Homero: qui ut Achillis gloriam amplificaret, Hectorem finxit multis partibus non Trojanorum modo, verum etiam, ſi unum excerpſeris Ajacem, Græcorum omnium fuiſſe fortiſſimum, pollentemqne non tantum corporis robore, ſed & animi ingenti magnitudine. Ergo pud Homerum moriturus Hector, à Dea Minerva deceptus fruſtratuſque falſa ſub imagine fratris, & cum adverſario nec dis nec iribus æquis pugnaturus, quid ait?

Οὔ σ' ἔτι Πηλέος υἱὲ φοβήσομαι, ὡς τὸ πάρος περ
Τρὶς περὶ ἄστυ μέγα Πριάμου δῖον, οὐδέ ποτ' ἔτλην
Μεῖναι ἐπερχόμενον. νῦν αὖτέ με θυμὸς ἀνῆκε
Στήμεναι ἀντία σεῖο, ἕλοιμί κεν, ἤ κεν ἁλοίην.
Ἀλλ' ἄγε δεῦρο θεοὺς ἐπιδώμεθα, τοὶ γὰρ ἄριστοι
Μάρτυρες ἔσσονται, καὶ ἐπίσκοποι ἁρμονιάων.
Οὐ γὰρ ἐγώ σ' ἔκπαγλον ἀεικιῶ, αἴ κεν ἐμοὶ Ζεὺς
Δώῃ καμμονίην, σὴν δὲ ψυχὴν ἀφέλωμαι,
Ἀλλ' ἐπεὶ ἄρ κέ σε συλήσω κλυτὰ τεύχεα, Ἀχιλλεῦ
Νεκρὸν Ἀχαιοῖσιν δώσω πάλιν· ὣς δὲ σὺ ῥέζειν.

Admirabile hic eſt Poëtæ artificium tacim in Hectore mortis præſagium exprimens, cum vincendi ſpe nihil minus colluctans, leoque molliores victo conditiones ferente, forte eaſdem ipſe à victore impetrare poſſet, uem ſe fortiorem eſſe agnoſcebat: Unde neue ſibi victoriæ laudem, ſi forſan ea obtineret, ſed ipſi Jovi adſignat, qui ſæpe viorem perculit ab abjecto. Contra ferox ille, immitis, ac inexorabilis Achillis animus, i ſibi roboris, ac invictarum virium conſcius, nisſi Patrocli ſui dolore irritatus, ita in iis, æ ſequuntur, elucet, ut videre eum mihi

videar non dubia ſpe, ſed certa ſibi fiducia victoriam arrogantem, omni acerbitate amariorem ſpirare cædem, cæſoque hoſte in illius cadaver contumeliam. Poſtquam vero comperta Minervæ fraude Hector ſibi inſtare fatum ſenſit, num abjecto animo, voceve degeneri ſalutem petit, aut fugam? minime quid igitur?

> Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην.
> Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Macte hoc animo Hector! Quid tum? lethali vulnere hoc unum precatur, ne inanime corpus ſuum alitibus canibuſve præda fiat, ſed parentibus reddatur ad ſepultutam. Hæ preces ultimæ, & inde mors magno animo invictoque.

In Virgilio omnia comta magis, & omni cultu curaque exornata: grandia tamen, & magnifica, ſplendida, illuſtria, & quamvis laudem vincentia; Sed ad illam Homericorum affectuum veritatem ac δεινότητα non accedentia. Hanc ut quis perfecte ſentiat, animo ſit oportet magno, & ſupra adulatoriam humilitatem, abjectionemque longisſime e vecto, eque ſuo faſtigio fractos depreſſoſque ſervilis ingenii ſpiritus deſpiciente. No autem, quod non poſſumus, conamur. Ten temus igitur. Quod Homerum ſuperius feciſſ diximus, idipſum & Virgilium imitatum jam Servius docuit. Quod Achilles Homero Virgilio eſt Aeneas; quod illi Hector, hui Turnus. Agedum conferantur. Ita vero A chilles apud Homerum:

M

Μή με, κύον, γούναζεο, μηδὲ τοκήων, Iliad X. 345.
Αἲ γάρ πως αὐτόν με μένος καὶ θυμὸς ἀνείη
Ὤμ' ἀποταμνόμενον κρέα ἔδμεναι, οἷα μ' ἔοργας.
Ὡς ἐκ ἔσθ' ὅς γε κύνας κεφαλῆς ἀπαλάλκοι,
Οὐδ' ἔρ κεν δεκάκις τε, καὶ εἰκοσινήριτ' ἄποινα-
Στήσωσ' ἐνθάδ' ἄγοντες, ὑπόσχωνται δὲ καὶ ἄλλα.

Ingens hic eſt exaſperati dolore animi acerbitas: & primum quid iſto convicio, quo canem eum compellat, & non modo non ſuo, ſed ne humano quidem dignatur nomine, amarius? dein, quod vel crudas ejus carnes devorare ſe exoptare, dicit, niſi animus & ratio obſtaret. Agnoſco in his totum Achillem, ſævum, dolore tantum non inſanientem, omnia humana pacta, ipſamque adeo humanitatem, reſpuentem. Quid Aeneas apud Virgilium?

*Ille oculis poſtquam ſævi monumenta doloris,* lib. XII. Aen.
*Exuviaſque hauſit: furiis accenſus & ira*
*Terribilis, Tun' hinc ſpoliis indute meorum*
*Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas*
*Immolat, & pœnam ſcelerato ex ſanguine ſumit.*

Tolle, *furiis accenſus & ira*, quæ poëtæ verba ſunt, quæ, obſecro, in illa ſententia furoris ac iræ eſt demonſtratio? *Tun' eripiare mihi?* hæccine verba *furoris* ſunt? Fateor quidem illam nominis Pallantis ingeminationem multum habere acerbitatis, ut eo majore cum dolore Turnus moriatur: adhæc vox *immolat* ipſum tamquam victimam manibus Pallantis inferias mactari indicans, & ipſa ad augendum Turni dolorem non inefficax eſt. Verum tamen longe illa infra iram ſunt, quæ furori ſit proxima. Quod autem ſcelerati ſanguinis convi-

tium Turno Aeneas ingerit neſcio an illius id faciat merito. Nil enim in Pallante occidendo niſi hoſtem egerat : nec injuſta Turno belli cauſa. Præterea nec barbarus Turnus Aeneæ, ſed ipſe potius Aeneas Turno videri barbarus potuit: unde illud :

l. XII. Aen. v. 97.

*——— Da ſternere corpus*
*Semiviri Phrygis, & fædare in pulvere crines*
*Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes.*

Quæ contra in Hectore diverſa. Barbari enim Græcis omnes exteri. Dein ſceleſta erat injuſtiſſimaque cauſa Trojanorum raptum Paridis defendentium : tum vero Homericus Achilles pio Aenea multo immanior deſcribitur. Ita ut τὸ ἄλαστε, quo convicio Achilles Hectorem compellat, in Achille ſit tolerabile, præſerſertim quum multo gravius in cæde Patrocli, amaſii ſui, & contubernalis ipſe læſus eſſet. quam in nuper adſcito belli ſocio Pallante Aeneas. Quod ſi igitur leniores Aeneæ mores clementiam illam tueantur verborum, ſeu ſententiæ præcedentis, ab iiſdem merito convicium illud eſſe debuiſſe videtur remotiſſimum, quod ne ſic quid ad acerbitatem vocis ἄλαστε accedit, quia non ad ipſum Turnum ſed ad ejus ſanguinem velut ad tertiam, & quaſi aliam perſonam appellatio *ſcelerati* dirigitur ſed hæc diſſimulari poterant. Poterit ne & illa in Turno animi abjectio, qua ſuppliciter ab hoſte vitam petit, eique ſponſa Lavinia, propter quam diuturnum illud utrique genti, tum victrici, tum victæ dirum bellum geſtum fuerat, tam æquo animo cedit?

*Ille*

*Ille humilis, ſupplexque, oculos dextramque precantem*
*Protendens, equidem merui, nec deprecor, inquit,*
*Utere ſorte tua. Miſeri te ſi qua parentis*
*Tangere cura poteſt, oro: fuit & tibi talis*
*Anchiſes genitor, Dauni miſerere ſenectæ.*
*Et me, ſeu corpus ſpoliatum lumine mavis*
*Redde meis. Viciſti, & victum tendere palmas*
*Auſonii videre. Tua eſt Lavinia conjux.*
*Ulterius ne tende odiis.*

Conferamus preces Hectoris:

Τὸν δ' ὀλιγοδρανέων προσέφη κορυθαιόλος Ἕκτωρ,
Λίσσομ' ὑπὲρ ψυχῆς καὶ γούνων, σῶν τε τοκήων,
Μή με ἔα παρὰ νηυσὶ κύνας καταδάψαι Ἀχαιῶν,
Ἀλλὰ σὺ μὲν χαλκόν τε ἅλις, χρυσόν τε δέδεξο,
Δῶρα, τά τοι δώσουσι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ.
Σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν, ὄφρα πυρός με
Τρῶες καὶ Τρώων ἄλοχοι λελάχωσι θανόντα.

Amavi ſemper vetus illud, *Nec preces fruſtra perire paſſus eſt.* neque ullius unquam me rei magis pænitet, pigetque, quam cum meorum hortatibus ad hanc animi parvitatem delabor. Quare in heroibus, quibuſcum ne comparandus quidem ſum, nihil minus, quam objectum animum fero, & in primis mortis metum, quem vel feminæ non nimium timidæ ſæpiſſime vicerunt. Quid vero hic Turnus a Phineo differt, de quo

Ovidius: — *Supplex* — V. Metamorph.
*Confeſſaſque manus, obliquaque brachia tendens*
*Vincis, ait, Perſeu: remove fera monſtra, hæque*
*Saxificæ vultus, quæcunque ea, tolle meduſæ.*
*Tolle, precor. Non nos odium, regnive cupido,*
*Compulit ad bellum: pro conjuge movimus arma.*

Cauſſa

*Cauſſa fuit meritis melior tua; tempore noſtra.*
*Non ceſſiſſe piget. Nihil, ô fortiſſime, præter*
*Hanc animam concede mihi: tua cætera ſunto.*

Atqui hunc jure *timidiſſimum* Perſeus appellat, quod animi vitium à Turno & abfuit, & abeſſe debuit quam longiſſime. Objicient aliqui forſan fugam Hectoris, quam & in Turno Virgilius imitatus eſt ſed

In Antigone.

Φεύγουσι γάρ τοι χ' οἱ θρασεῖς, ὅταν πέλας
Ἤδη τὸν ᾅδην εἰσορῶσι τοῦ βίου; uti Creon

apud ſophoclem loquitur. At vitam rogare plane femineum eſt, atque ipſis etiam, à quibus vel petitur, vel conceditur, exoſum, contemtumque. Sic in Perſeo Paulus Macedonicus inſanum hunc amorem vitæ deriſit: contra in Poro mortem contemnenti, magnitudinem animi, Alexander ſuſpexit, adque adamavit. Abſoluto hoc Virgilii cum Homero Comparationis ſpecimine, quamquam de univerſo utriuſque opere arteque imitandi Virgiliana multa ac fortaſſe non abſurda dici poſſent, ad alteram promiſſi partem, id eſt ad Senecæ cum Sophocle comparationem tranſeamus.

## CAP. XIV.

## *COMPARATIO* SENECAE *CUM* SOPHOCLE *ad Longini Sect. XIII & XIV.*

Dixi ſuperius, in uſum præcipue publicum, & mecum, hoc me conſilium ſecutum. Ut id conſtet; nec ſequitur quidquam homines eruditi de me poſſint ſuſpi-

cari

ari, ipſiſſimis hanc opellam meam verbis hic inſerere conſtitui, quibus ea commentatiuncula ad illuſtrandam Longini mei editionem in initio concepta fuit, ea ita ſe habent. Ad hæc duo capita illuſtranda unus ſufficiet Seneca, qui in Hercule ſuo œtæo propoſita ibi præſtantiſſimorum poëtarum exempla tam nullo judicio imitatus eſt, ut verear, ne, ſi ad legem veritatis loquutus fuero, animi ſenſum expoſuero, acerbus nimis alienorum ſcriptorum exactor eſſe videar. Excutienda nihilominus, pars quædam hujus erit Tragoediæ, & oſtendendum, quam caute preſſeque veterum veſtigia terenda ſint. Apud Sophoclum in Trachiniis quem maxime ἦθος ſequitur præclarum illud eſt Deianiræ, dignumque matrona ſancte ac liberaliter educata, ubi Herculem maritum ſuum captivæ Ioles, & ad ſe præmiſſæ, amore captum reſciſcit. Audiamus eam ad primum tanti mali nuncium lamentantem.

Οἴμοι, inquit, τάλαινα, ποῦ ποτ' εἰμὶ πράγματος:
Τίν' εἰσδέδεγμαι πημονὴν ὑπόστεγον
Λαθραῖον: & mox:
Τί χρὴ ποιεῖν γυναῖκες, ὡς ἐγὼ λόγοις
Τοῖς νῦν ἀρχοῦσιν ἐκπεπληγμένη κυρῶ.

& cum magna quidem cum animi mœrore, non inſano tamen, ſed quem ratio regeret, è Licha rem omnem exacte intelligere cuperet, quam moderata ac ſapienti cunctantem eum compellat oratione!

Μὴ πρὸς σύ τοῦ κατ' ἄκρον οἰταῖον νάπος
Διὸς καταστράπτοντος ἐκκλέψῃς λόγον.
Οὐ γὰρ γυναικὶ τοὺς λόγους ἐρεῖς κακῇ.

Οὐ

Οὐδ' ὅστις οὐ κάτοιδε τἀνθρώπων, ὅτι
Χαίρειν πέφυκεν οὐχὶ τοῖς αὐτοῖς ἀεί.
Ἔρωτι μὲν νῦν ὅστις ἀντανίσταται
Πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ.
Οὗτος γὰρ ἄρχει καὶ θεῶν, ὅπως θέλει,
Κἀμοῦ γε. πῶς δ' οὐ, χἀτέρας οἵας γ' ἐμοῦ.
Ὥστ' εἴ τι τῷ 'μῷ τ' ἀνδρὶ τῇδε τῇ νόσῳ
Ληφθέντι μεμπτός εἰμι, κάρτα μαίνομαι.
Ἢ τῇδε τῇ γυναικὶ τῇ μεταιτίᾳ
Τοῦ μηδὲν αἰσχροῦ, μηδ' ἐμοὶ κακοῦ τινός.

& aliquanto poſt :

Τὸ μὴ πυθέσθαι τοῦτό μ' ἀλγύνειεν ἄν.
Τὸ δ' εἰδέναι, τί δεινόν, οὐχὶ χἀτέρας
Πλείστας ἀνὴρ εἷς Ἡρακλῆς ἔγημε δή.
Κοὔπω τις αὐτῶν ἔκ γ' ἐμοῦ λόγον
Ἠνέγκατ', οὐδ' ὄνειδος· ἥδε τ' οὐδ' ἂν εἰ
κάρτ' ἐντακείη τῷ φιλεῖν· ἐπεί σφ' ἐγὼ
Ὤκτειρα δὴ μάλιστα προσβλέψασα, ὅτι
τὸ κάλλος αὐτῆς τὸν βίον διώλεσε,
καὶ γῆν πατρῴαν οὐχ ἑκοῦσα δύσμορος
Ἔπερσε κἀδούλωσεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν
Ῥείτω κατ' οὖρον.

Elucet ex his animus illius patiens injuriarum mariti, verumtamen inſigni dolore percuſſus. Donat indignationem ſuam amori illius, neque in pellicem quoque licet ante oculos adductam, ſed innoxiam acerbius invehitur; verum potius infelicis illius fortunam miſeratur, & qualis hic ab incepto perſona proceſſit, talis ſervatur ad imum. Amabat, illa Herculem; noverat ejus animum ad voluptates illas procliviorem, ipſa, integerrimæ mentiſque placidiſſimæ: non ignorabat ſui ſeculi conſuetudinem qua captivæ in conſor-

tium

um thori admittebantur, ſine alterutrius obro aut dedecore. Flagrabat tamen zelopia; quam neſcio quis non inſalſe amoris fiam notham appellavit. Hinc illa in animo llicitudo retinendi maritum, ne in amorem tellæ formoſæ totus propenderet. Hinc miſſtola, & poſt infelicem tentati philtri exim, illata vis vitæ, & expulſus ferro ſpiritus. Quæ omnia tanto cum decore à Sophocle traata ſunt, ut melius non poſſint. Præter cetera ero notabile eſt, quod intellecto Neſſi dolo, Herculis ultima ærumna, non in planctus , neque in Lacrymas, ſed elinguis inducir: quandoquidem nulla oratio excogitari oſſit, quæ ita affectæ feminæ, aut tanto dori conveniat. Nam doloris immenſi præſerm inopinati magnitudo non admittit verba, u querelas deinde nihil eſt, quod triſte illud met interficiendi conſilium magis deceat, ſa quin etiam natura hoc docet. Hinc & in ntigone, ubi itidem Hæmimater intellecta digna filii morte verbum nullum faciens diedit, gravius aliquod imminens incommoum chorus auguratur:

*Τί τοῦ ἂν εἰκάσειας, ἡ γυνὴ πάλιν*
*Φρούδη, πρὶν εἰπεῖν ἐσθλὸν ἢ κακὸν λόγον;*
& mox: *Ἐμοὶ δ' οὖν ἥ τ' ἄγαν σιγὴ, βαρὺ*
*Δοκεῖ προσεῖναι, χἠ μάτην πολλὴ βοή.*

ræterea, ut ut diligenter tota examinetur otio, nihil in ea puerile, nihil frivolum, nihil eptum, nihil tumidum, nihil non ex ipſa uctum veritate reperietur: omnia denique bria, caſta, præclara, & decorum ſervana. At quam diverſa ſunt illa Senecæ?

*Quamcumque partem ſedis æthereæ premis*
*Conjux Tonantis, mitte in Alcidem feram,*
*Quæ mihi ſatis ſit: ſi qua fœcundum caput*
*Palude tota vaſtior ſerpens movet*
*Ignara vinci: ſi quid exceſſit feras,*
*Immane, dirum, horribile, quo viſo Hercules*
*Avertat oculos; hoc ſine immenſo exeat.*
*Vel ſi feræ negantur, hanc animam precor*
*Converte in aliquid: quodlibet poſſum malum*
*Hac mente fieri: commoda effigiem mihi*
*Parem dolori. Non capit pectus minas.*
*Quid excutis telluris extremæ ſinus,*
*Orbemque verſas? quid rogas ditem mala?*
*Omnes in iſto pectore invenies feras,*
*Quas timuit. Odiis accipe hoc telum tuis.*
*Ego ſum noverca: perdere Alcidem potes.*
*Profer manus quocunque. quid ceſſas Dea?*
*Utere furente. Quod jubes fieri nefas?*
*Reperi. quid hæres? ipſa jam ceſſes licet;*
*Hæc ira ſatis eſt.* & mox:
*Jole meis captiva germanos dabit*
*Natis? Joviſque fiet è famula nurus?*
*Num flamma curſus pariter & torrens ferent?*
*Et viſa pontum ſicca cœruleum bibet?*
*Non ibo inulta, geſſeris coelum licet,*
*Totuſque pacem debeat mundus tibi.*
*Eſt aliquid hydra potius; iratæ dolor*
*Nuptæ. Quis ignis tantus in coelum furit*
*Ardentis Aetnæ? quidquid eſt victum tibi,*
*Hic vincet animus. Capta præripiet toros?*
*Adhuc timebam monſtra. jam nullum eſt malum.*
*Ceſſere peſtes. in locum venit feræ*
*Inviſa pellex. ſumme prorector Deûm,*
*Et clare Titan, Herculis tantum fui*
*Conjux timentis! vota quæ ſuperis tuli,*
*Ceſſere captæ. pellici felix fui.*
*Illi meas audiſtis, ò ſuperi, preces:*
*Incolumis illi remeat. ò nulla dolor*

*Contente pœna, quære ſupplicia horrida,*
*Incogitata, infanda! Junonem doce;*
*Quid odia valeant, neſcit iraſci ſatis.*
*Pro me gerebas bella: propter me vagas*
*Achelous undas ſanguine infecit ſuo,*
*Cum lenta ſerpens fieret; in taurum trucem*
*Nunc flecteret ſerpente depoſita minas,*
*Et mille in hoſte vinceres uno feras.*
*Jam diſplicemus, capta prælata eſt mihi,*
*Non præferetur. Qui dies thalami ultimus*
*Noſtri eſt futurus, hic erit vitæ tuæ.*
*Quid hoc? recedit animus, & ponit minas:*
*Jam ceſſit ira; quid miſera langues dolor?*
*Perdis furorem? conjugis tacitæ fidem*
*Mihi reddit iterum. Quid vetas flammas ali?*
*Quid frangis ignes? hunc mihi Serva impetum.*
*Pares eramus. non erit votis opus.*
*Aderit noverca, quæ manus noſtras regat,*
*Nec invocata.*

Quis hæc non grandia dicat, quis non vere tragica? videamus autem quid ita nobis in hiſce diſpliceat. Primum mihi non leve id peccatum videtur, quod alienam Deïaniræ neque τὴν πρέπουσαν διάθεσιν dederit, eamque furentem induxerit. Nihil Senecam, ut hoc faceret, (quantum conjectura aſſequi valeo) movit, niſi quod hic affectus plus ſtrepitus habeat, ſententias admittat grandioremque, & ad ingenium oſtentandum illo altero multo aptior ſit atque uberior. Ut demus Senecam, quod intenderit, aſſecutum, ideone τὸ πρέπον erat contemnendum! atque id in omni re primarium eſt. Hoc autem *poëtæ* fugiendum eſt, *ut maximum vitium, qui peccat etiam cum probam orationem affingit improbo, ſtultove ſapientis:* multo magis cum contra artem ipſam, ipſamque,

que, ſi qua in fictis eſt fabulis veritatem, imo & contra naturam feminæ ſanctæ, integerrimis moribus præditæ, conjugiſque ſui etiam peccantis amantiſſimæ, non furorem modo, ſed & conſilia tribuit tam ſcelerata, quæ nec ipſi Medeæ condonentur. Nonne legerat illud Horatii præceptum?

*Aut famam ſequere, aut ſibi convenientia finge*
*Scriptor.*

Et quid minus famæ, id eſt, veterum poëtarum deſcriptionibus, convenit; quid minus ſibi, quam quod primum furentem Deïaniram, & ita furentem, ut cædem conjugis animo agitet; deinde repente unius aut alterius verſiculi ope ad amatorias artes, & ad philtra tranſeuntem, in ſcenam producat? Quid ad hæc Horatius?

*Reſpicere exemplar vitæ, morumque jubebo*
*Doctum imitatorem, & veras hinc ducere voces.*

Non enim valde illum oblectare poterant *verſus inopes rerum, nugæque canoræ.*

Alterum non minus grave peccatum eſt: quod cum duplex in Sophocle, quod ſequi poſſet, elinguis exemplum doloris exſtaret, ipſi nihilominus tam longam, tamque ineptam Deïaniræ tribuat orationem: in qua illa aperte profitetur, vim ſe ipſam ſibi allaturam, & ii demum ſe intro corripit, ſeque interficit; ſi filius, cui loquitur, quique jam matrem conſolari, atque ab hoc immani propoſito avocare conatur, prohibere non potuerit. S & iterum inducit inſanientem, nunc è pœnitentia, ut ante è Zelotypia. Occurrunt autem

ad

eo multa, quæ notam effugere non debeant, ipſo numero obruar. Ergo nec de puerilis Herculis lamentis, nec de illius ineptiſſima apparitione verbum faciam : ſed ad illam mam furentis Deïaniræ revertar orationem, eamque, & alia nonnulla ejuſdem motæ, accuratius aliquanto examinabo. Quanſ ſtatim tumor?

*Quamcumque partem ſedis ætheręæ premis*
*Conjux Tonantis*

am ineptum, quod ſequitur?

*------- mitte in Alcidem feram*
*Quæ mihi ſatis ſit.*

am putida ſunt reliqua?

*------- ſi qua fœcundum caput*
*Palude tota vaſtior Serpens movet*
*Ignara vinci :*

hic inanis tumor epithetorum non ſufficie. itaque

*------- ſi quid exceſſit feras.*
*Immane, dirum, horribile, quo viſo Hercules*
*Avertat oculos, hoc ſinu immenſo exeat.*

o *ſinu immenſo* quæſo? furentiſne Dei ani? inde ne tanta monſtra expectanda eat?

*Vel ſi feræ negantur, hanc animam precor*
*Converte in aliquid: quodlibet poſſem malum*
*Hac mente fieri.*

Hoc eſt quod Longinus alibi monuit, κομπῶς μὲν αὐλίσκοισι, φορβειᾶς δ' ἄτερ. Sed nec ſimi ubique tenor. Itaque ſtatim deficii, &

ab illo, *ſiquid exceſſit feras* &c decidit ad *aliquid*, & *quodlibet malum*, quod mox ſequitur,

*------ Commoda effigiem mihi*
*Parem dolori, non capit pectus minas.*

imo nec veram ſublimitatem.

*Quid excutis telluris extremæ ſinus,*
*Orbemque verſas? quid rogas ditem mala?*
*Omnes in iſto pectore invenies feras*
*Quas timuit.*

Audire mihi videor inſuſurrantem Longinum: ἐχ ὑψηλὰ ταῦτα, ἀλλὰ μετέωρα. Sed qui alias ingenio locus, quis iſti ſententiolæ?

*------ quid rogas ditem mala?*

Nonne illa decantatiſſima Virgiliana Sententia erat adumbranda? *Flectere ſi nequeo ſuperos, acheronta movebo.* Pergit:

*------ Odiis accipe hoc telum tuis.* Sed hoc *telum* hic imbelle eſt. At quantis minis penſabitur!

*Ego ſum noverca: perdere Alcidem potes!*
*Profer manus quocunque. Quid ceſſas Dea?*
*Utere furente. Quod jubes fieri nefas?*
* *Reperi. Quid hæres? ipſa jam ceſſes licet,*
*Hæc ira ſatis eſt.*

Quid iterum Longinus? multi inqui πολλαχῦ ἐνθυσιᾶν ἑαυτοῖς δοκῦντες, ὐ βακχεύυσιν, ἀλ παίζυσιν. Hoc autem ipſum multo magis altero morituræ Deianiræ furore appareb Ubi illa furiarum φαντασίαν cum Euripidea co ferenda eſt, de qua Longinus cap. xv. N quis autem nihil in his eſſe boni exiſtim illa vel ſophocleam non dedeceant Deianiram:

*Iole meis captiva germanos dabit*
*Natis? Joviſque fiet e famula nurus?*

Habes expreſſam etiam optimæ matronæ onvenientem indignationem. Vel e Sacris literis Sara probaverit, quæ nato ſibi Iſaaco, maelem e famula genitum aſpernabatur, eque ut fortunarum paternarum heres eſſet, ati poterat. Sed iterum non nimis bona, quæ quuntur.

*Num flamma curſus pariter & torrens ferent?*
*Et Urſa pontum ſicca cœruleum bibet?*

Ut de priore verſu nihil dicam, quid? feinæ iſtius temporis tam peritæ aſtrorum ent? etiam furentes? cur non & Junoni meoriam Calypſus refricuit, ut eo concitatius cum in perniciem Herculis conſpiraret? Sed æc ſufficiant, quamquam plura ſunt, quæ otam cenſoriam merentur. Verum μηδὲν ἄγαν. tque hoc & nunc & alias pluries repetenum, non hæc a malignitate aliqua, ac libidie aliorum vitia inſectandi, ſed ab amore mp. literariam juvandi, proficiſci. Cetera ero quæ perquam multa ſunt è Græco Scriore expreſſa, qualis illa Deianiræ narratio e munere & morte Neſſi, & triſte fraudis oſt miſſam veſtem præſagium, nec non Hyloratio, & quæ id genus alia, eandem quíem curam merentur comparationis, ſed uam quiſque jam facile ſibi, præſtare poſſit.

Exempla quædam tumoris e Seneca.

erc. Oet. v. 742. Hyllus ad Deïaniram:

*I, profuge, quære, ſi quid ulterius patet*

*Terris, freto, ſideribus, Oceano, inferis.*
*Ultra labores, mater, Alcidæ fuge.*

& ſtatim: *Regna, triumpha, templa Junonis pete*: & mox de illo impetu remittit, cum dicit, *Decus illud orbis &c.*

*O mater, abiit.* Non debuerat appellaſſe matrem, præſertim cum particula ὁ, quæ quendam filialem affectum indicat, in illa ira ac indignatione adeſſe, aut certe exprimi non debebat, quanto melius Sophocles, qui in eadem exclamatione iram oſtendit?

ὦ μῆτερ, ὡς ἂν ἐκ τριῶν σ' ἓν εἱλέμην,
ἢ μηκέτ' εἶναι ζῶσαν, ἢ σεσωσμένην
ἄλλου κεκλῆσθαι μητέρα σ', λῴους φρένας
τῶν νῦν παρουσῶν τῶν δ' ἀμείψασθαί ποθεν.

Qui hoc fit? dicam. Hic prima Hyllo compellatio eſt, & ut res ferebat, plena indignantis ac averſantis, tam ſceleſtam, ut putabat, matrem filii, unde & poſtea illa diſcendente ſubjicit:

Ὄγκον γὰρ ἄλλως ὀνόματος τί δεῖ τρέφειν
Μητρῷον, ἥτις μηδὲν ὡς τεκοῦσα δρᾷ,

Illic autem poſt effuſam velut iram ponitur quæ tam cito non debuit, velut amiſſo primo ictu aculeo exſtingui. Sed plura ſunt ibidem ulcera, quæ tangere nolo, quia hic locus non eſt.

Deïanira ibid. v. 978. *Si poteſt letum dare,*
*Animoſe conjux, dexteram exſpecto tuam.*
*Mors differatur, frange, ut inſontem Licham:*
*Alias in urbes ſparge; & ignotum tibi*
*Emitte in orbem.*

Qui potuit Auctor tam monſtroſam Se-

te-

ntiam animo concipere ? itane facile in a-
um orbem aliquis emitti poterat, ac in ſub-
ctum mare ? *urbes* autem *aliæ* non ſufficie-
nt: minor ſcilicet is viribus Herculis jactus
at.

## Exempla Puerilium ſententiarum.

ercules apud Senecam,

*Unum inter omnes quærit & ſequitur Lichan.*
*Complexus aras ille tremebunda manu*
*Mortem metu conſumſit, & parum ſui*
*Pœnæ reliquit. Dumque tremebundum manu*
*Tenuit cadaver, Hac manu, hac, inquit, ferar*
*(O fata!) victus? Herculem perimit Lichas.*
*Ecce alia clades, Hercules perimit Lichan.*

Vid. Sene. Poeſ. Cent.

Quis talia fando temperet à lacrymis, ſed
os nimius riſus excuciat? ô Hercules,
ratorem te quondam finxerunt Galli; hic
s & ſophiſta. ô argutias dignas non Seneca
ntum ſed & Hercule Philoſopho! ſi per na-
ram rerum licuiſſet, ac temporum ratio-
m, ut hæc viventi etiam Herculi Seneca
tuiſſet recitare, quod putas tam bellæ ſen-
ntiæ præmium tuliſſet. Non eum *cujus*, ut
ichan *truncus in pontum cadit, non in ſaxa cervix. Fu-
r ambobus jacet*: (quod & ipſum ejuſdem fari-
e eſt.) Non *in alias urbes*, aut *ignotum orbem*,
iſiſſet ut Deianira volebat, ſed in medias
ves caſpias, ubi frigus ajunt eſſe intenſiſſi-
um. Quoniam vero fortis ille fiat ſtoicus
mple *tremebunda manu mortem metu conſumſit*,
mittatur *tremebundum manu cadaver*.

Et nos ad excutiendum caput in Natur.
uæſtionibus tranſeamus, ubi quærit, *cum*

*fatalis dies diluvii venerit, quemadmodum magna pars terrarum undis obruatur.* Caput hoc eſt XXVII lib. III. Arrige aures Pamphile. *Primo immodici imbres cadunt, & ſine ullis ſolibus triſte nubilo cælum eſt; nebulaque continua, & ex humido ſpiſſa caligine numquam exſiccantibus ventis. Inde vitium ſatis, & ſegetum ſine fruge ſurgentium marcor. Tunc corruptis, quæ ſeruntur manu, paluſtris omnibus campis herba ſuccreſcit. Mox injuriam & validiora ſenſere, &c.*

Marſyas apud Ovidium lib. VI. metam. cum ei pallis detraheretur, in ipſo illo tam immani cruciatu videſis quam ridicule ac pueriliter queratur:

Vid. Senc. Ppæf. Centr.

--- *Quid me mihi detrahis, inquit,*
*Ah piget! ah! non eſt, clamabat, tibia tanti.*

Mirum, quod non & ipſa tum tibia canentem finxerit Marſyam: adeo ludibundi hæc ſunt hominis, *quid me mihi detrahis?* alter vero verſus ſtultæ ſimplicitatis, ſi res joci fuiſſet. Verum in re ſeria, in tanto dolore miſerum iſthunc Satyrum eo animo fuiſſe putandum eſt, quo ille, qui quum ad ignem torreretur, vertendum ſe judici indicabat, ne ſemitoſtas carnes comedere neceſſe haberet?

Comparetur Ovidius de diluvio I metam. & examinentur ſingula.

Idem eodem Libro extremo, ubi de Borea ſermo:

*Dum volat*, inquit, *arſerunt agitati fortius ignes.*

Pudet me profecto tam putidi commenti. Nam quod vento, qua ventus eſt, convenit, id ipſum Boreæ tribuere, qui tum Deus fingitur, & humana affectus animi affectione, non ineptientis hominis eſt, ſed amentis.

Legg

Legerat, ni fallor, apud Lucretium lib. VI:

*Fit quoque, ut interdum venti vis miſſa ſine igni*
*Igneſcat tamen in ſpatio, longoque meatu,*
*Dum venit, amittens in curſu corpora quædam*
*Grandia, quæ nequeunt pariter penetrare per auras:*
*Atque alia ex ipſo corrædens aere portat*
*Parvula, quæ faciunt ignem commiſta volando.*

Sed his ignibus nunc non erat locus; neque Ideo, dum volat, Boreas majoribus ardeſcere flammis debebat ſicut apud Virgilium l. v. Aen.

*Volans liquidis in nubibus arſit arundo.*

Quandoquidem amoris ignes ab illis alteris longiſſime diſtant, neque amatores motu vel grandia quædam corpora amittunt, vel alia rurſus parvula ex aere corradunt, quo magis inflammentur, majoreque amore bellulas ſuas amiculas depereant.

## Ad Cap. XXIX. Long: de verborum Delectu.

Καὶ κατακηλεῖ τοὺς ἀκούοντας, Nemo id melius, ueme efficacius id facit Pindaro. Cujus unam alteramve hinc inde delectam particulam excutiemus, ut ex his exemplis, quid ſibi in componendo ſequendum ſit, tirones addiſcant. Prima in manus ſumatur, quæ Nemeorum prima eſt ϛροφης.

Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ
Κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος Ὀρτυγία,
Δέμνιον Ἀρτέμιδος
Δάλου κασιγνήτα. σέθεν ἁδυεπὴς
ὕμνος ὁρμᾶται θέμεν

Αἶνον ἀελλεπόδων μέγαν ἵππων,
Ζηνὸς Αἰτναίου χάριν·

Verba ferme ſingula excutiemus, ut quo judicio componentibus ea deligenda ſint, ex hoc exemplo cognoſcatur. ἄμπνευμα, inquit. Canorum vocabulum ob duas præſtantiſſimas, quas in initio & fine continet vocales. Deinde ipſa trium difficilium pronuntiatu conſonantium conjunctio mora temporis vocem grandiorem efficit. quod & Longinus in verſu Euripidis cap. περὶ μελῶν συνθέσεως, 38, obſervavit. Ad hæc &, Λῆμμα præclarum eſt fluvio Alpheo, ut viventi, reſpirationem tribuens, eleganti ſane tralatione poſt longum ſubter mare curſum demum prorumpenti, & quaſi fatigato: ad inſtar equorum, qui poſt diutinum curſum tandem interpoſita quiete animam recipiunt. Vinceratautem Chromius, cujus hic ἐπινίκιον canit, quadrigis. Ita ut oportunior nulla excogitari metaphora potuerit σεμνὸν, gravitate ipſa gravius dari nil poteſt. Et hic vocales nobiles, & in primis poſterior plena dignitatis.

Ἀλφεοῦ, redit in compoſitione magnifica ad primæ vocalis ſonoritatem. Sed hic obſervabimus τῆς περιφράσεως elegantiam ac granditatem: nec non epithetorum τῆς Ὀρτυγίας inſulæ plendorem. Primum ἄμπνευμα, non ſimplex, ſed σεμνὸν, ſcilicet ob Arethuſæ Virginitatem: neque unius de multis fluvii, ſed Ἀρφεοῦ, nobilis Olympicis ludis. Alterum eſt.

Κλεινᾶν, repone, quod eandem reddet Sententiam, κλυζῶν, & conſule aures tuas. Ergo de ſono verbum amplius non addam. Sed &

aptius

ptius Syracuſis epitheton dari non poterat. De qua Cicero: *Urbem ſyracuſas maximam eſſe Græcarum urbium, pulcherrimamque omnium ſæpe audiſtis.*

Θάλος, amœniſſimo ſenſu. Obſervat alicubi Demetrius Phalereus Sapphonem miram deligendæ venuſti, elegantis, ac amœni ſenſus materiæ tum huic tractandæ multo adhuc nitidiorum vocabulorum fuiſſe artificem. Εἰσὶ δὲ, αἱ μὲν inquit, ἐν τοῖς πράγμασι χάριτες, οἷον νυμφαῖοι κῆποι, ὑμέναιοι, ἔρωτες, ὅλη ἡ Σαπφοῦς ποίησις. ταῦτα γὰρ τοιαῦτα κἂν ὑπὸ Υππώνακτος λέγηται, χαρίεντά ἐστι. καὶ αὐτὸ ἱλαρὸν τὸ πρᾶγμα ἐξ ἑαυτοῦ. &c. ὥστε ἡ μέν τις ἐν πράγματι χάρις ἐστὶ, τὰ δὲ καὶ ἡ λέξις ποιεῖ ἐπιχαριτώτερα, οἷον, ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδὼν καλὸν ἀείδησιν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο. ἐνταῦθα καὶ ἡ γὰρ ἀηδὼν χαρίεν ὀρνίθιον. καὶ τὸ ἔαρ φύσει χαρίεν πολὺ τ' ἐπικεκόσμηται τῇ ἑρμηνείᾳ, καὶ ἔστι χαριέστερα, τό τε χλωρηῒς, καὶ τὸ Πανδαρέου κούρην εἰπεῖν ἐπὶ ὄρνιθος, ἅπερ τοῦ ποιητοῦ ἴδιά ἐστι. Θάλος igitur Ortygiam vocat; qua voce verni temporis amœnitas nobis in memoriam revocatur, & tantum non ſubjicitur oculis. Eſtque item illuſtris tranſlatio.

Ὀρτυγία, de qua Virgilius:

*Sicanio prætenta ſinu jacet inſula contra*
*Plemmyrium undoſum, nomen dixere priores*
*Ortygiam. Alpheum fama eſt huc Elidis amnem*
*Occultas egiſſe vias ſubter mare: qui nunc*
*Ore Arethuſa tuo ſiculis confunditur undis.*

Hic illud mihi potiſſimum obſervandum occurrit, divinum poëtam, cum Chromium Aetnæum laudaturus eſſet, victorem, ſed Keneis; non ab Aetnæ montis ignibus carmen in-

inchoaſſe cum, quod illius majeſtate victoris perſona inferior eſſet, tum quod & hoc certamen non tam nobile eſſet, quam Olympicum vel Pythicum, quoniam ea *duo Cælicolum ſunt*, hoc *hominis feſtum*, ut Auſonius meus ait. Ergo in Hierone & rege, & Olympionica, Pythionica, effelatiore uſus eſt & argumento, & elocutione: in hoc privato, & nobili quidem, ſed illis tamen prioribus ignobiliore, venuſtatem quæſivit, multa tamen admixta gravitate, multoque ſplendore. Confer, ſi lubet, oden primam cum Olymp. tum Pyth, vel quod erit gratius fortaſſe, ſecundam; cujus hoc initium:

Μεγαλοπόλιες ὦ Συρά-
Κόσαι, βαθυπολέμου
Τέμενος Ἄρεος, ἀνδρῶν
Ἵππων τε σιδηροχαρμᾶν
Δαιμόνιαι τροφοί,
Ὑμμιν τόδε τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν
Φέρων μέλος ἔρχομαι,
Ἀγγελίαν τετραορίας ἐλελίχθονος.
Εὐάρματος Ἱέρων ἐν ᾇ κρατέων
Τηλαυγέσιν ἀνέδησεν Ὀρ
Τυγίαν στεφάνοις
Ποταμίας ἕδος Ἀρτέμιδος, &c.

Vides, ut τὸ μεγαλοπόλιες, pro quo hic κλειναὶ habet, & id genus alia omittam, ἕδος illic vocat, gravius aliquanto, quod hic θέμενον dixit, ἐννοίᾳ, meo quidem judicio χαριεστέρᾳ, verbis utrumque honeſtis & ſplendidis.

Δάλου κασιγνήτα, Suaviſſima rurſus atque pulcherrima metaphora ab dulciſſimo deducta humanæ neceſſitudinis vinculo *Soror Deli*, & quod

quod utraque Artemidi ſacra, & quod & Delos olim Ortygia appellata eſt.

Ἀδυεπὴς, viden', ut omnia vocabula venuſtate & gratia floreant? quod elegantius fingi poterat hoc loco epitheton? ἀδυεπὴς, inquit, ὕμνος. in illa vero, cujus meminimus, ode II Pyth. εὐαχέα βασιλεῦσιν ὕπελεοσεν quid? ſine delectu putas? ſine judicio & od I. Olymp. πολύφατος ὕμνος ἀμφιβάλλεται σοφῶν μητίεσι, κελαδεῖν Κρόνου παῖδα. & ode II Olymp. ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι invocantur, ut Deorum, heroum, hominum laudes canant. temere credo nunc hoc, nunc illoc uſus poëta eſt antitheto. Credon'? imo credat Judæus Apellas, non ego.

Ὁρμᾶται, & hoc plenum efficaciæ vocabulum, & impetui procurrentium equorum conveniens, quorum ὁρμή, ſive incitatus ardor eleganter à Virgilio exprimitur:

*Non tam præcipites bi jugo certamine campum*
*Corripuere, ruuntque effuſi carcere currus.*

θέμιν, ut ſtabile quid & grande.

αἶνον, aptiſſimum & hoc eſt, ab ἰαίνω derivatum, quod animum delectet & afficiat voluptate, quippe ἥδιστον homini ἄκουσμα, ut Xenophon ait, & nos ad Ciceronis Archiam pluribus oſtendimus.

Ἀελλοπόδων, Magnificum epitheton cum ſimilitudine ab rapidis deducta procellis, tum Compoſitione, quæ ὄγκον habet.

Μέγαν, & hoc poſt grandiloquum vocabulum collocatum mirifice Sententiam attollit, elevatque.

Ζηνὸς Αἰτναίου χάριν, ſublimis ſimul & blanda

ἔννοια.

ἔννοια. Namque & Aetnæus erat Chromius, & victoria Διὸς ἐν γούνασι κεῖται.

Vides igitur, lector, verum eſſe, quod Longinus affirmabat, μηγαλοπρεπῶν σημάτων ἐκλογὴν μέγεθος, κάλλος, σαφήνειαν, βάρος, ἰσχὺν, κράτος, ἄλλα καὶ εἴ τιν, τοῖς λόγοις παρασκευάζειν. Si minus credis, adverte quaſque & hanc nobilem ex Iſthimiorum od. VI. Sententiam:

Εἰ γὰρ τις ἀνθρώπων δαπάνᾳ τε χαρεὶς
Καὶ πόνῳ πράσσει θεοδμάτους ἀρετὰς,
Σύν τε οἱ δαίμων φυτεύει
Δόξαν ἐπήρατον, ἐσχατιαῖς
Ἤδη πρὸς ὄλβου βάλλετ' ἄγκυ-
ραν θεότιμος ἐών

Nonne omnia verba electa, pulchra, magnifica, ſonora? Nonne ut Longinus ait, θευμαστοστάγει ταῦτα, καὶ κατακηλεῖ τοὺς ἀκούοντας: obſerventur in iis hæc velut inſignia χαρεὶς, θεοδμάτους, φυτεύει, ἐπήρατον, βάλλετ' ἄγκυραν, θεότιμος, & quod prima ſpecie contemptibile, notabili pollet venuſtate τὸ ἐών. ubi accentus cum longitudine ultimæ ſyllabæ concurrens præclarum ſententiæ numerum concinnat: quem tum demum intelliges, ſi unica demta legeris θεότιμος ὤν quod exemplum Longini noſtri caput XXXVII περὶ συνθέσεως peropportune illuſtrat. Sed quod nunc propinabo, merum nectar erit, aut ſi mavis Διὸς γάλα.

Φιλόφρον, inquit, od. VIII Pyth. Ἡσυχία, δίκας
ὦ μεγιστόπολι
Θύγατερ, βουλᾶν τε καὶ πολέμων
Ἔχοισα κλαΐδας
Ὑπερτάτας, Πυθιόνικον
Τιμὰν Ἀριστομένει

Δέκευ.

Δέχευ. τὸ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔρξαι
Τε καὶ παθεῖν ὁμῶς ἐπίστασαι
Καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ.

Tranquillitatem aptiſſimo epitheto appellat φιλόφρονα, vocat Δίκας θυγατέρα, item μεγιστόπολιν dicit eam βουλᾶν τε καὶ πολέμων ἔχειν κλαῖδας ὑπερτάτας. quæ omnia & præclaras habent ἐννοίας. & pulchris, ornatis ac magnificis ſplendent verbis: ſic ut veriſſimum ſit, quod Longinus ait, φῶς εἶναι τῷ ὄντι ἴδιον τοῦ νοῦ τὰ καλὰ ὀνόματα.

## CAP. XV.

### *De Equis Neptunis Chemica.*

SIquando forte inter tribulos aceſentes roſa apparet: eo gratior illius conſpectus eſt, quo rarior, magiſque inopinus. Id ipſum & mihi evenit magna cum voluptate floſculum & adſpectu pulchrum & odoratu ſuavem inter ſpinoſa Artemidori ſomnia reperienti. Ἵππον inquit ille, κέλητα ἐλαύνειν καλῶς πειθόμενον τῷ ῥυτῆρι, καὶ αὐτῷ τῷ ἐλαύνοντι, ἀγαθὸν ἐπίσης πᾶσιν. Ἵππος γὰρ γυναικὶ μὲν καὶ ἐρωμένῃ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον. ὅτι καὶ ἐπὶ κάλλει μέγα φρονεῖ, καὶ τὸν ἐλατῆρα βαστάζει, ὁποίως δὲ ἐστι καὶ πλοίῳ. Ἄλλη μὲν γὰρ ἵππους καὶ ὁ ποιητὴς τὰς ναῦς εἶπε, τι ἡμεῖς δὲ τὸν Ποσειδῶνα ἵππιον καλοῦμεν. Lib. I. Onirom C.LVIII. Poteram de feminarum cum equis collatione tum è ſacris, tum è profanis Scriptoribus; tum ex his de ipſa equi appellatione, quæ feminarum illi corporis parti, qua feminæ ſunt, nonnulla conferre: verum, quod mihi nunc aliud ſit conſilium, unum tantum Aeſchyli locum in medium proferam, quia medicam manum poſtulat.

------ Οὐ

Apud Antigonum Caryſtium. In Excerptis Diodori ſiculi.

------- Οὔ με μὴ λάθῃ φλέγων, inquit,
Ὀφθαλμὸς, ἥτις ἀνδρὸς ᾖ γεγευμένη.
Ἔχων δὲ τούτων θυμὸν ἱππογνώμονα.

Corrige: Ἔγνων δὲ τούτων &c. Addam & crudelitate memorabile Hippomenis Athenienſium principis facinus; qui filiam, quæ ſe corrumpi paſſa fuerat, una cum equo domui incluſit, & ita negato utrique cibo diſcerpendam illi tradidit. Atque ita eo revertar, unde digreſſus fui, ad explicationem ſcilicet cognominis, quod Neptuno tributum fuiſſe Artemidorus ita nos docet, ut etiam cauſſæ indagationem ſuppeditet. Non enim in eo Veteres libidinem ſpectarunt, ſed naturam. Diximus alibi Oceanum *patrem rerum* habitum. Hinc Neptuno non *Equeſtris* tantum ſive ἱππίῳ cognomen, ſed & φυταλμίῳ, id eſt, ζωογόνῳ γονίμῳ, genituli: quod ipſum & Jovi datum eſt ab Aeſchylo. Equi Neptuni ἐπὶ κάλλει μεγαφρονοῦντες καὶ γαυριῶντες ſpiritus ſunt alcali volatiles; quibus nil pulcrius. De ſingulis dixeris, quod in tertio Georgicon Virgilii legitur:

*------- Si qua ſonum procul arma dedere,*
*Stare loco neſcit; micat auribus, & tremit artus:*
*Collectumque premens volvit ſub naribus ignem.*
*Talis & ipſe jubam cervice effudit equina*
*Conjugis adventu pernix Saturnus, & altum*
Pelion hinnitu fugiens *implevit* acuto.

Ubi ſiquis ad *Pelii*, ſiquis ad ipſius *Saturni fugientis*, & Oceanitidis *Philyræ* etymon adverterit, & *hinnitum* illum *acutum* intellexerit, facile is Chemiæ adyta recluſerit, videritque quid hic ſibi equus gignere concupierit. Neque vero quis mirari debet pro Neptuno Saturnum

urnum à me ex Virgilio ſubſtitui : eadem fabula, idem factum Neptuno & Cereri tribuitur. Hujus enim ille amore captus, cum in equam ſe illa vertiſſet, neque tamen lateret, tidem equum ipſe induit, & ex ea filiam *Heram* & equum Ἀρίωνα ſuſtulit, quaſi ἀρειίωνα, ſe præſtantiorem filium. Dicitur autem Ceres iraſſima, & quaſi furibunda, in initio congreſſum unc ægerrime tuliſſe poſtea vero placata abuiſſe ſemet in ladone fluvio : Unde ei cognomina Ἐριννύς, καὶ Λουσιάς. Neptuno datum ππίυ, ut eſt apud Pauſaniam in Arondicis.

Inſigna ſunt illa Poëtarum Principis de Neptuno :

Βῆ δ' ἐλάαν ἐπὶ κύματ' ἄταλλε δὲ κήτε ὑπ' αὐτῶ.
Πάντοθεν ἐκ κευθμῶν. ὐδ' ἠγνοιήσεν ἄνακτα,
Γηθοσύνη δὲ θάλασσα διΐστατο. τοὶ δὲ πέτοντο.

Quos ego aliquando ita verti :

*------- Ille per undas*
*Pergit agens currum. Linquunt penetralia cete*
*Aequoris, & dominum facto agmine circumſultant.*
*Ipſum lætitia tumidus mare diſſicit undas :*
*Impetuque aligerum volucri volat axis equorum.*

Neceſſe eſt, ut quis hoc non inane figmenum Poëticum ſed occultiſſimum eſſe naturæ rcanum credat, ut Baſilii Valentini claves ntelligat. Imago quædam in quavis deſtillaione; multo vero magis in Reguli ſtellati onfectione apparet, de qua nos poſtea latius. Nunc autem animi gratia quæſtiunculas aliuot ex antiquis fabulis proponemus, quarum olutio nonnimis difficilis eſt :

I. Cur Neptunus in contentione cum Mi-

 nerva

nerva de tutela Athenarum *equum*, illa vero *oleum* produxerit?

II. Cur in altiſſimo primum *monte* Neptuni equus viſus ſit, & Centauri *montes* inhabitare dicti?

III. Cur *Peleo* à Neptuno equi *Balius* & *Xantus* in *nuptiis* Thetidis dono dati?

IV. Quare Hercules ἱπποδέτης dictus; & cur ipſe accepto demum à Neptuno *Arione equo* Elidem expugnaverit? cur & ab eodem *equum* acceperit à laboribus ad requiem ſe conferens ac dies feſtos?

V. Quid Aegyptii ſibi voluerint, inter cetera Hieroglyphica Hippopotamum fingentes, cui accipiter Serpentem oppugnans inſiſtit?

VI. Unde Veneri cognomina ἱπποδαμείας, & *Equeſtris*?

VII. Unde Minerva ἱππία, & ἱππηλάτις?

VIII. Quare Chiron, Saturni & Phitiæ filius, *hippocentaurus* & *medicus*?

IX. Cur *Pegaſus* Neptuni filius *alatus*, atque ejus ope Bellerophon *Chimaræ* victor; & unde *Hippocrene* fons Muſarum?

Ταῦτα cum *alatis* muſis μαθεῖν cupientibus Apollinem Μουσαγέτην cum aureis ejus *quadrigis* adjuctorem precabimur, interea dum nos animi impetus alioverſum abripit.

CAP.

## CAP. VI.

### *De Formula ſalutationis Pax vobiſcum.*

QUum apud Turcas agerem, audiebam ex iis ſæpenumero ſalutantium ſe invicem vocem *Salemnalik*, ubi ſinguli ſibi obvii fiebant; ſin plures *Salemnalikom*. Ut eram earum rerum non incurioſus, interrogare meum interpretem cœpi, quid eæ voces ſignificarent. Ubi intellexi, *Pax tecum*, vel *vobiſcum*; impenſe demiratus ſum, tantam conſuetudinis vetuſtatem nullis apud barbaros migrationibus, nulliſve temporum mutationibus fuiſſe abolitam; verum etiamnunc illam ſalutandi formulam, quæ ab antiquiſſimis temporibus in oriente uſurpata fuit, in hoc uſque ſeculum ſartam tutam ad Arabes primum, dein ab his ad Afros eſſe tranſmiſſam. Neque tamen ea mihi obſervatiuncula digna fuiſſet viſa, quæ in his *Fortuitis* locum obtineret, niſi in Anthologia Græca carmen offendiſſem, in quo eadem ferme ſalutandi formula occurrit, niſi quod hæc ad mortuos, illa ad vivos pertineat. Apponam integrum carmen, prout lib. VII. εἰς ἀνωνύμους ποιητάς. legitur? Geneſ. XLIII. Judic. VI. & XIX.

Ἀτρέμας, ὦ ξένε, βαῖνε. παρ' εὐσεβέσιν γὰρ ὁ πρέσβυς
  Εὕδει, κοιμηθεὶς ὕπνον ὀφειλόμενον,
Εὐκράτεω Μελέαγρος, ὁ τὸν γλυκύδακρυν Ἔρωτα,
  Καὶ Μούσας ἱλαοδὶς συστολίσας χάρισιν.
Ὃν θεόπαις ἤνδρωσε Τύρος, Γαδάρων δ' ἱερὴ χθών.
  Κῶς δ' ἐρατὴ Μερόπων πρέσβυν ἐγηροτρόφει,
Ἀλλ' εἰ μὲν Σύρος ἐσσί, Σαλ ἀμ. εἰ δ' οὖν σύ γε Φοῖνιξ,

Ἀΰδονίς (ita ſcaliger) Εἰ δ᾽ Ἕλλην, χαῖρε. τὸ δὲ αὐτὸ φράσον.

Ubi τὸ σαλάμ, ab Hebr. *Salom*, *pax*, *ſalvere* ſignificat, qua voce mortuos poſtremum alloquebantur, ut apud Poëtam:

------- *Salve æternum mihi maxime Pallæ,*
*Æternumque Vale.* De voce Græcorum χαῖρε

plura infra ad inſcriptionem marmoris Sixiani. Eſt & alius apud eoſdem Turcas ex antiquitate retentus mos, quo Morabaudi, ſive antiſtites populo pacem in ſacris, quæ *Sala* vocant, precantur. Ad quem morem antiquum, à Chriſtanis etiam poſt Chriſtum uſitatum, eleganti carmine poëta quidam Græcus alluſit in eodem Anthologiæ corpore, ubi Epiſcopum facete perſtringit, cui concubina Irene, id eſt, Pax, in deliciis erat. Carmen ita ſe habet:

Lib. II. εἰς ἀσελγεῖς.

Εἰρήνη πάντεσσιν, ἐπίσκοπος εἶπεν ἐπελθών.
Πῶς δύναται πᾶσιν, ἣν μόνος ἔνδον ἔχει, vertimus ludentes.

*Nuper, pax cunctis, ingreſſus Epiſcopus, inquit,*
*Qui potis eſt cunctis: quam ſibi ſolus habet,*

Frequens autem in ſacris libris eſt illa ſalutandi formula, ut lib. II. regum, XVIII, 28; Matth. X, 12, 13. Lucæ cap. X: 5. & cap. XXIV: 36. alibique. uſurpata deinde à Chriſtianis cum oſculo ſancto, ut è Juſtino martyre, Tertulliano, Origene, aliiſque conſtat. Sed ut ad Turcas revertar, in Alcorano nil frequentius, quam, ubi juſtorum fit mentio, proxime eorum nomini ſubjicere, *ſuper quem ſit pax*: unde deinde & ceteri Muhammedici ſcriptores

res acceperunt, quemadmodum cum ex aliis didici ſcriptoribus, tum ex Hiſpanico quodam Saracenorum codice, Arabicis characteribus conſcripro, cujus quantum illorum literaturæ imperitus aſſequi potui hæc inſcriptio eſt: *El breve compendio de nueſtra ſanta ley, y çona, qué acopilo el onrado, ſabidor Elfaki de la familla de los Muſlimas de la derecha caſa Llamada Bara y deteminho: Con acuerdo y ayuda de otros muchos y los muy doctos y vaſallados de la nobleza deſte regno de Aragon: y en eſpecial con ayuda de un mancebo eſclavo Caſtillano, natural de Aravela, muy eſperto y doctrinado en la lectura Arabiga, Ebrayca, Griega, y Latina, y en la aljamihada muy Ladino, ſegun el autor lo relata en ſu prologo, y como en el diſcorſo deſte preſente tafcira ſe echa de ver en muchas partes, donde ſeñala y haze mencion de los autores, y tafcires de donde e ſido governado, todo por dichos de nuevas alomas, y ordenadores de nueſtra ſanta ley y çona, teniendo ſiempre adelante la loz de nueſtro onrado Alcoran ſalud de toda parte, y merechedora, y gyadora de la divina graçia, el qual ſea con todo moſlim de la aloma de Muhammed,* Hactenus codex Hiſpanicus. Quin & Hebræi poſterioris ævi non alia formula uſi ſunt. Sic enim Benjamin Tudelenſis in itineratio ſuo: Cap. xi. 7. *Cuthæi habent ſacerdotes ex poſteritate Aaron in pace quieſcentis.* Ita vertit interpres pro, *ſuper quem pax.* Imo vero à veteribus id quoque factitatum ex Proverbiis Salamois colligi poſſe existimo; ubi: memoria juſti manet in benedictione. Id eſt, cum ejus mentio poſt mortem fit, additur *Salom*, ſive, *ſuper quem ſit pax.* Sequitur enim per antitheſin: *ſed impii nomen peribit:* id eſt, memoria ejus obliterabitur.

## CAP. XVII.

### *Paradoxa Ciceronis aliquoties emendata.*

PAradoxa nuper Ciceronis cum manuſcri
to bibliothecæ noſtræ publicæ codice con
ferenti nonnulla non tam inſignia occu
runt, quam indigna, quæ ſilentio tranſiren
tur. Complecti ea hoc uno capite viſum, quip
pe non admodum multa. In præfatione a
Brutum vulgo legitur. *Ego vero illa ipſa, quæ v
in gymnaſiis & in otio Stoici probant ludens conjeci
communeis locos.* In libro noſtro erat: *Ego t
illa ipſa*: &c. non in eleganter, certe ex more v
terum, qui τὸ *tibi*, *mihi*, *ſibi* orationi ſole
ex abundanti inſerere, uti jam plures adno
runt. Sequitur proxime: *Quæ quia ſunt admi
bilia, contraque opinionem omnium, ab ipſis et
παράδοξα appellantur; tentare volui, poſſentne proferr
lucem.* Inſere copulam præeunte ſcripto, & le
*& ab ipſis etiam παράδοξα appellantur.* Ita ſenten
conſtricta erit, & colligata, quæ alias di
luta eſt, atque disjuncta. Inſcriptio primi
radoxi Græca tranſpoſitis vocibus ita in li
noſtro concipitur.

Ὅτι μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν

Paradoxo primo vulgo legitur: *Quæ vis
clitem contra omnis hoſtium copias tenuit in ponte ſo
quæ patrem Decium, quæ filium devotavit, atque
miſit in armatas hoſtium copias?* in noſtro eſt,
*filium devocavit.* I. Depopoſcit, & excita
ut ſe devoverent, & in hoſtes immitte

Paradoxo ſecundo: *Te metus exanimat ju
rum atque legum: quocunque aſpexiſti, ut furiæ ſ
tibi occurrant injuriæ; quæ te reſpirare non ſin*

no

noſtro non male legitur, *ſuſpirare*, quod ele-gans hac ſignificatione verbum eſt, & mi-nus tritum, adeoque depravationi magis ob-noxium.

Paradoxo tertio: *Nec enim peccata rerum even-tu, ſed vitiis hominum metienda ſunt.* Noſter habe-bat, *rerum eventis.* Quod Ciceronianum ma-gis: illud hoc Ovidii defendi poteſt:

*Exitus acta probat: Careat ſucceſſibus opto,*
*Quiſquis ab eventu facta notanda putat.*

Ibidem: *Siquidem peccare eſt tanquam tranſilire lineas.* lege cum noſtro, tamquam *tranſire*, uti mox bis idem verbum repetitur. Quamquam nec illud alterum malum. Sic apud Platonem; μακροτέρα τοῦ πρέποντος ἐρωτᾶν, καὶ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἅλλεσθαι. Rurſus apud eundem in eodem libro: ἀλλ᾽ οὐ γὰρ ἐπισκοπεῖς με ὥσπερ ἐκτὸς δρόμου φερόμενον. Quod Juſtinus martyr vocat ἔξω τοῦ κανόνος τρέχειν; Plura Faber lib. II. Agoniſt. c. VII, & nos aliqua, ἐάν τις ἐπιτρέπῃ, ὁ θεός, in ſecundis curis ad Lucianum de Calumnia. In Cratylo.

Eodem Paradoxo locus aliquanto corruptior occurrit: *Cauſſa igitur hæc non natura diſtinguit: quæ, quoniam utro acceſſit, id ſit propenſius; ſi utro-que adjuncta ſit, paria fiant, neceſſe eſt.* Hic me de-ſtituit liber: ergo conjecturæ medicina com-mittenda fuit. Illa eam levi literarum unius & alterius mutatione ſuggeſſit: *quæ quum alte-rutro acceſſit, id ſit propenſius: ſi utroque adjuncta ſit, paria fiant, neceſſe eſt.*

Paradoxi quarti inſcriptio Græca multo in noſtro concinnior eſt, ὅτι πᾶς ἄφριον μαίνεται.

Eodem Paradoxo inquinata ſunt illa: *Omnes ſcelerati atque impii, quorum tu te ducem eſſe profiteris, quos leges exilio affici volunt, etiamſi ſolum non muta-runt,*

*runt, an cum omnes leges te exſulem eſſe jubeant, non eris exſul. Num appellatur inimicus, qui cum telo fuerit? ante ſenatum tua ſica deprehenſa eſt. Qui hominem occiderit? tu plurimos occidiſti, qui incendium fecerit? ædes Nympharum tua manu deflagrarunt. Qui templa occupaverit? in foro caſtra poſuiſti. Sed quid ego communes leges profero? quibus omnibus es exſul?* Lege vel repone: *Omnes, ſcelerati, atque impii, quorum tu te ducem eſſe profiteris, quos leges exilio affici volunt, exſules ſunt, etiamſi ſolum non mutaverint.* (ita Mſ. quod ſequitur, eſt ex conjectura:) *An non omnes leges exulem eſſe jubent,* qui cum telo fuerit? *ante ſenatum tua ſica deprehenſa eſt* qui hominem occiderit? *tu plurimos occidiſti.* qui incendium fecerit? *ædes Nympharum tua mana deflagravit.* Ita Mſ. in quo verba illa, *non eris tu exſul*, non exſtabant, quæ ab interprete ſunt, ſicut & illa, *non appellatur inimicus!* quæ Gruterus non recte retinuit, mutavitque in *num appelletur inimicus?* nullo ſenſu: Quod ſi cui nimis illa ſententia arriſerit, *an cum omneis leges te exſulem eſſe jubeant, non eris tu exſul?* legendum porro erit: *Non exſulare illæ jubent, qui cum telo fuerit;* pro, *non appellatur inimicus, qui cum telo fuerit!* ut e ſequentibus ſat liquido patet.

Inſcriptio Paradoxi quinti rurſus in codice noſtro elegantius vulgata concipitur: Ὅτι μόνος σοφὸς ἐλεύθερος, καὶ πᾶς ἄφρων δοῦλος. Eodem Paradoxo legas: *Nec eſt ulla res, quæ plus apud eum polleat, quam ipſius voluntas atque judicium: cui quidem etiam, quæ vim habere maximam dicitur, fortuna ipſa cedit: ſicut ſapiens poëta dixit, ſuis ea cuique moribus fingitur moribus.* Longe ſuavius & aptius eſt, quod ſcriptus liber habet: *fortuna ipſa cedit, ſi ut ſapiens poëta dixit, ſuis ea cuique fingitur moribus.* Eodem Paradoxo pro vulgato, *quem*

*um locupletis orbis orbi ſenis non obſervat*, in codice noſtro legitur, *ſervat. Servare* vero pro *obſervare* inter elegantias L. L. vulgo referri ſolet.

Paradoxo ultimo; *Et ſi, ut ajunt, Danai, quinquaginta ſunt filiæ.* Malim cum ſcripto libro, *ut ajunt, Danao*, (ſcil. fuiſſe) *quinq. ſunt filiæ.*

Atque hæc ſunt, quæ licet minuta, non tamen negligenda viſa ſunt. Forſan, ubi tempus erit, in expoliendis deinceps Ciceronis officiis, plus ab eodem libro adjumenti ſuppeditabitur.

## CAP. XVIII.

### *Cur Diana ante Solem genita. Chemica.*

MUlta ſæpe cum apud poëtas, tum apud eorum enarratores occurrunt, quæ plerumque non animadverſa nos prævenuntur: verum ubi mentem intenderis, plurimum delectare ſolent, atque etiam inſtruere. Cujuſmodi & hoc eſt, quod apud Servium legitur: *Terris*, inquit, *omnibus expulſa Latona tandem ab applicante ſe littoribus ſorore* (adde, quod excidit, *Aſterie*,) *Suſcepta eſt: & illic Dianam primo, poſt Apollinem peperit.* Subjicit deinde: *Quod autem diximus Dianam primo natam, rationis eſt. Nam conſtat primam noctem fuiſſe, cujus inſtrumentum eſt Luna, id eſt*, Diana: *poſt diem, quem Sol efficit, qui eſt*, Apollo. Subiit me ſtatim, ubi hæc legi, admiratio, unde illud veteres acceperint, quandoquidem Divinæ hiſtoriæ luce caruere. Sic & Heſiodus: In III. Aeneid. 73.

Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ᾽, αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ᾽ εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί In Theogonia.

Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,
Τάρταρά τ' ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης.
Ἠδ' Ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Λυσιμελὴς, πάντων τε θεῶν, πάντων τε ἀνθρώπων
Δάμναται. ἐν στήθεσι νοῦν, καὶ ἐπίφρονα βουλήν.
Ἐκ χάεος δ' Ἔρεβός τε, μέλαινά τε Νὺξ ἐγένοντο.
Νυκτὸς δ' αὖτ' Αἰθήρ τε, καὶ Ἡμέρη ἐξεγένοντο,
Οὓς τέκε κυσαμένη, Ἐρέβει φιλότητι μιγεῖσα.

Agnoſcit eveſtigio Poëta creatorem hujus univerſi Deum verum & unum, cum in initio Deorum, uti vulgo appellabantur, genealogiæ de primi diei opere dicit, ἐγένετο: Quo verbo & illorum tacite rejicit opinionem, qui materiam ſibi quandam fingnnt, Deoque ſubſternunt æternam. (Quod enim factum creatumque eſt æternum dici non poteſt: Deinde illud πρῶτα ordinis verbum eſt, in quo ſucceſſio: Sed in æternitate nil primum, nec ſecundum:) & autorem quendam præſupponit, quandoquidem nil fieri poteſt, abſque cauſa efficiente. Ipſiſſima fere verba ſunt quibus Moyſes hiſtoriam creationis orditur *In principio creavit Deus cælum & terram.* In principio, id eſt πρώτιστα. Cælum & terra tum adhuc fuere chaos, *rudis indigeſtaque moles, nec quicquam niſi pondus iners.* Hanc veteres uno nomine *Aquam* appellaverunt: & hoc eſt illud nobile principium Thalatis. De quo Petrus: ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι, καὶ γῆ ἐξ ὕδατος, καὶ δι' ὕδατος συν[εστ]ῶσα τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ. Huic enim aquæ iner[s] ipſa terra, ſed terra ignava; unde legimus *eratque tum Terra adhuc ſterilis*, quippe nec dum ſecreta, atque etiamdum ſine luce. Dicunt autem Phyſici *omnia per diem creſcere.* Super hanc aquam ferebatur *ſpiritus Domini*, id eſt, cal-

11 Epiſt. cap. 111, 5.

Serv. ad 1 Aen. 310.

f

ovens: quo excitatum ſemen ignis, ſive Acili, ut Chemici vocant, agere cæpit in Alcali, ſive aquam, unde nata effervescentia ἔρως prodiit, id eſt Amor, ſive Aër, naſcitur enim Aër ex aqua per ignem attenuata: adeoque Saturni ſordes eſt & Rheæ, ἤτοι διὰ τὸ ἐν τεταγμένοις μέτροις χρόνου γίνεσθαι ταῦτα, ἢ διὰ τὸ κατὰ σύγκρεσιν ἀποτετελέσθαι. ἢ, ὅπερ πιθανώτερον, διὰ τὸ τηνικαῦτα ὑφεστάσθαι τὸν ἀέρα, ἡνίκ' ἂν ἐκ πυρὸς ἐκινεῖτο ἡ φύσις, ἐπὶ τὸ κραίνειν καὶ ἐπιτελεῖν τὰ ὄντα. Ita Cornutus ſicut a me correctus eſt. Dicitur autem hic Acidi & Alcali filius Opheo, ſeu Onomacrito potius, Πρωτόγονος, quia primus ex omni creaturarum numero ex Igne patre, & matre Aqua natus eſt: ideoque & διφυής, id eſt, utriuſque naturæ particeps, ab eo appellatus eſt. Sed quid obſtat, quominus totum ferme illum hymnum exponamus, qui myſterium creationis continet? nil puto: tentemus igitur Dicitur ei μέγα quia omnia occupat: αἰθερόπλαγκτος, quia igni proximus, ὠογενής, quia Chaos inſtar ovi, in quo Aqua albumen, vitellum terram, ſperma ignem, ſeu acidum, nobis exhibet: χρυσέαισιν ἀγαλλόμενος πτερύγεσσιν, quia color ignis aureus, cujus ipſe particeps eſt, & aëre nihil mobilius, ubi ſemel à calore impulſus eſt: præterea color hic ei à vicino etiam ſole ſuppeditatur, qui aureis eum radiis inaurat: ταυροβοάς & ῥοιζήτως, à ſtrepitu. Strepitus autem, ſicut & vox, ab aëris venit percuſſu: γένεσις μακάρων, θνητῶν τ' ἀνθρώπων, quia

Plutarchus de primo frigido.

De Nat. Deor.

in Hymnis.

*——— Ubi temperiem ſumſere humorque calorque,*
*Concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus.*

Ovid. 1 metam.

Οὔτε

Ὅστε πολύμνηστον, πολυόργιον εὗρε παιὰν, quia ſalutis ab eo, & vitæ, & generationis initium, quod omnium orgiorum fuit argumentum. Et hinc ἄῤῥητον, & κρύφιον, non ſecus ac ῥοιζήτορα eum Onamacritus appellavit, quia ſacra ea à profano vulgo renota noctu cum ſtrepitu ad imitationem cæleſtis motus peragebantur: παμφαὲς ἔρνος,

Ὅσσων ὃς σκοτόεσσαν ἀπημαύρωσεν ὀμίχλην,

quia rareſcente per agentem Acidi calorem materia Alcalica, calor Acidi, ſive Ignis, id eſt Lux (ita enim de luce loquitur Ariſtoteles) Aëri ſeſe in ipſa ejus nativitate immiſcuit. Unde in ſacris libris *Tenebræ præceſſiſſe diem* dicuntur, ſicut & Heſiodum ex Erebo & Nocte Aethera & diem natum finxiſſe vidimus, quod & Germani ab Hebræis didiciſſe videntur, de quibus Tacitus: *Nec dierum numerum, ut nos, ſed noctium computant. Sic conſtituunt, ſic condicunt. Nox diem ducere videtur.* Neque vero aliter fieri potuit. Quod enim naſcitur, aut oritur, hoc ex eo naſcitur provenitve, quod ante non fuit. Unde miror Philoſophos eſſe, fuiſſeque, qui dixerint, dicantve, *Ex nihilo nil fieri.* Ut enim mundus fieret, ex eo fieri crearique debebat, quod mundus non erat, id eſt, *nihil*: quia in mundo ſunt *Omnia. Omnia* vero & *Nihil* ſibi contraria ſunt. Et hinc Empedocli inter mundi principia *Inimicitia.* Omnia vero ex nihilo creari, mirum nemini accidere debuerat, qui Deum hactenus noſſet qua Deum, id eſt omnipotentem. Et quæ obſecro tam incredibilis illa in Deo poteſtas, materiam ſimul & formam ex nihilo creandi, quum nos homines quotidie formas ex nihilo pro-

Lib. 1. de color.

producamus : niſi quis forte Platonicas nobis ideas objecerit. Ut igitur lux creari poſſet, tenebras præcedere neceſſe erat. Quid autem ſunt tenebræ ? per ſe nihil. Lux autem eſt aliquid, & ſi Baſilio Valentino credimus, *omnia*. Eſſentia vero Lucis è particulis conſtat igneis tenuiſſimis, & efficaciſſimis, & volatiliſſimis. Vidit hoc Lucretius meus, ubi de viſu agit e tenebris in lucem verſus inceſſo :

*Inſequitur candens confeſtim lucidus aër,* Lib. VI.
*Qui quaſi purgat eos, ac nigras diſcutit umbras,*
*Aëris illius : nam multis partibus hic eſt*
*Mobilior, multiſque minutior, & mage pollens.*

Ea vero mihi *lucere* videntur, quæ particulis lævibus ac ſolidis conſtantia volatiliſſimas quoſque particulas ab igne continuo citatoque motu emiſſas centraliter recipiunt, & in oculos videntium remittunt : non ſecus atque ſolis calor a pariete, vel corpore alio ſolido repercuſſus ad tactum noſtrum pervenit : aut imago vocis illiſa ſaxis ad aures. Hæc ſunt, quæ ad illuſtrationem veriſſima veterum de Lunæ, ſeu potius noctis ac tenebrarum, ante ſolem diemque origine a natura ſumi poſſe videbantur. Nam quod ideo Diana ante Apollinem nata a nonnullis fingitur, uti matri Latonæ adeſſet in puerperio, licet diverſum videatur, ab eodem tamen fonte procedere patebit, ubi quid Latonæ nomine veletur, detexerimus. Eſt autem Latona terra Philoſophica, in qua Sol & Luna latent qui in lucem prodire nequeunt, niſi apprehenſa a matre *olea & palma*. De Olea alibi egimus : dabitur forſan & palmæ locus. Verum ut ἐκ γῆς

ἀνω-

ἐκκνουλίζε θυμῷ vani noſtræ artis obtrectatores & antiquam eam eſſe, & firmis ſubnixam rationibus agnoſcant, ex Ovidii Metamorphoſi ea de Latona adferam, quæ cum ſequentibus & prioribus collata facile evincant. Veteres eam fabulis dedita opera involuiſſe. Ita apud illum paſtor:

L. VI.

——— *Cum quo dum paſcua luſtro,*
*Ecce* lacus medio *ſacrorum* nigra *favilla*
Ara *vetus ſtabat, tremulis circumdata* cannis,
*Reſtitit, & pavido, Faveas mihi, murmure dixit*
*Dux meus: & ſimili, Faveas, ego murmure dixi.*
Naïadum, Faunine *foret tamen ara rogabam.*
Indigenæne *Dei*: cum talia reddidit hoſpes:
*Non hac, o juvenis*, montanum *numen in ara eſt.*
*Illa* ſuum *vocat hanc, cui quondam regia* Juno
Orbe *interdixit: quam vix erratica* Delos
*Orantem accepit, tum cum levis* inſula nabat.
*Illic incumbens cum* Palladis arbore palmæ
*Edidit invita* geminos *Latona noverca.*
*Hinc quoque Junonem fugiſſe* puerpera *fertur*
*Inque ſuo portaſſe* ſinu *duo numina natos.*
*Iamque* Chimæriferæ, *cum* Sol *gravis* ureret arva;
*Finibus in* Lyciæ, *longo dea feſſa labore*
Sidereo ſiccata ſitim collegerat æſtu:
Uberaque ebiberant avidi lactantia nati.
*Forte* lacum melioris aquæ *proſpexit in* imis
Vallibus, &c.

Stupidiores ego non hoc modo paſtore ſed & quovis foſſore eſſe omnes illos pronuncio, qui ex tam multis, quæ hic notata ſunt, & diſtincta, argumentis necdum capere queunt quid hac fabula contineatur. De *Ara* in *medio lacu* dicemus plura inferius. *Nigra favilla* niger

Che-

Chemicorum corvus eſt Apollini adjunctus
à veteribus quem candidus olor, ſive Diana,
ſubſequitur, ac poſt hanc aquila aurea, ſeu
ſol alatus in Phenicem mutanda ut ex ejus
cinere melior proles reſurgat. *Cannæ* ſunt
receptrices aëris, ut e Panos & Syringis fabula
conſtat. De *montibus*, & *montanis* diis alibi
egimus, qui ſunt ſpiritus volatiles. *Orbis* item
nomen expoſuimus, quid ſignificet, notum
quid *Delos* ſit: cur illa primum *levis* eſſe debuerit,
res ipſa te docebit: item cur Juno Latonæ
inimica, ſit: &c ſed inprimis notabile
eſt, quod in *Lyciam*, id *Luporum* regionem,
profugiſſe fingatur, de quibus alibi ſupius: ſic
& cur in Lycia monſtrum triforme *Chimæra*,
quod non fruſtra hic additur, inquirenti facile
indagatu. Nec non quid illa ſibi *ſitus* velit,
*cum Sol gravis ureret arva*: quæ hæc *arvæ* ſint, quis
*Sol*; cum ipſe Apollo ab ea *in ſinu* gereretur
cum Diana: cur dicantur *ubera* exhauſta *lacte*;
quid ſit lac: quare *acidi* dicantur nati: unde
ille *lacus* in *vallibus imi*, & quidem *melioris aquæ*:
quid ſit *aqua*, & quæ hæcce ſit aqua, cur *melior*
ſit appellata. Partem horum maximam alibi explico,
ideoque nec repeto. Reſpice lector,
& miraberis, ſæpius hæc à te lecta, nec intellecta;
ut multa id genus alia, quæ ex his
lucem metuata illuſtrius deinceps in oculos
tuos incurrent, nec ita, ut antea, præteriri
patientur.

CAP.

## CAP. XIX.

### *Florus emendatus.*

Conamur ſæpe pluſcula : & licet aëra nonnumquam verberemus, ictuſque in vanum cadet, non ideo tamen deſperamus atque animum abjicimus. Semper enim illud Theocriti occurrit : Πείρη θὴν πάντα τελεῖται. Tentabimus igitur etiamnunc, quod olim frustra, an affecto Flori capiti medicinam facere poſſimus. Libro quarto, de Bruti Caſſiique poſt Cæſaris cædem periculo loquens, quod ipſis a Cæſaris veteranis imminebat, *Igitur cum appareret*, inquit, *quæ ſtrages reip. immineret, diſplicuit ultio cum conſulis abolitione decreta.* Conjeceram etiam ante cognitam Annæ Fabri f. ſententiam *ſenatuſconſulto*, pro *cum conſulis*, ſubſtituentis, ſcriptum Floro, *Senatus conſulto oblivione decreta.* Non diſplicet tamen conjectura Freinshemii, *Ciceronis Conſilio* ſcriptum ſuſpicantis. Sed hujus quidquid ſit, certe *oblivionis* mihi vox omnino pro illa *abolitionis* reponenda videtur. Ita enim Cicero ; *In quo Telluris templi quantum in me fuit, jeci fundamenta Pacis : Athenienſiumque renovavi vetus exemplum : Græcum etiam verbum uſurpavi, quo tum in ſedandis diſcordiis erat uſa civitas illa, atque omnem memoriam diſcordiarum oblivione ſempiterna delendam cenſui* : Non tamen ignoro apud Suetonium in Tiberio c. IV legi : *Tamen Cæſare occiſo cunctis turbarum metu abolitionem facti decernentibus, etiam de præmiis*, &c. Sed hic *factum* adjicitur. Quod tamen Torrentio gloſſema viſum. Quare & hic *Oblivione* reſtituendum. Vellejus : *illud decreti Athenienſum celeb*

Cap. VII.

Philipp. I. c. I.

ri

...imi exemplum relatum à Cicerone, *Oblivionis præteri-...arum rerum, decreto patrum comprobatum eſt.* Sed ...æc ſequentia ſatis Sana: *Ne tamen publici doloris ...culos ferrent, in provincias ab illo ipſo, quem occiderant, Cæſare datas, Syriam & Macedoniam conceſſerunt.* Unica literula inſerta lego: *ne tamen publici ...oloris oculos ferirent. Dolor* hic *publicus* tamquam ...es animata pro ipſo populo ponitur. Eſtque ...que bona locutio, *oculi publici doloris*, atque ...*culi afflictæ civitatis. Ferire* oculos phraſis eſt Lucretio familiaris. Ille enim, Leb. II.

> *Corpora quæ feriant oculos, viſumque laceſſant.* lib. IV. 217.

...&: *Cur ea, quæ feriant oculos, ſimulacra videri,* &c verſ. 257.
...tem: *Et feriunt oculos, turbantia compoſituras.* verſ. 328.

...i cui forte hæc mea non probabitur emenda-...io, is hæc Ciceronis ad animum revocet: ...*t ſi me meis civibus injuria ſuſpectum tam graviter, ...tque offenſum viderem, carere me adſpectu civium, ...uam infeſtis oculis omnium conſpici mallem. Tu, cum ...onſcientia ſcelerum tuorum agnoſcas omnium odium ...ſtum, & jam diu tibi debitum, dubitas quorum ...enteis ſenſuſque vulneras, eorum adſpectum, præ-...ntiamque vitare? Vulnerare* ſenſus, & *ferire oculos* ...δυναμοῦντα ſunt. Idem illa ejuſdem: *Sed incur-...t hæc noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed jam & in ...oculas malivolorum. Incurrit in oculos*, id ferit, ...ulnerat oculos. Idem, eadem epiſtola, aliam ...on inelegantem adhibet metaphoram; *Noſti*, ...nquiens, *non modo ſtomachi mei, ſed etiam oculorum ... hominum inſolentium indignitate faſtidium.* Cicero-...i gentili ſuccedat chriſtianus Lactantius. ...le enim; *Quin potius auferantur, queis coram ...ale vivere pudet. Qui peccatum frontem, & ſi non ...rbis, quia tacent tamen ipſo vitæ genere diſſimili ...riunt, & verberant.* Quod rem ipſam attinet, po-

I Catilinar. c. VII.

lib. II Famil. Epiſt. XVI.

Lib. V. c. IX.

terat uterque Brutus ſcil. & Caſtius his Atyos, ad patrem Crœſum verbis fuiſſe uſus: Νῦν δὲ τεοῖσί με χρὴ ὄμμασι ἔς τε ἀγορὴν, καὶ ἐξ ἀγορῆς φοιτέοντα φαίνεσθαι, κοῖός μὲν τις τοῖσι πολιήτῃσι δόξω εἶναι.

Herodot. lib. I.

Poteſt tamen vulgata defendi, ut *ferre oculos* ſit, conjectum illum oculorum ſuſtinere ac pati, quo tamquam patris patriæ interfecto-res ac parricidæ deſignabantur, etiamſi per-petrati parricidii pœnam oblivione ſenatus-conſulto decreta effugiſſent, Nobilis ea de re locus eſt apud Curtium, ubi Dioxippus Athe-nienſis, *conjectum oculorum, quibus ut fur deſtinabatur,* non ferens, mortem ſibi ipſe narratur con-ſciviſſe.

lib. IX.

## CAP. XX.

### *Viſus expoſitio Phyſica.*

EXiſtimavi non inutile factum adfore, ſi qua de Viſu ad præcedentis capitis illu-ſtrationem ſubjicerem, rationemque red-derem cum iſtius, quæ præceſſit, ex odic læſionis oculorum, tum & illarum, quæ al invidia procedunt, & amore res ipſa tangi animum: Sed ab oculorum ſenſu ſimilitud petita eſt, quia per oculos ad animum affe-ctibus apertiſſima via eſt. Ordiemur igitu ab oculis: & inde ad ipſum animum faci flexu convertemur. Hippocrates hanc eſſ viſus rationem docet: Ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου, inquit, τῆς μήνιγγος φλέβς καθήκει ἐς τὸν ὀφθαλμὸν διὰ τοῦ ὀστέ ἑκάτερον. διὰ τούτοιν τοῖν φλεβοῖν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου διηθέεται τὸ λεπτότατον τοῦ κολλωδεστάτου. Καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸ τὸ αὐτῶν δέρμα ποιέει τοιοῦτον, ὁκόσπερ περὶ αὐτό ἐστι τὸ δια

φαν

ανὲς τȣ̃ ὀφθαλμȣ̃, τὸ πρὸς τȣ̃ ἧπατος, πρὸς ὃ πρὸς βάλλει
ὲ πνεύματα κατὰ τ̃ αὐτὸν λόγον, ὥσπερ περὶ τȣ̃ ἄλλȣ
έρματος ἔλεξα. Obſcure ſatis diviſa vocula
κάτερον a voce ὀφθαλμόν, facit ut addubitem, an
on per compendium, ſeu per ellipſin, po-
ta ſit pro καθ' ἑκάτερον τέρος, vel ſimpliciter,
κατέρωθεν, alias enim Scribendum puto τ̀ ἑκάτερον.
ervus enim opticus, quam φλέβα, id eſt
enam, appellat, duplex eſt ab initio, unde
ritur: verum ubi ab ipſo ferme ſpinalis me-
ullæ principio ſupra ſellam oſſis ſphenoidis
roceſſere, conjunguntur, ac in unum mea-
um confunduntur, quod ad cognoſcendam
ſus rationem diligenter notandum. Mox
einde diviſi disjunctique tranſeunt calvariam,
uod hic noſter ὀςέον vocat, ipſique oculorum
ntro inſeruntur. Per hunc ait, utrumque
ervum a cerebro, quod glutinoſiſſimi tenuiſſi-
um eſt percolatur. Cauſſam hic oſtendit pel-
ciditatis tunicæ oculi: ita ut talis ſit, quale
t ipſum oculi pellucidum. Illud enim pellu-
t, quod ex aqua ſubtili conſtat & aëre, cum
riſſima terra intermixta, idque ex cauſa fri-
da. Nulla quippe non pellicula ex frigido ſeu
terno ſeu externo corporibus liquidis in-
citur, ut idem alibi nobis auctor pluribus Libro de
endit. Quo vero plus inerit Siccitatis, eo Princip.
ajor cum duritie innaſcetur obſcuritas. Ce-
um verbum illud διηθέεται indicare mihi vi-
tur, exiſtimaſſe Hippocratem nervos hos
e opticos omnis expertes cavitatis, & ita
ui membrana conſtantes, ut ſit inſtar cri-
ſubtiliſſimæ raritatis, ſubtiliſſimam hu-
oris glutinoſi partem tranſmittentis. Quod
tem porro id ait, ſicut in ceteris membra-

 nis

nis acciδiſſe dixerat, ad caput tertium & quartum referendum eſt, ubi glutinoſam à cerebro manantem materiam frigidam ab operante interno calore non in oſſa exuri, ſed in membranam congelari docuit, liqueſcente tenuiore humoris portione, qui glutinoſæ frigidæque cerebri materiæ partem conſtituit. Πολλὰ δὲ ταῦτ' ἐστὶ τὰ δέρματα, pergit auctor noſter, περὶ τοῦ ὀστέου διαφανέος, ὁκοῖόνπερ αὐτό ἐστιν. Loquitur hic de tunicis, quæ tunica *agnata* à pericranio orta veſtiuntur: qualis eſt *cornea* quæ à pelluciditate tenuis ac politi cornu nomen accepit, duræ matris ſeu meningis cerebri craſſioris propago: item *choroides*, à pia matre, ſeu tenui meninge procedens; nec non *retina*, ex ipſa illa membrana cribroſa orta, per quam ſubtiliſſima glutinoſi humoris portio dicta eſt tranſcolari; humore illo ſuo glutinoſo (non à glutinoſiſſimo) ma dens: qui id ipſum poſt humorem cryſtalli num in oculis præſtat, quod in ſpeculis vul garibus argentum vivum vitri cryſtallini terg obductum. *Retinæ* partes videntur *Aranea* & *Vitrea*; quarum hæc vitreum, illa cryſtalli num humorem complectitur, qui in ocul id eſſe, quod animus in anima, merito di cendus eſt. De aqueo humore, qui intra u veam tunicam, ſeu choroidis anteriorem par tem incluſus eſt, nil dicam, quia non fac ad inſtitutum. Τουτέῳ γὰρ, ſubjungit Hippocra tes, τῷ διαφανεῖ ἀνταυγέει τὸ φῶς, καὶ τὰ λαμπρὰ πάν τα, Τουτέῳ οὖν ὁρῇ τῷ ἀνταυγέοντι. Ὅ, τι δὲ μὴ λαμπρόν ἐστι, μηδὲ ἀνταυγέει, τουτέῳ οὐχ ὁρῇ. Huic capit hujus parti illuſtrandæ explicandæque uberi priora præmiſſa ſunt. Adverti veriſſimum e

e in rebus ad ſenſus pertinentibus, quod apud Lucretium legitur:

*Cetera de genere hoc mirandè multa videmus,*
*Quæ violare fidem quaſi ſenſibus omnia quærunt.*
*Nequidquam: quoniam pars horum maxima fallit*
*Propter opinatus animi, quos addimus ipſi,*
*Pro viſis ut ſint, quæ non ſunt ſenſibus viſa.*
*Nam nil ægrius éſt, quam res diſcernere apertas*
*A dubiis, animus quas ab ſe protinus addit*

Ita enim hæc legenda eſſe in meis ad hunc Poëtam notis fuſius oſtendo. Hi igitur opinatus animi fecerunt, ut multi homines, etiam ſapientiſſimi, exiſtimarint, emittere nos ex oculis radios, queis ea, quæ videre dicimur, ſentiamus. Sic Vitruvius: *Non enim veros videtur habere viſus effectus, ſed fallitur ſæpe ab ejus judicio mens. Quemadmodum etiam in ſcenis pictis videntur columnarum projecturæ, mutulorum ecphoræ, ſignorum figuræ prominentes, cum ſit tabula ſine dubio ad regulam plane: ſimiliter in navibus remi, &c. Hoc autem ſive ſimulacrorum impulſu, ſeu radiorum ex oculis effuſionibus, uti Phiſicis placet, videamus, utraque ratione videtur ita eſſe, uti falſa judicia oculorum habeat aſpectus.* Epicurus, qui Democritum plerumque in Phyſicis ſecutus eſt, putabat corpora minuta.

*—— Rerum effigies, tenuiſque figuras,*
*Mittior ab rebus, ſummo de cortice earum;* Lucret.

Oculoſque noſtros forma ſua, & colore ferire. Locus eſt ea de re perelegans apud Ciceronem lib. II. epiſt. ad Atticum, III: *Feneſtrarum anguſtia, quod reprehendit nam cum, ſcito Κύρου παιδείαν reprehendere nam cum ego idem iſtuc dicerem, Cyrus ajebat, viridariorum διαφάσεις latis luminaribus non tam eſſe ſuaveis. Etenim ἔστω ὄψις* De proprietate rerum.

*μὲν ἡ α: τὸ δὲ βεδρεγμένον β, γ: ἀκλινὲς δὲ δ΄ καὶ ε. vides enim cetera. Nam ſi κατ᾽ εἰδώλων ἐμπιλώσεις videremus, valde laborarent εἴδωλα in anguſtiis: nunc fit lepide illa ἔκχυσις radiorum.* Erat autem Atticus Epicureus; Cicero Platonem magis ſectabatur. In hoc igitur magnopere a vero aberravit Epicurus. Non enim rerum *imagines*, uti illas vocabat, ſed lux ab rebus repercuſſa pervenit in oculos noſtros, & in eorum humore cryſtallino imaginem rerum repræſentat. Quid lux ſit, alibi diximus, nimirum particulas eſſe igneas ſubtiliſſimas, ac volatiſſimas. Deſcribitur illa præclare à Bartholino Anglico: *Lux*, inquit is, *eſt ſubſtantia ſumme ſimplex, ſumme multiplex in efficacio, ſumme mobilis, abſolutæ penetrationis, omnis naturalis motionis principium & origo: ſumme perfectibilis, ſumme jucunda, ſumme communicabilis. Lux ſe multiplicat gignendo. Gignit namque lux lucem, & lux genita ſimul gignit lucem ſibi ſuccedentem.* Hæc igitur lux in cryſtalloidem tunicam poſt repercuſſum à rebus incidens, imaginem ibi format: quem ſenſus in nervorum opticorum ſupra os ſphenoides conjunctione reſidens per continuationem partium in tunicam Cryſtalloidem, ſive araneam deſinentium ope ſpirituum opticorum percipit, ac porro menti per medullam oblongatam cognoſcendam tranſmittit, ubicunque ea tandem ſedem habuerit. Hipparchus autem ſtatuebat, radios ab utroque oculo porrectos extremitatibus ſuis, tamquam manibus corpora extra oculos poſita apprehendere, apprehenſionemque eorum viſui reddere. At Plato *κατὰ συναύγειαν*, ut vocabat, res viſu cognoſci cenſebat, concurrente emiſſo ab ocu-

Plutarch. IV. de placit. Philoſ. c. XIII.

s lumine cum emiſſo lumine corporum in
ognato aëre, qui diffuſu converſuque facilis
gnea viſus vi penetretur. Ceterum hæ duo-
um maximorum hominum ſententiæ facile
efutari poſſunt. E reliquis enim ſenſibus ſta-
im probari poteſt, emisſiones non fieri à
enſibus, ſed receptiones. Sic nec aures e-
nittunt particulas attractivas ſonorum; ne-
ue nares odorum, nec lingua ſaporum: nec
orpus de ſe ſpargit quidquam, quo alia cor-
ora tactu ſentiat. In his autem & illis ſummis
iris, & aliis etiam nunc permultis homini-
us acutisſimis, error accidit omnio navigan-
ium errori contrarius. His enim terræ acce-
ere aliæ, aliæ recedere videntur, ipſi quie-
cere: hi vero emittere ſe, agere aliquid o-
inantur, cum recipiant, & patiantur: quod
utem quidam nativam aliquam oculis lucem
ttribuunt, recte id facere videntur, modo
uis recte interpretetur. Inſitus enim ſpiriti-
us opticis multus eſt calor, unde illa ineſ-
abilis eorum per nervos opticos regyrantium,
c ad ſenſum mentemque viſa referentium
eleritas. Sed hæc lux interiora colluſtrat ab
xteriore luce adjuta, dum illam facilius di-
erit ac diſtribuit: quo major autem calor ſpi-
ituum, eo & acrior viſus: ſic ut in ira ſæpe
tintillæ ex oculis exſilire videantur, quæ co-
ia caloris eſt nimia ſpirituum agitatione ex-
reſſi; quemadmodum e vehemente liquet
ercuſſu oculorum, ubi eædem particulæ i-
neæ ictu condenſatæ, coactæque, ſcintil-
arum nobis ſpeciem præbent ex oculis exci-
entium, repercuſſu ſcilicet undique ad tu-
icam cryſtalloidem directo. Huic calori ra-

dii etiam illi tribuendi ſunt, qui ex oculis emanantes in alia corpora incidunt, eaque afficiunt, ut fit in invidia & amore, per naturæ ſeu convenientiam, ſive repugnantiam. Sed radii illi non tanti ſunt, ut repercuſſu ſuo viſum adjuvent, nedum ut his viſus cauſa adſcribenda videatur. Nec obſtat, quod objicii poſſit, radiorum emiſſionem ex ipſa viſus intentione facile probari, quum quid acriore contuitu perluſtramus, oculoſque in illud defigimus: Hoc enim ipſum & aliis ſenſibus evenit: fitque, cum mens ſpiritus ſenſibus inſervientes tamquam miniſtros & ſatellites ſuos, uni inhærere diligentius jubet miniſterio, volubili alias celeritate inconſtantes & alia omnia, quæ occurrunt, repræſentanda, explorandave properantes. Unde non numquam accidit, quod Plinius alicubi ait: ut oculis apertis nil cernamus, animo caligante, quod & melancholicis, & θεωρητικοῖς familiare, dum rebus aliis intenta mente, ſpirituumque ſuggeſtiones negligente, nec vident quidquam, nec audiunt, ſibique, quod de Catone narratur, in ipſa turba faciunt ſecretum.

Magnopere porro & illi mihi falli videntur, qui Chryſippi ſententiam ſecuti, ideo tenebras videri poſſe putant, quod radii e oculis ignei profundantur, non autem nigri: quum revera non tenebræ ſed in tenebris corpora aëris vel alia quævis. quod multæ etiam tum poſt abitum Solis aëri lucis ſolaris particulæ inhæreant: ſicut e varia noctium obſcuritate, ubi vel reflexus lucis Solaris impeditur, vel nubes craſſiores intercedunt, vel ca-

lu-

m contra ſerenum eſt, abunde liquet. Hoc t igitur, quod Hippocrates noſter volebat, *dere oculum, quum ipſius perſpicuo*, ſeu tunicæ raneæ, *lumen, vel ſplendor αὐγάζει*, id eſt, *fulget: ubi vero non offulget, non videre.* Quare ero jam oculi cuiquam doleant, quod apud erentium Chremeti Phormio eventurum ollicetur, cauſſæ ſunt aliquammultœ. Derivaum ab oculis corporis ad animi lumina tra-tionem præteribimus; & iſtorum immora-imur affectioni, unde & horum perturbatio atebit. Lucem diximus particulas igneas eſ-: ubi igitur illæ multæ ſunt, fit plendor: hic ſi nimius, quam pro oculorum ſenſus neritudine, urit. Χρόας καλοῦμεν, inquit Pla-o, φλόγα τῶν σωμάτων ἑκάστων ἀποῤῥέουσαν (per re-ercuſſum, uti dixi) ὄψει σύμμετρα μόρια ἔχουσαν ρὸς αἴσθησιν. Τῶν δὲ χρωμάτων πέρι τὰ φερόμενα ἀπὸ ῶν ἄλλων μορίων, ἐμπίπτοντα δὲ εἰς τὴν ὄψιν, τὰ μὲν ἐλάτ-, τὰ δὲ μείζω, τὰ δὲ ἴσα τοῖς αὐτοῖς τῆς ὄψεως μέρεσιν αι. Τὰ μὲν οὖν ἴσα ἀναίσθητα, ἃ δὴ καὶ διαφανῆ λέγομεν, ὰ δὲ μείζω, ἢ ἐλάττω. Τὰ μὲν συγκρίνοντα, τὰ δὲ δια-ρίνοντα αὐτὴν, τοῖς περὶ τὴν σάρκα θερμοῖς καὶ ψυχροῖς, καὶ ὶς περὶ τὴν γλῶτταν στρυφνοῖς, καὶ ὅσα θερμαντικὰ ὄντα δρι-έα ἐκαλέσαμεν ἀδελφὰ εἶναι, τά τε λευκὰ, καὶ τὰ μέ-αινα, &c. Τὸ μὲν διακριτικὸν, τὸ δὲ ἐναντίον αὐτοῦ μέ-αν. Τὴν δ' ὀξυτέραν φορὰν, αὐτὰς τῶν ὀφθαλμῶν τὰς εξόδους βίᾳ διωθοῦσαν, καὶ τήκουσαν, &c. Λαμπρὸν καὶ λβον ἐπονομάσαμεν. Subjiciemus Platoni Lucre-ium, optimo Philoſopho præſtantiſſimum oëtam. Hic igitur lib. IV: — *In Timæo.*

*Splendida porro oculi fugitant, vitantque tueri:*
*Sol etiam cæcat, contra ſi cernere pergas;*
*Propterea quia vis magna eſt ipſius, & alte*
*Aera per purum graviter ſimulacra feruntur,*

*Et feriunt oculos, turbantia compoſituras.*
*Præterea ſplendor, quicunque eſt acer, adurit*
*Sæpe oculos; ideo quod ſemina poſſidet ignis*
*Multa, dolorem oculis quæ gignunt inſinuando.*

Hinc invidiæ doloris patebit cauſa. Appollo-dorus Comicus:

Πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται.

Aut, ut Horatius:

lib. II, *Urit enim fulgore ſuo, qui prægravat artes*
Epiſt. I. *Infra ſe poſitas.*

Georg. I. Patebit & Amoris: de quo Virgilius?

*Carpit enim vires paullatim, uritque videndo Fe-*
Ecyll. II. *mina.*

& Theocritus: --- Ἔρως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίω
Πολλάκις Ἡφαίστοιο σέλας φλογερώτερον αἴθει.

Nihilque frequentius, in veterum Poëta-rum ſcriptis, quam *faſcinantes*, & *urentes* oculi, *tela* oculorum, & quæ id genus alia. Und[e] ille in Epiſtolis Ariſteneto tributis inter ma-xima emendatæ pulchritudinis argumenta nu-
lib. II. merat τὸ ὄμμα καίπερ ἀγανακτούσης ἡδύ, ὥσπερ καὶ τ[ῶν]
c. I. ἄστρων πῦρ, φῶς μᾶλλον δὲ ἢ πῦρ. Cujuſmodi &
Carm. ii. Plato apud Pollucem φωσφόρα ὄμματα appella[t.]
Eleganter Sidonius

*Fundebant oculi radios: color igneus illis,*
*Non tamen ardor erat.*

Erat hic de faſcino, deque rerum naturæ con-venientia exſpatiandi campus: cujus quam incredibilis ac inenarrabilis vis ac poteſtas ſit, in Chemicis præcipue laboribus experimur: varia nobis ignium natura occurrit: quæ &
lib. III. Plutarcho animadverſa, & à Bechero in
Convi- Phyſica ſubterranea expoſita eſt. Sed intra li-
val. qu. neam præſcriptam memet continere ſatius du[xi]
III.

co

. Eſt autem inter ea, quæ oculos lædunt, mus etiam, & ceparum, alliorum, rapha-orum, *quæque trahunt acri vultus naſturtia morſu*, orumque id genus plurium exhalationes, arum omnium rerum magna acrimonia eſt. itum illud in Moreto:

> *Sæpe viri nares acer jaculatur apertas*
> *Spiritus, & ſimo damnat ſua prandia vultu:*
> *Sæpe manu ſumma lacrymantia lumina tergit,*
> *Immeritoque furens dicit convicia fumo.*

Jam vero quidquid acre eſt, ex calido & cco conſtat cum ſubtili ſubſtantia permix-o. Ergo & hic particulæ igneæ, μόρια τέμ-ντα, φερόμενά τε ὑπὸ κουφότητος ἄνω πρὸς τὰς τῆς κε-αλῆς αἰσθήσεις, uti Plato ait in eodem Timæo. Quod autem fumus, & acria reliqua, ocu-s, id illi menti animi, quorum hominum obis ingratus adſpectus eſt. *Feriunt* igitur *oculos* oſtros, & *vulnerant*, ut de Cæſaris percuſſo-ibus Florus, & de Catilina Cicero: quibus lluſtrandis hoc caput dicatum fuit, atque de-tinatum.

## CAP. XXI.

### *Flori nonnulla reſtitua.*

PErgam nonnulla, uti cæpi, in Floro re-ſtituere. Is igitur lib. II. cap. VI: Hic erat Scipio, qui in exitium Africæ cre-ſcit, nomen ex malis ejus habiturus. Lege: Hic eſt Scipio. Ita enim in Aemilio Paullo Plutarchus: Οὗτός ἐστιν ὁ Σκιπίων, ὁ τοῖς ὑστέροις Καρχηδόνα καὶ Νουμαντίαν κατασκάψας. Alia ratio eſt temporis in Livio cum ait: Hic erat juve-nis,

nis, penes quem perfecti hujus belli laus eſt: ubi nec *eſt*, nec *erit*, locum habet, quia & *eſt* quod ſequitur, prior *eſt* obſtat, & ſi *erit* Livius ſcripſiſſet, idem quoqe verbum terminaa-

lib. VI. Aeneid. re ſententiam oportuerat. Alia item ratio eſt iſtius Virgiliani,

*Hic Marcellus erit.*

Illud enim Anchiſes de necdum nato. Quod ſi ita & in Floro legendum, tum & *creſcat* pro *creſcit* reponendum exiſtimem.

Eodem capite rectius mihi e Sariſberienſi leviter adjuto legi poſſe videtur: *Si, (quod Pœnum illum dixiſſe Adarbalem Bomilcaris ferunt) ſi Annibal, quemadmodum vincere, ſic & uti victoria ſciſſet.* Vulgo legitur *quemadmodum ſciret vincere, ſic uti victoria ſciſſet.* Eadem poſtpaullo capite legitur: *Hinc illi cognomen novum, & reip. ſalutare, Cunctator.* Non videntur mihi Scriptoris mentem aſſecuti, qui *verum* pro *novum* ſupponunt. Scribe: *cognomen pravum, at reip. Salutare.* Fuit enim hoc ei datum initio in contumeliam: ſed quia ſalutare deprehenſum eſt reip, vertit poſtea in gloriam. Et eſt, ſane perquam pravum in duce nomen Cunctatoris, ſi modum res excedat. Notam Alexandri μηδὲν ἀναβαλλόμενος celeritas. Notam Salluſtii, *priuſquam incipias conſulto: ubi conſulueris mature facto opus eſt.* Aureum vero illud Auguſti, σπεῦδε βραδέως, quamvis cunctationem probare videatur, a Cunctatoris item vitio longe eſt remotum.

Leve eſt, quod eodem capite mendum ex defectu latet *Tarentus*, inquit, *ad nos redierat* lege: *Jam Tarentus ad nos* redierat deinde poſt: *ut ſciet etiam præſagia fatis fuiſſe*; repone *fati*. Sic poſt-

pau-

ullo : *Hæc fuit illius viri non ſine præſagio quodam ti imminentis prima confeſſio.*

Libro II, cap. XI, vexatus à multis locus ccurrit, quem & nos tentabimus : *Gallogræam quoque*, inquit, *Syriatici belli ruina convolvit. erint inter auxilia Regis Antiochi, an fuiſſe cupidus iumphi Manlius eos viſos ſimulaverit, dubium eſt. erte negatus eſt victori triumphus.* Reſcribendum uto. *Gallogræciam quoque Syriatici belli ruina inlvit*: (ita recte Heinſius ut. lib. III. c. 5. *Itaque nverſus ad proximas gentes totum pœne orientem ac ſeentrionem ruina ſua involvit) Fuerant inter auxilia Res Antiochi*, (id eſt, ea belli cauſſa prætexebaur; ſicut præcedentibus quoque duobus capibus cauſa belli expreſſa eſt,) *Fuerintne an fuiſſe pidus triumphi Manlius eos ſimulaverit, dubium. Certe egatus eſt victori triumphus*, cetera ab ineptis lirariis aſſuta ſunt. Geminus huic occurrit locus b. III. c. III. *Vallem, fluviumque medium hoſtes nebant: noſtris aquarum nulla copia. Conſulto id egerit nperator, an errorem in conſilium verterit, dubium; rte neceſſitate aucta virtus cauſa victoriæ fuit.* Inſcrito libro noſtræ Bibliothecæ legitur; *Fuerant ter an fuiſſent, an cupidus triumphi*, &c. Sed nec ncommoda lectio eſt; *Fuerintne inter auxilia Reis Ant. an fuiſſe cupidus*, &c. Præfero tamen illam lteram. Paulo poſt, judicium nonnullorum eſidero, qui Salmaſii conjecturam a noſtro uoque ſcripto libro confirmatam rejecerunt, egentis. *Ceterum gens Gallogræcorum, ſicut ipſum omen indicio eſt, mixta & adulterata; reliquiæ Galrum, qui Brenno duce vaſtaverant Græciam, mox orienm ſequuti in media Aſiæ parte ſederunt*, ubi legere In x. An. nalim, *in media Aſia conſederunt.* Ut apud Virilium. *Atque itala conſederat urbe.* Lib. II. cap. VIII. *Numantia quantum Carthaginis, Capuæ,*

*Co-*

*Corinti opibus inferior ; ita virtutis nomine & honore par omnibus ; ſummumque, ſi viros æſtimes, Hiſpaniæ decus.* Proba hæc omnibus viſa : mihi depravata, judicet lector ego ita Florum ſcripſiſſe arbitror, *Numantia quam Carthagini, Capuâ & Corintho opibus inferior ; Ita virtutis nomine, & honore par omnibus*, pro *ità* reponerem *in tantum*, niſi iſta ætate *quantum* pro *quemadmodum* uſurpatum ſcirem, ſic Suetonius : *id de imperatore Romano, quantum eventu poſtea patuit, prædictum, Judæi ad ſe trahentes, rebellarunt.*

in Veſpaſiano, c. VI.

## CAP. XXII.

### *FLORUS aliquammultis gloſſematis liberatus.*

CONciſus eſt Florus : & hinc multa in eo ab aliena manu. Ita lib. III, cap. XIII. in vulgatis legas : *Jam ut ſpecioſiora vitia tangamus, nonne ambitus honorum ab iiſdem divitiis incitatus ?* dele vocem *vitia*, quæ nullius hic pretii. Ita & poſtpaullo : *Denique illa ipſa principatus & dominandi cupido, unde niſi nimiis opibus venit ?* Conſule & confer priora ; dices eveſtigio *venit* a mala manu eſſe. Contra hoc eodem capite duæ mihi voces excidiſſe viſæ, quæ reſtituendæ ſunt. In vulgatis eſt : *Unde gladiatorii adverſus dominos ſuos exercitus, niſi ad conciliandum plebis favorem effuſa largitio, quum ſpectaculis indulget, ſupplicia quondam hoſtium artem facit* inconnexa oratio eſt, quæ una addita voce ita eſt redintegranda : *niſi quod ad conciliandum* &c. pro *quum ſpectac. indulget*, malim, *dum ſp. indulget*. Si cui vero hæc unius voculæ inſertio non arriſerit, is me nod illubente *facit* in *faceret* mutabit. Paulo inferius ante, *Hæc Catilinam*

*am patriæ ſuæ impegit*; vox *atqui* deſiderari vi-
tur, quæ & præcedentis, & ſequentis
ntentiæ ἀνδραποδίσει addita eſt. Non negem
men abeſſe poſſe.

Capite ſequenti XIII vocula itidem abeſt,
am miror in ipſa locorum ſimilium colle-
one à Freynshemio non animadverſam:
*miſera*, inquit, *reſpublica in exitium ſuum merces*
*t.* Illa Senecæ, *qui ſe pretium ſui fuit*: magis
tem hæc Petronii, *Roma ipſa ſui merces erat*:
dicium facere potuerant in Floro legen-
m *:in exitium ſuum ſui mercet erat.*

Vindicabo hoc ipſo capite vulgatam lectio-
m a doctiſſimorum ſuſpicione. Ea hæc eſt:
*id enim tam juſtum, quam recipere plebem jus ſuum a*
*ribus?* mutatur *jus* in *rus*: ſed repugnantibus,
os vidi libris, & inprimis Salluſtio, ubi de hac
a re agit in Catilinaria: *Alii, ſicuti jura po-* cap.
*li defenderent.* Et in Jugurthini belli hiſtoria: XXXVIII.
*d ſane fuerit regni paratio plebi ſua jura reſtituere.* cap.
a enim illic ſcripti libri, quos conſului. Ne- XXXI.
e vero, etiamſi illic *rura* pro *jura* legere præ-
terit, & *rus* Floro admiſerim: quin potius
*a patribus*, tamquam gloſſema, ejecerim.
uod proxime ſequitur, & ſequenti capite
petitur, alias a me examinabitur, cum
vam Flori cum volente Deo dabo edi-
nem.

Capite XIV. ulcus eſt, quod nunc tan-
m forte an & ſanabo: *Sed ubi intercedentem legi-*
*s ſuis Octavium videt Gracchus, contra fas collegii,*
*potestatis, injecta manu depulit roſtris.* lege: *Sed*
*i intercedentem leg. ſuis octavium videt Gr. contra fas*
*jus* diſtinguere volens, illi *collegii*, huic
*eſtatis* vocem adjunxit. Alias malim, *contra*
*ſacro-*

*ſacroſanctæ jus poteſt.* Paullo ante legitur: *No deerat obvia manu tota inde nobilitas.* Malim illi *obvia manu* deleri, quia mox *manu* ſequitur ac dein iterum, *obvia nobilium manu*, quod Flori elegantia alienum.

Cap. XVII. duas iterum ſpurias voce lubens ejecerim: *in hoc, inquit, ſtatu rerum, pa res opibus, animis, dignitate (unde & nata Livio Druſ æmulatio acceſſerat) equitem Servilius Cæpio, ſenatum Livius Druſus aſſerere.* Recte Grævius: *unde & nata Livio Druſo æmulatio.)* Solet enim tam con ciſe Florus: Sed malim, & hic, & mox i ſequentibus *Livii* nomen expungere. Poſſit & legi: *& inde nata Druſum æmulatio accenderat.* No multo poſt: *His motibus ut reſiſteret Druſus, pl bem ad ſe Gracchanis legibus. eiſdem ſocios ad plebe ſpe civitatis erexit.* Lege: *plebem ad ſe Grachan legibus, ſocios ad plebem ſpe civitatis traxit.* Ceter ab ineptis ſunt librariis, qui Florum illuſtra voluere. In Freculpho legitur, *ſpe libertatis i lectus.* Quod conjecturæ Lipſianæ favet, *allex* præferentis. Malo tamen, *traxit* & *erigere* hi locum non habet. Melius ſequenti capite ubi: *ad quam ſpem eos cupidine dominationis Druſ evexerat.* Nam *erigere aliquem ad ſe ſpe dom.* v Latinum puto.

Sequenti cap. XVIII, ſtatim in initi vox *bellum* delenda legendumque: *Sociale voc tur licet, ut extenuemus incidiam ſi verum tamen vol mus, civile bellum fuit.* Nam & *illud* ab inte prete eſt. reſpicit enim oratio inſcriptione capitis, quæ a Floro ipſo fuerat notata: *BE LUM SOCIALE.*

Eodem capite locus eſt tantum non concl matus: *Quum omne robur fortiſſimorum. Fideliſ*

rn

*orumque ſociorum ſub ſuis quiſque ſignis haberent mu- ſcipalia illa prodigia, Poppædius Marſos, & Lati- os Afranius: Umbros totus ſenatus & conſules: Sa- nium, Lucaniamque Teleſinus.* In Treculpho *Ve- ini* pro Latinis nominan. *Umbros totus ſenatus & conſules* vitio ſcioli alicujus irrepſere, qui argini codicis, ubi de harum gentium de- ellatione agitur ex Epitome Liviana LXXIV. dſcripſerat, *Umbros Plotius Legatus.* Lege igi- ur: *Poppædius Marſos, Veſtinos Afranius, Samnium ucaniamque Teleſinus.* Videtur tamen, ut pa- um in his accuratus fuit Florus pro *Veſtinis truſcos* poſuiſſe: qnia infra eaſdem illas qua- or gentes rurſus nominat: ac ſi, ut initium arum furoris, ita & exitum ac datas pœnas ferre voluerit.

## CAP. XXIII.

### *Deucalionis & Pyrrhæ fabula Chemice enarrata.*

ΔΕινόν γὰ ἡ ἄγνοια, καὶ πολλῶν κακῶν ἀνθρώποις αἰτία. Lucian. de Calumnia.

Quam enim voluptatem, utilitatemque e ognitis rerum cauſſis, ipſaque veritate per- ectu capere licet, illa intervertit: nec ſua ecitate, infelicitateque contenta, aliis e- am calumniando obſtat, qui publico pro- eſſe cupientes veritatem in medium protra- unt, antea latentem, vel plurimis ignora- m. Quis enim eorum. qui Sacrorum no- orum ignari, & ἀμύητοι ſunt, non ridebit, t carpet: vel, ſi mihi amicior eſt, non do- bit, amabili me etiam nunc inſania ludi, hac actum affirmare, Deucalionem &

Pyrrham, quos omnis Antiquitas Theſſaliæ adſcripſit, Aegyptios fuiſſe: ſive potius totam hanc Deucalionei diluvii fabulam Aegyptiorum commentum eſſe, grande Chemiæ arcanum? ipſum Deucalionem Solem eſſe, Bacchum, Oſirin, & quid non? Pyrrham vero Lunam, Proſerpinam, & μυριώνυμον Iſin? Non ero magies, ſed & ero magus, ſi forte (quod aliquando ſibi licere Plautus exiſtimavit, ut Athenas ſine architectis Romam transferret) ego quoque Parnaſſum montem una cum tota Phocide ſedibus ſuis evellam, & unico digito, quod ajunt, e Græcia per Syriam in Aegyptum transferam. *Parturiunt montes*, ſubjiciet aliquis. Videamus, an ridiculum murem. Quod antequam tentemus, aliquanta nobis Deucalionei diluvii hiſtoriæ pars ex Ovidio in medium proferenda eſt.

In Sticho,

Lib. 1. Metam.

*Separat* inquit, *Aonios Actæis Phocis ab arvis,*
*Terra ferna &c.* uſque ad
*Et Documenta damus, qua ſimus origine nati.*

Hactenus Ovidius: e quo, quæ præceſſere, & ad rem pertinere videbuntur, ſuiſque quæque apta locis inſerentur. Hæc autem ſubjecto veluti commentariolo explicabuntur, ubi prius paucula de Lycaone dixerimus in anteceſſum. *Lycaon* Symbolum eſt ſulphuris impuri omnia corrodentis, devorantiſque, qui *Jovem*, i. eſt ſpiritum ætherium, purum, immortalem

*Nocte gravem ſomno nec opina perdere morte,*

Sed fruſtra conatur. Omnia hic notatu & animadverſione digniſſima, *Nox*, *ſomnus* gravis, *mortis* intentatio inopina. Juppiter aurum philoſophicum eſt; Lycaon autem lup-

ili-

lle fit Philoſophicus Antimonialis, quem Ba-
ſilius Valentinus deſignat, *cui Canities eadem,*
*eſt eadem violentia vultus; idem* oculi lucent: *eadem*
*feritatis imago.* Quod vero ſequitur;

*Nec contentus eo miſſi de gente moloſſa*
*Obſidis unius jugulum mucrone reſolvit:*
*Atque ita ſemineces partim ferventibus artus*
*Mollit aquis, partim ſubjecto torruit igni,*

Quis non hic reguli ſtellati confectionem a-
gnoſcat? Nonne *obſes de gente Moloſſa,* qui
Epirotæ, ſpiritus eſt martis philoſ. qui *occiditur,*
id eſt, fixatur? nonne *ferventes* aquæ ſal tarta-
ri phil.? nonne *ſubjectus ignis* Salpetræ, philoſ.
ſeu nitrum?

*Quos ſimul impoſuit menſis, tum vidice flamma*
*In dominum, & dignos evertit tecta penates*

Jupiter; id eſt, ubi ea in crucibulo ſeu va- Clav. 1
ſe philoſ. liquefacta ſunt, ſpiritus igneus qui Heſych.
ad fixitatem reduci non poteſt, impuritatem in λυκοη-
Lycaoniam omnem flammis abſumendam re- γένυς.
linquit, atque ipſe integer evaſit, & in cælum Albric.
rediit. De Jove *Sole*, ac Jove *Marte* videndus de Deor.
Macrobius: quæ omnia vix explicari pote- imag.
runt, niſi ad Chemiam recurratur. Soli vero Fab. c.
& Marti additus *lupus*. Legitur & *Lycus*, ſeu 59. 159.
*lupus*, Martis filius apud Hyginum: & lupus Philo
Lycopolitanis pro Deo cultus in Aegypto: Jud. de
duo item fuere filii Oſiridis Anubis & Ma- legat.
cedon, quorum ille *canem*, hic *lupum* inſigne p. 646.
armorum tulit. Jam vero ad *noctem* potiſſi- Theodo-
mum ſpectat, qua lycaon Jovi inſidiatus eſt, ret. pag.
quod ab Homero Sol Λυκηγενὴς appelletur, & 51. Gr.
anni λυκάβαντες dicti; etiam ipſe alias duplici affut
de cauſſa λυκοκτόνος, & λυκωρεὺς, ſimilis huic Diodor.
l. 1. c. 2.
Il. δ'.
Heraclid
in Hom.

Allegor. Heſych. Calli- hymn.in Apoll. Georg. l. 15. Pindar. Olymp. IX & XIII. Pauſan. Plut. de Iſ. & Oſir.

lycaoniæ Lynci Scytharum regis immanitas Triptolemo *noctu* inſidiantis, qui, ut eſt apud Ovid. extremo V. metamorphoſeon, de quo mox,

> *Patria eſt claræ mihi, dixit Athenæ:*
> *Triptolemus nomen: patuit mihi pervius æther.*

*Dona fero Cereris*, & ubi & *Athenæ*, quæ in Minervæ tutela, & nomen *Triptolemi*, in quo ternaria Myſticus numerus, præ ceteris notanda, & quod hunc attinet, ut eo magis concentus harum fabularum pateat, adſcribere non pigebit, quæ apud eundem Poëtam lib. IV. Faſt. leguntur, ubi ita de Cerere:

> *Noctis erat medium, placidique ſilentia ſomni:*
> *Tripolemum gremio ſuſtulit illa ſuo:*
> *Terque manu permulſit eum; tria carmina dixit,*
> *Carmina mortali non referenda ſono.*
> *Itaque foro pueri corpus vivente favilla*
> *Obruit, humanum purget ut ignis onus.*

De *igne* Lycaonio jam vidimus. De immortalitatis procuratione in ſequentibus plura. Patria porro Lycaoni *Lycæus mons*, aut certe ejus confinia: qui mons *Pani* ſacer: unde Virgilius:

> *Ipſe nemus linquens patrium, ſaltuſque Lycæi,*
> *Pan ovium cuſtos.*

Sed & ipſe Jupiter *Lycæus*; imo & Apollo *Lycæus*. De Pane ſupra vidimus. Somnus vero res quietis, & hyemis. Hinc ipſe Deus ille Phrygum eſt, hyeme dormiens, æſtate vero vigilans: ſive, ut Paphlagones volebant, qui hyeme vinculis coërcetur, vere autem movetur

r, & ſolvitur: quo tempore feſtum Iſidis t poſt æquinoctium nempe vernum, quo Jo- is pedes hactenus junctos, & coalitos ac con- etos, ut Eudoxus tradidit, ab Iſide diſſe- antur, ac diducuntur, ita ut ipſius greſſus ac ceſſus jam modo expeditus ſit ac liber, qui ntea adſtrictus erat, impeditus. Fixis his edibus contrarii plane pedes gigantum, ſeu otius volumina Serpentina. Eodem perti- et & Vulcani peſalter claudicans apud Poë- s, & Saturni apud Baſilium Valentinum. ed pergamus ad Ovidium:

*Separat Aonios*, ſupple ſpiritus. Aonii παρὰ τὸ ἄειν, a ſpirando. Ea propter Muſæ *Aoniæ* atæ. Hi in *diluvio*, id eſt fuſione reguli ſtel- ti (hoc enim velut aptiſſimo & perſpicuo axime lapi phil. conficiendi exemplo uten- m mihi eſſe video, ut intelligar) ſeparan- r, ſecernanturque ab *Actæis arvis*, id eſt, a rra Philoſophica. Ἀκτὰς Græci τοὺς αἰγιαλοὺς, καὶ πετρώδεις, καὶ παραθαλασσίους τόπους appellabant, ut t apud Heſychium: quem Salmaſius illic fru- a ſollicitat. Præſtitiſſet in ſequentibus cor- gere: Ἀκτή. ὁ αἰγιαλὸς καὶ παραθαλάσσιος τόπος, παρὰ τὸ περιάγνυσθαι αὐτῷ τὰ κύματα. reliqua ve- ibidem alii emendarunt.

*Phocis*, terra ſublimis montana. Duplici hic ar hujus vocis origine, quarum altera a Phæ- cia, vel Hebræa, petetur lingua, indicata Bocharto; altera ab Græca. *Phave* Phæni- bus ſurſum & *Phancani* celſus, ſublimis. Se- ndum Bochartum igitur Phocis, uti dixi- us, celſa & montana regio. Supra *Lycæum* in Pha- *tem* habuimus, mox & plura de *montibus* in leg. l. 1. verſum. Quod ad Græcam attinet etymo- c. 30.

 lo-

logiam, quæ mihi ſemper in hac fabula erit potior, utpote à Græcis ad ſimilitudinem Ægyptiorum ficta, invenio apud Heſychium, φωκαῖς τὸ κάκιστον χρυσίον. & apud Homerum occurrit.

Odyſſ. Φωκάων ἁλιοτρεφέων ὀλοώτατος ὀδμή.

Omnia ubique repeti non poſſunt. Quare verſiculi explanatio ex iis petenda erit, quæ mo[…] de *Mari*, & alibi *odore* dicimus.

*Terra ferax, dum terra fuit*, quia non amplius in diluvio apparet, ſed tota aquis abruta eſt ac latet. De hac Terra ita Onomacritus: Ἥ λλ[…] χίαις ὠδῖσι κύει καρπὸν πολυειδῆ.

in Hymno in Terram. Plutarchus in Amator. extremo, ἀνθρώπ[…] μητέρα, καὶ ζώων vocat, καὶ φυτῶν ἁπάντων γένεσ[…]

*Pars maris*, Philoſophici, in fuſione regu[…] cum omnia in liquorem redacta ſunt, & flu[…]da facta, atque volatilia.

Onomacr. in hymn. Μήτηρ μὲν Κύπριδος, μήτηρ νεφέων ἐρεβεννῶν.
Καὶ πάσης πηγῆς, νυμφῶν νασμοῖσι βρυούσης.

Lambſpriuck. fig. 1. *Natant in noſtro mari*, ait alicubi egregius Phi[…]loſophus, *Duo piſces ſine omni carne & oſſibus. in propria aqua coquantur: Tunc immenſum ex his m[…] fiet.*

*Et latus ſubitarum campus aquarum*, quia omn[…] ſpiritus ſalis, ſulphuris, & Mercurii con[…]xere.

*Mons* ibi Monti comparatur terra purific[…] & ſpiritualis, elevata a priore, quæ ſubſi[…] Hinc montes Cybelæ ſeu *Rheæ* ſacri. Cornu[…] Ἐπεὶ δὲ ἄνωθεν ὄμβροι καταῤῥέουσι, πολλαχοῦ δὲ καὶ τῶν ἱερῶν ἐπιγενόμενοι φαίνονται, πρῶτον μὲν τὴν ἴδην […]μασαν αὐτῇ μετέωρον ὄρος, καὶ ὃ μακρόθεν ἐστὶν ἰδεῖν […]

[ſo]ίαν αὐτὴν προσπαραγρεύσαντες καὶ τὰ γενναιότατα τῶν ἐν [τα]ῖς ὄρεσι γινομένων ζώων, τοὺς λέοντας ἡνιοχουμένους ὑπ' [α]ὐτῆς παρεισήγαγον. Ita hunc locum partim e ve- lib. IV. c. 1. Thaleg.
[t]ere libro, partim e conjectura reſtitui. Nec Cybelæ tantum *montes* ſacri, verum & *Jovi*, ut ſupra vidimus, qui & in Idæ montis cacumine cum Junone coïſſe ab Homero fingitur ac *Minervæ*: item Aeſculapio, cui Carthaginenſes in ſummo arcis, ſeu Byrſæ faſtigio templum poſuerunt, & Carthagine nova in proximis collibus: nec non patri ejus Apollini, qui in arce Trojana coli ſolitus. De cultu vero Deorum in excelſis, ſeu montium culminibus, adiri Seldenus poterit de dis Syris; mox & nos paucula alia adferemus. Plut. q. Rom. 94. Serv. ad IV. Aen. 58. Synt. II. c. 8.

*Verticibus petit aſtra duobus*, id eſt, duobus ſpiritus Sulphureo & Mercuriali. De duabus Herculis columnis, ceteriſque huc facientibus alibi latius.

*Nomine Parnaſſus*, venia hic mihi petenda, ut cum etymologis etiam mihi aliquantulum ineptire liceat. Bochartus, Leyth, aliique Parnaſſum a Syriaco *Parnès* deducunt, id eſt, a *paſcendo*, & cur non potius *Paran*, quod a *paar*, decorare, & *noaſch*, id eſt, *ſpecioſa domus ignis*? præſertim quum in eo αὐτόματον πῦρ etiam Sophocles agnoverit, inquiens:

Σὲ δ' ὑπὲρ διλόφου πέτρας
Στέροψ ὄπωπε λιγνύς. Antigone verſ. 1139.

Ad quæ verba Scholiaſtes: πῦρ' ὅσον αὐτόματον πῦρ ἐκ εἰσὶ ἀναδίδοται. Quid autem arti Chemicæ magis convenit, quam ignis domus, quæ ipſa ab igne nomen accepiſſe creditur! adeo ut Lapis noſter ſuo jure nomen *Bar chumi* tueri

lib. IV, c. I. Phaleg.

poſſit, id eſt filii caloris. Neque vero me fugi
Bochartum virum eruditiſſimum vocis *Chemi*
etymon ab Arabico *Chema* deducere, quod oc
cultare ſignificat, quod ars illa arcana ſua o
mnibus ambaſibus involvat, ejuſque Scripto
res cuncta λοξῶς tradant, majoreque illa ob
ſcuritate, quam ipſa ſphynx ſolebat, obve
lent. Verum uti nec illud damno, ita quoque
non video, cur non & alterum a calore tra
ctum æque verum ſit. Ceterum probare mini
me queo ejuſdem viri abſurdam plane Senten
tiam, qua artem hanc novitatis damnat
Quum enim ipſe Firmicum illius meminiſſ
fateatur, qui Conſtantino Magno σύγχρονος
fuit, ex illo ipſo teſtimonio videre potuiſſe
artem Chemicam multo, quam ipſe exiſtimat
eſſe antiquiorem, quandoquidem is illius
non ut nuperæ, & χθὲς καὶ πρώην inventæ memi
nit, verum ſimpliciter, quaſi longo vetuſto
que uſu cognitæ. Ego vero eam circa hæc tem
pora magis innotuiſſe, & cum pluribus eſſ
communicatam, putem, quæ antea inte
paucos delituerat. Amor enim, ſeu charita
fraterna in Evangelio tantopere commendata
impetravit a nonnullis, qui e Pythagorica ſe
cta, vel ex Ægyptorum etiam ſacerdotum or
dine ad fidem tranſibant Chriſtianam, ut ar
canum illud grande fratribus nonnullis aperi
rent, præſertim Diocletiani ævo, cum re
Chriſtiana mirandum in modum affligeretur
ut hoc ſubſidio inopia preſſis eo cumulatiu
poſſet ſubveniri. Nam ipſis etiam illam Moy
ſis ac Joſephi temporibus multo eſſe vetuſtio
rem tam mihi perſuaſum eſt, quam quod ma
xime: & ex inſigni illa omnium, quas confe

rc

o inter ſe, & expono, fabularum veterum
oncordia, ſive harmonia & concentu tam
erſpicue id ipſum puto elucere, ut vix ulla
ubitandi cauſa relicta ſit. Verum ne Parnaſſi
oſtri obliviſcamur, malim ejus etymon a
Græcis petere, a παρὰ & νάσαι, ab *effluendo*:
nde & ναςμοὶ, ἀποῤῥοιαι, ῥεύσεις, apud Heſy-
chium. *Parnaſſus* igitur Græcis ſit, unde multa
luenta procurrant. Et eſt ſane in eo monte
*Hippocrene*, fons ex ungulæ *equinæ* pulſu progna-
us, cujus equi jam ſupra meminimus. Nil au-
em, puto, vetat, quominus cujus ille rei in
rte Chemica Symbolum ſit, hoc loco expo-
am, ut ſua quoque præcedentibus quæſtioni-
us maxima ex parte obtingat ſolutio. *Equum*
Soli quondam dicatum accepimus, ob celeri-
atem ſignificat & in Chemia ſpiritum igneum
olarem, penetrantem. Hinc *Hippa* Bacchi
utrix Onomacrito: Non eidem ἐλάσιππος:
*cyphius* equus e Neptuni ſemine ortis *petra dor-
ienſis*: ipſe Neptunus primus frenos repe-
iſſe dicitur, queis equi coërcerentur: Jupi-
er in *equum* mutatus, ut cum matre *Pirithor*
oncumberet: *equus* ab Oro *leoni* prælatus; ab
quis ſuis diſcerptus *Hippolytus* ab *Aeſculapio* vi-
æ reſtituitur: equis ſuis Diomedes ab Hercule
acerandus objicitur. Multaque id genus alia,
b antiquis ficta ſunt, ut his involucris veritas
ccultaretur.

*Superatque cacumine nubes*, tranſit Spiritibus
uis frigidam regionem, unde alias conſtricti
igore vapores in terram rurſus decidunt:
xſerit caput ex illis diluvii procellis, nubibus
enebris: de quibus dixerat:

In Hymnis. Schol. lycophron. p. 123. Schol. Sophocl. Oed. Colon. 535. Schol. Homer. Il. 263. Plut. de Iſide & Oſ. p. 358.

 --- *Ma-*

Servius ------- *Madidis Notus evolat alis,*
ad VI. *Terribilem picea tectus caligine vultum, &c.*
Eclog. *Huc ubi* palii in Atho monte Deucalionem
41. A- ſervatum ferunt, quidam & tempus addunt,
pollodor. nimirum, *nono* die.
lib. I.

*Deucalion*, Δευκὶς Græcis λαμπρὸν, ſplendidum
& δεύκειν φροντίζειν. Ab utraque voce Deucalio-
nis etymon peti poteſt: malim tamen a priore.
Splendor enim igni tribuiter, & eſt huic no-
ſter ignis filius. Hinc & Satyri Heſychio Δευ-
καλίδαι: de quis ſupra. At ſi quis a poſteriore
præferat, huic pater Προμηθεὺς aderit. Filia
vero ejus fertur Protogenia, de qua Pindarum
in Olympionicis:

Hygin. φέροις
f. 155. δὲ Πρωτογενείας ἄστε, γλῶσσαν, ἵν αἰολο-
od. IX. βρόντα Διὸς αἴσᾳ Πύῤῥα Δευκαλίων τε Παρ-
νασσοῦ καταβάντε δόμον ἔθεντο πρῶτον: ἄτε-
ρ δ' εὐνᾶς ὁμόδαμον κτισσάσθαν λίθινον γόνον

Ubi inprimis τὸ ἄτερ εὐνᾶς notandum. Nepo
ex hac filia Deucalionis *Aetlius* traditur, pate
Paufan. *Endymionis*, *a Luna* adamati. Ipſe porro Deuca-
Eliac. lion alias & *Opus* dictus.
prior.

*Cum conſorte tori*, Pyrrha, ſpiritu alcalico fe-
Tractat. mineo, cui ſuus etiam multis ineſt ignis. *Scia*
ix nov. inquit Sendivogius, *mulierem non diſcrepare a viro*
lun. *ex eodem ſemine, & in una matrice ambo naſcuntur*
Chem. *nihil defuit præter digeſtionem. Et ut matrix purior*
*in ſanguine & ſale; ſic Luna ex eodem ſemine cum ſol*
*& eadem matrice; ſed matrix magis habuit de aqua*
*quam de ſanguine digeſto, ſecundum tempus Lunæ cæleſt*
Heſy- & ut hic *Pyrrham* Deucalionis habemus ux-
chius. rem, ita & Thetidem Πυῤῥαίαν *Peleo* poſtea
Schol. conjugium dabimus, ut ex his Achilles naſc-
Homer. tur μὴ θνητῶν χείρονος θνατῆς (ſicut Deucalionis f
rᴧ. ά bo

oles ἄπερ γονᾶς) *Nono* poſt anno mittendus ad *ycomedem*, τῶν λύκων μήδοντα regem *Scyri* inſu-æ argilloſæ, (quemadmodum Deucalion *nono* ie ad Parnaſſum appulit) ut illic femineo la-ens habitu *Pyrrhæ* nomen ferat nono poſtea die eſtem *Achivis* ad *Trojam* depulſurus. Pyrrha utem dictus, quoniam capillis *flavis fuit*, & *ræce rafum* Pyrrhon *dicitur*. Ite jam, qui Græ-a intelligitis, & negate artem noſtram anti-uam eſſe.

Hygin. f. 96.

*Parva rate*, ventre venti, ſpiritu Mercuria-i. Hermes in tabula ſmaragdina: *Portavit me ventus in ventre ſuo*. Hoc eſt illud navigium, Jovis Hammonis, ac ſolis Ori; itemque Iſi-dis: hæc eſt illa arca, ſeu κιβώτιον, qua Cadmus Thebas. Jaſon Colchos, Saturnus in Italiam, Hercules in Heſperiam transfretarunt, & de Hercule quidem, ejuſque poculo, ſeu lebete, ſupra cap. IV quædam huc facientia diximus, dicemus poſtea & alia de *cunis* ejus, ubi Per-ſei & Andromedæ fabulam exponemus.

Diodor. ſicul.

*Adhæſit*, glutine ſympathetico, ſeu con-venientia naturæ, magnetiſmo Philoſophi-co.

*Corycidas Nymphas*, Heſychius: κώρυκος, θυ-λάκιον. οἱ δὲ πλοῖον. De *parva rate* vidimus: item de Aegyptiorum Deorum ſuper *navigium* col-locatione. Nymphæ vero, ſeu Naides, vir-tutes aquarum præſides ſunt, & animæ gene-rationem ſubeuntes. Ad hæc cum antra Nym-phis ſacra ſint, nullum ſane ipſis convenien-tius Corycio in bicipiti Parnaſſo. Fuit & aliud in Cilicia ejuſdem nominis antrum percele-bre; in quo Mercurii, Dei Nymphis amiciſ-ſimi fanum fuit, unde illud ἑρμαῖα ἄδυτα vocat

Op-

Oppianus: nobile idem Typhonis fabula: cujus idem meminit Oppianus, inquiens:

lib. III. Halicut.

> Πανὶ δὲ Κωρυκίῳ βυθίην περιηγήσατο τέχνην
> Παιδὶ τεῷ τὸν φασὶ Διὸς ῥυτῆρα γενέσθαι,
> Ζηνὸς μὲν ῥυτῆρα, Τυφαόνιον δὲ ὀλετῆρα.

exſtat hæc fabula apud Hyginum, alioſque:

cap. 196. *Numina montis*, Onuſas, item Minervam &c: Heſiodus in Theogonia:

> Γαῖα δὲ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ
> Οὐρανὸν ἀστερόεντα, ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτοι,
> Ὄφρ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.
> Γείνατο δ' οὔρεα μακρὰ, θεῶν χαρίεντας ἐναύλους
> Νυμφείων, αἳ ναίουσιν ἀν' οὔρεα βησσήεντα.

Nati vero *montes*, ut Cornutus ait, κατ' ἐξοστρακισμὸν τῆς γῆς. quod elegantiſſime dictum

tract. XI. nov. lum. Chem. confirmat Sendivogius; *calor*, inquit, *centralis ſubtilem aquam in aërem elevat; quod ſpiſſum eſt ex ſale vel pinguedine, diſtribuit terræ: unde res variæ naſcuntur: reſiduum ſaxa & petræ fiunt.* Eſt & ὀρεία Ceres, & Ἀκραία, vel Ἀκραία Venus. Notabilia ſunt hæc Heſychii:

Schol. Apollon. 295. p. Pauſan. in Att.

Ἀκρία, ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Ἄργει ἐπί τινος ἄκρας ἱδρυμένη, ἀφ' ἧς καὶ Ἀκρίσιος ὠνομάσθη. ἔστι δὲ καὶ ἡ Ἥρα, καὶ Ἄρτεμις, καὶ Ἀφροδίτη προσαγορευομένη ἐν Ἄργει κατὰ τὸ ὅμοιον ἐπ' ἄκρῳ ἱδρυμέναι.

*Fatidicamque Themin*, Abripior profecto in ſtuporem, quum, quam præclare hæc ſingula ab antiquis naturæ ſpectatoribus ficta ſint, & excogitata, conſidero: quæ, licet ad inſtar Penthei in plurima fruſta dilacerata, ac ſparſa, facile tamen reperiri, colligique in

Pauſan. in Phoc. p. 320.

unum corpus poſſunt. Oraculum hoc Delphicum cum Neptuno primum ac Telluri commune fuit. Neptunus deinde Telluri tradidit, illa Themidi, Themis Apollini. Qua propter

& in

& in Delphico deinde templo ara fuit Neptuno ſacra. de Neptuno ſuperius egimus. Tellus Latona eſt, mater Solis & Lunæ: *Theia* illa, de qua Heſiodus:

In Theogonia.

Θεία δ' Ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπρὰν τε Σελήνην
Γείναθ', ὑπευνηθεῖσ' Ὑπερίονος ἐν φιλότητι. id eſt:

*Sed magnum ſolem, ſed te quoque, ſplendida Luna,*
*Thia Hyperionio de ſemine protulit orbi.*

Meminit & Pindarus, qui illam ita compellat:

Iſthmionic. od. v.

Μᾶτερ Ἀλίου πολυώνυμε Θεία,
Σεό γ' ἕκατι καὶ μεγασθενῆ νόμισαν
Χρυσὸν ἄνθρωποι περιώσιον ἄλλων.

Ubi jam non obſcuris, ſed apertis verbis res ipſa indicatur. Eſt autem Tellus eadem quidem, quæ ab Heſiodo Theiæ mater dicitur, ſed alio tamen reſpectu: nimirum, quum adhuc pars erat rudis & indigeſtæ molis, e qua deinde ope caloris emergens, ac cælo a ſe diſcreto rurſus conjuncta Theian generat, hoc eſt, ſe ſubtiliat, & purificat: ac ſic tandem depurata fit mater Solis & Lunæ. Themis ſoror Theiæ eſt, ejuſdem matris proles; ſive eadem potius, ſed alio iterum intuitu. Hæc aſſidet Jovi, & tribuit cuique ſuum, ne in lecto amoris vir uxori præpolleat, neve uxor marito. Ubi illa conjunctio peracta; tradit ipſa Phœbo, tamquam digniori, oraculi ſedem. Præterea & alia Themidis conſideratio eſt. Sacer enim illi numerus quinarius; de quo fuſe ſupra a nobis diſputatum. Dividit hic *decadem* in duas partes æquales, quod Juſtitiæ eſt, eſtque ſemper inter binos numeros interme-

medius, qui in primo ex imparibus quadrato, ac pariter impare novenario denarium, συμπλήρωσιν, καὶ τελείωσιν τοῦ κόσμου, conficiunt, ut ex hoc Theonis Smyrnæi ſchemata conſpicuum eſt :

In Mathemat.

| | | |
|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 |
| 4 | 5 | 6 |
| 7 | 8 | 9 |

Meminimus & paulo ante novenarii dierum &annorum numeri : addam nunc & illud, nominari eum ὁμόνοιαν, ſive *concordiam*, ob inſignem duorum cuborum 1 & 8, (ſicut & quinarius ex duobus item cubis conſtat 1 & 4) & duorum trigonorum perfectorum 3 & 6 coadunationem. Quapropter non fruſtra Glaucus

Ovid. XIII. metam. extrem.

> ---- *Purgante neſas novies ſibi carmine dicto*
> *Pectora fluminibus juſtus ſupponere centum.*

*Quæ tunc oracla tenebat*, Sole, ſeu Phoebo nondum nato :

*Non illo melior*, cum multi ſint in materia ſpiritus, hic omnium eſt puriſſimus, ideoque & immortalis, atque item juſtiſſimus, non plus appetens; quam quod natura deſiderat.

*Aut illa metuentior*, eadem hujus, quæ illius ratio. Et egregie *metuentior* dicitur, quia fœmina *pati*, non *agere* ſolet.

*Jupiter ut liquidis*, Ignis Philoſ. cæleſtis, materia aſtrorum Subtiliſſima.

*Stagnare paludibus orbem*, MUNDUS de toto quatuor elementorum compage dicitur, continetque ſpiritus Alcalicos & Acidos, tam volatiles, quam fixos, cum ſua Terra & Aqua, & Aſtris. Dixit antea Ovidius, *OMNIA*

*ponto*

*ontus erat* : factum id autem XVII die menſis
ptimi , computando a menſe Martio , qui
lim anni primus , cujus neomenia creatio in-
hoata fuit , & commotum diluvium.

*Et ſupereſſe videt*, qui lupus noſter ceteros o-
nnes devorat ſpiritus , ſolem vero & Lunam
evomere cogitur.

*Nubila disjecit*, id eſt , plenilunium oſtendit;
ut Pythagoræi loquebantur, Typhonicas
ὑπόφυξιν exhalationes.

*Nimbuſque aquilone remotis*, exſiccata humiditate
lcalica per ſpiritum igneum, acidum, ſiccum.

*Et cœlo terras eſt*, utrumque ſpiritum volati-
em cumpurificata terta ſua & ſpiritibus fixis
onjunxit.

*Nec maris ira manet*, effervescentia illa ſubſi-
it. Dixerat in prioribus :

*Nec cælo contenta ſuo Jovis ira : ſed illum*
*Cæruleus frater juvat auxiliaribus undis.*
*Convocat & amnes , qui fontibus ora relaxant ,*
*Et defrænato volvuntur in æquora curſu.*

Ut enim diluvium fieret utriuſque & Aci-
i & Alcali ſpirituum volatilium opus erat
rocurſu , coadunatoque impetu.

*Poſitoque tricuſpide telo*, Mercurii,ſulphuris,ſalis.

*Mulcet aquas* , id eſt , humorem exſiccat *Su-*
*raque profundum* &c. Deſcribit hic eleganter tri- Clav.
licem ſpiritum ſeu ventum Baſilii, quum in re- VI.
uli ſtellati Philoſ. efformatione inter ſe inci-
iunt conjungi. *Vulgo dicitur*, inquit ille , *duo ter-*
*tium facile ſuperare , ac proſternere : præſertim ſi ad exer-*
*endendam malitiam affatim ſpatii fuerit. Ad hoc ſolidi-*
*ſimo naturæ fundamento nixus affirmo , geminum adve-*
*ire ventum debere Vulturnum dictum, ac dein ſimplicem ,*
*Notum ; qui ab oriente & ab occidente vehementer ſpi-*
*rabunt* :

*rabunt: quorum ceſſante motu, ita ut ex aëre facta p aqua, hoc habeto: ex ſpirituali fieri corporale, nu merumque per quatuor anni partes, in quarto cælo, poſt quam ſeptem planetæ imperium ſuum exercuerunt, dom naturum: inque infima palatii parte curſum ſuum pe fecturum.* Eſt autem Triton Neptuni & Am phitrites filius, Mercurius Philoſ. ὁ μεσίτης.

*Conchæ ſonanti*, aër enim concavus eſt, & percuſſus ſonum edit. Heraclides Ponticus καὶ γὰρ ὁ μὲν ὑγρὰ ῥάβδῳ πλήξας τὸν ἀέρα ῥοίζους ἀποτ λεῖ.

in Allegor. Homer.

*Fluctuſque*, idem, quod ſupra innuit; ut ce ſent ab illa priore agitatione, & reſideant ſp ritus.

*Tortial*, eximia comparatio tortilis bucc næ eſt, & circulationis ſpirituum in mat ria, a centro ad circumferentiam, & a ci cumferentia ad centrum aſſiduo motu reg rantium.

*Littora voce replet*, utrumque leonem tum a oriente quam a meridie compeſcit, & a concordiam revocat.

*Ut ora Dei madida tor. barba*, Ita & Soph cles de Acheteo:

Trachin. init.

------ ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος
Κρουνοὶ διεῤῥαίνοντο κρηναίου ποτοῦ.

Ita Poëæ de viris, id eſt ſpiritibus maſc lis. *Barba* enim caloris & virilitatis ſymb lum, ut ſupra explicuimus, ubi Jovis & Æ ſculapii, *barbati* utriuſque, memimus. & barbatus aliquando ejus pater Phæbus, alias imberbis, & ipſe Bacchus, ſeu Dion ſus, promiſſa barba apud Diodorum: ſcilicet omnibus jam ſuis numeris perfect & abſolutus vir evaſit. De quo Virgilius:

Lucian de Dea Syria, Macrob. l. v. c. 1. Eclog. IV.

*Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas,*
*Cedet & ipſe MARI vector, nec nautica* pinus
*Mutabit merces: omnis feret OMNIA tellus.*
*Ipſe etiam in pratis* aries *jam ſuave* rubenti
*Murice, jam croceo mutabit* vellera *luto:*
*Sponte ſua* ſandyx *paſcentes veſtiet agnos.*

Ubi *Sandyx* longe quid aliud eſt, quam vulgo ſibi interpretes imaginantur. Eſt enim ille color, quem agni metallici ab aureis Aeſculapii radiis accipiunt. Ubi vero de feminis ſeu nymphis, ſermo eſt, tum capillorum humentium meminere. Sic Ovidius, de Arethuſa:

*Cum caput Eleis Alpheïas extulit undis,* l. v. metam.
*Roranteſque comas à fronte removit ad aures.*

*Omnibus audita eſt*, ſpiritus illi eveſtigio ad al fixum ſe receperunt.

*Jam mare littus habet*, humiditas jam ſuperflua conſumta eſt volatiles ſpiritus figuntur.

*Flumina ſubſidunt*, ſpiritus coëunt, & coadunantur in terra ſua, ſeu alveo Philoſophico.

*Colles exire videntur*, ſpiritus apparent fixiores, accidit id primo die menſis decimi, quum Phoebus Delphis oracula reddere incipit.

*Limumque in fronde relictum*, pinguedinem nam, unde oleum inexſtinctum Philoſophorum exprimitur.

*Redditus orbis erat*, regulus ſtellatus jam erat abſolutus.

*Quem poſtquam vidit inanem*, omnibus ſcil. aliis ſpiritibus exſtinctis, & diluvio abſumtis.

*Deucalion*, eodem modo Orpheus loquens

 indu-

inducitur a Baſilio Valentino clave XI. qui ca[...] pit, capiat. Magnum hic ſecretum revela[...] tum eſt.

*O ſoror, o conjux*, de his dicendum, quo[...]
pag.374. de Iſide & Oſiride Plutarchus dicit: Οὕτω ... διανοεῖσθαι χρὴ ϗ ταύτην τοῦ ἀνδρὸς μεταλαγχάνουσαν ἀεὶ ... ϗ συνοῦσαν ἔρωτι τῶν περὶ ἐκεῖνον ἀγαθῶν ϗ καλῶν, ἄσπ[...] ἀνδρὶ νόμιμόν ἐστι, ϗ δίκαιον ἐρᾷν ἐν δικαιοσύνῃ. A[...] hoc non recte intellecto fraterno conjugi[...] prava illa apud Aegyptios nata eſt conſuetud[...] conjugiorum inter fratres & ſorores, qu[...] cum nonnullis aliis Aegyptiorum ſacris a[...] Athenienſes tranſiſſe videri poſſit.

*Patrüeles origo*, veriſſime. Acidum enim [...] Alcali iiſdem prognata parentibus.

*Nunc ipſa pericula jungunt*, ipſæ in regulum r[...] dactio.

*Vitæ non eſt fiducia certæ*, quia nil agere poſſu[...] necdum ſatis excocti fixique necdum capac[...] generandi.

*Terrent etiamnum nubila mentem*, adeſt etia[...] nunc regulo ſulphur aliquod externum aduſ[...] bile, quod per ignem rurſus expellendu[...] Hæc enim eſt illa vera ἐκπύρωσις mundi, [...] qua veteres Philoſophi, & noſter ſuperius [...]

*Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, affore tempus,*
*Quo mare, quo tellus, correptaque regia cæli*
*Ardeat, & MUNDI moles operoſa laboret.*

Lipſ. Manuduct. ad Stoïcam Philoſ. De Monarchia Dei.

Sophocles apud Juſtinum Martyrem:

Ἔσται γὰρ, ἔσται κεῖνος αἰώνων χρόνος,
Ὅταν πυρὸς γέμοντα θησαυρὸν χάσῃ
Χρυσωπὸς αἰθήρ. ἡ δὲ βοσκη θεῖσα φλὸξ
Φλέξει μανεῖσα.

Lucretius in quinto:

IP[...]

*Principio maria, ac terras, cælumque tuere:*
*Horum naturam triplicem, tria corpora, Memmi,*
*Tris ſpecies tam diſſimileis, tria talia textu,*
*Una dies dabit exitio: multoſque per annos*
*Suſtentata ruet moles, & machina MUNDI.*

ſervius ad Virgilii Eclog. VI. *Sane ſciendum, &*
*er diluvium, & per ecpyroſin, ſignificari temporum* verſ. 42.
*utationem.* Inſignia ſunt, quæ Nigidius retu- lib. IV. de Diis
it: *Quidam*, inquit, *Deos, & eorum genera,* Apud
*mporibus & ætatibus diſtinxerunt*: (Ita hic locus Serv. ad
nutilus ſupplendus eſt) *inter quos &* Orpheus. Ecl. IV.
*rimum regnum* Saturni, *deinde* Jovis; *tum* Ne-
tuni, *inde* Plutonis: *nonnulli etiam*, ut Magi
*unt* (id eſt Chemici) Apollinis *fore regnum. In quo*
*dendum eſt, ne* ardorem (*ſive illa ecpyroſis appel-*
*nda eſt) dicant.* Et recte Stoïci, (modo ut
portet, ea accipiamus) ἐν τῇ ἀποκαταστήσει
undi poſt hanc deflagrationem *cadere de cælo*
*mina* dicunt, quibus hominum genus inſtau-
tur. Naſcitur enim HOMO noſter de cæle-
i ſemine, vereque in eum quadrat, quod
dulatorie Virgilius Pollionis filio tribuit,

*Jam nova progenies CAELO demittitur alto:*

uippe qui perfectiſſimum inſtar univerſi eſt. Ecl. IV.
aſilius Valentinus: *Jam vero de ſemine hoc, quod*
*talla operantur, ita illud habeto, influentiam quan-*
*m cæleſtem divino nutu ab alto demitti, eaque Syde-* In Prolegom. Magni Lap.
*n proprietatibus mixtam, ex hoc conjugio tertium quid*
*gni, quod eſſentiæ terrenæ ſit. Atque hoc eſt initium*
*minis noſtri, ejuſque prima origo. Ex illis tribus prode-*
*elementa, quæ deinde igne Aetnæo agitante perfe-*
*m corpus pariunt,* Eſt autem hoc ſemen ſpi-
tus Mercurialis, Neptunius, qui cum ſul-
ureo Joviali mixtus in uterum terræ ſive ſa-
Plutonium incidit, ibique alitur & creſcit,

donec in Hominem efformetur Chemicum partuque in lucem prodeat. Plura huc facientia invenies apud eundem cap. VI. de natur & ſupernaturalibus, & apud Sendivogium tr VI novi. lum. Chemici. Pertinent huc Orgi & πλεῖται veterum, luſtrationeſque per aquam & ignem. *Triplex autem omnis purgatio* inquit, Servius; *Aut enim in Terra purgantur anima, quæ nimis oppreſſæ ſordibus fuerint, deditæ ſcilicet corporalibus blandimentis, id eſt tranſeunt in corpora terrena* (id eſt Salina:) *& hæc Igni dicuntur purgari* (infernali, Typhonis caſtigatore Aetnæo) *Ignis enim ex terra eſt, quo exuruntur omnia. Aut Aqua; id eſt tranſeunt in corpora marina,* (in Mercurialia, ut Glaucus, & Palæmon) *ſi parum melius vixerint. Quod etiam in Statio legimus, ubi auguriis tractat. Unde etiam in ſacris omnibus tres ſunt iſtæ purgationes. Nam aut tæda purgantur, & ſulphure: aut aqua abluuntur; aut aëre ventilantur; qu erat in ſacris Liberi. Hoc enim eſt, quod dicit in ſecun Georgicon:* Tibique

Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia PINU..

*Nam genus erat purgationis: & in ipſis purgationibus bonorum meritorum ſecutus eſt ordinem, ut ante riam, inde aquæ, poſt ignis diceret purgationem.*

Judicet jam æquus lector, qui Reguli ſtellati noverit confectionem, ecquid verius d potuerit. Sed omnis eximetur cauſſa dubitandi, ſi quæ de Palilibus cecinit Ovidius, conferantur. Quod carmen non minus plenum myſteriis, quam hæc fabula eſt diluvii: ubi in cetera:

Ad Aen. VI.

L. IV. Faſtor.

*Hæc tu converſus ad ORTUS.*
*Dic TER, & in VIVO prolue RORE manus.*
*Tum licet appoſita veluti CRATERE camella*

L

*LAC niveum potes, PURPUREAMQUE ſapam.*
*oxque per ardentes ſtipulæ CREPITANTIS acervos.*
*Trajicias celeri ſtrenua membra pede*
*poſitus mos eſt, moris mihi reſtat origo:*
*Turba facit dubium; coeptaque noſtra tenet.*
*MNIA purgat edax ignis, vitiumque METALLIS*
*Excoquit.* Idcirco *cum DUCE purgat OVES.*
*n quia cunctarum contraria SEMINA rerum*
*Sunt duo diſcordes, IGNIS & UNDA dei:*
*nxerunt Elementa patres: aptumque putarunt*
*Ignibus & ſparſa tangere corpus aqua?*
*n quod in his VITAE cauſſa eſt; hæc perdidit EXUL:*
*His NOVA fit CONIUX; hæc duo MAGNA putant?*
*c equidem credo: ſunt qui PHAETHONTA referri*
*Credant, & nimias DEUCALIONIS Aquas. &c.*

irari ſæpenumero ego ſoleo, quum hæc, hujuſmodi alia lego, Veteres ſuum ita, em haberent, theſaurum ignoraſſe. Adeo illis, quam gallo Phædrus, querelam meo aſſignem; quem una opera emendabo:

*Faces indigno quanta res, inquit, loco!*
*O ſi quis pretii cupidus vidiſſet tui,*
*Olim rediſſes ad ſplendorem maximum.*
*Ego quod te inveni, potior cui multo eſt cibus,*
*Nec tibi prodeſſe, nec mihi quidquam poteſt.*

Recte igitur Aegyptius ille ſacerdos *Græcos per pueros eſſe* dicebat: & id ipſum de Lati-, qui ſua a Græcis fere omnia acceperunt, rito prædicari poſſit Platon. in Timæo.

*Quid tibi ſi ſine me*, quia alter ſine altero efficee
re nil poteſt. Quod igitur maſculus ille ſulphu
reus calidus extinguatur ſpiritus, femineu
quoque mercurialis humidus eundem ſubea
caſum neceſſe eſt, inque pontum, ſeu mar
philoſ. unde prodierat, revertatur.

*O utinam poſſem*, eſt hoc illud ſolemne pa
trum votum, illa ſcilicet propagandi cupido
cujus ope homo immortalis fit, dum in lib
ris renaſcitur.

*Paternis artibus*, fingitur Deucalion Prom
thei fuiſſe filius, qui primus homines de lu
finxit, Prometheus autem ὁ λόγος eſt πάντων
σμῶν, καὶ πρόνοια ἐπιτροπεύουσα. Cornutus eu
το τὸ ἐν τῇ τῶν ὅλων ψυχῇ κυρίαν interpretatur, ἣν
νεώτεροι πρόνοιαν ἐκάλεσαν. Porro idem Prom
theus ac Jupiter. De Luto poſtea ad fab. Pe
& Thelidis.

*Atque animas formatæ inf. terræ*, Servius ad
clog. IV. Virgilii: *Prometheus, Japeti & Cly
næ filius, poſt factos a ſe homines dicitur auxilio M
NERVÆ cælum adſcendiſſe; & adhibita fac
ad rotam SOLIS ignem furatus, quem homin
indicavit.* Parcam hic operæ, & ero brevi
alias ſat multa ſunt, quæ de Minervæ auxil
de aſcenſu in cælum, de facula, de rota ſo
& monſtratione ignis hominibus comm
dici poſſint. Sed ſapienti verbum ſat eſt.

*Sic viſum ſuperis*, cælo, cæleſti ſpiritui, u
auxilium.

*Hominumque exempla manemus*, quia vive
mortui erant ἔμψυχοι νεκροὶ. Quieſcebant er
*Quies* autem (quæ Heracliti apud Plutarch
In Camilla p. 139. ſententia eſt) propria eſt mortuorum. Κίνη
σις, ἡ σὺν κινήσει πάντως ἡ γένεσις, ut apud

n Plutarchum alibi legitur. Conferantur Plutarch. de Iſ. & Oſir. p. 357.
c cum clave XI Baſilii Valentini.

*Dixerat*, & *flebant*, erunt ſine dubio permul-
. qui floſculum hunc eſſe poëticum arbitra-
ntur. Ita & ego olim exiſtimavi : nunc ali-
r ſentio, & hunc fletum opinor non mul-
m diverſum eſſe ab Iſidis de fletu ad fon-
m.

*Placuit cæleſte precari*, optime, de cælo enim
omini Chemico nova vita : inde felicitas an-
lica, de qua in clavibus Baſilius. Verum l. I.
on ad Themidis oraculum Deucalionem ſe-
et contuliſſe tradit Apollodorus, ſed Jovi
*yxio* ſacrificaſſe qui Mercurium ad eum mi-
: quicum Baſilii ſolem alatum comparare
cet, de quo clavi XI.

*Per ſacras ſortes*, obſcura eſt ars Chemica, ſi
ua alia & abſque divina revelatione non in-
lligitur.

*Nulla mora eſt*, pergendum in opere. Hinc
ſpicit illud adeptorum præceptum. Non eſ-
ab incepto ſemel opere ceſſandum.

*Cephiſidas undas*, κῆφον Græcis argentum ſigni-
cat. Et Cephiſus fluvius oves albas efficit, Vitruv. l. VIII. c. 3.
t Melas ex eodem lacu ortus nigras. Dicitur
ræterea multum terræ pinguinis. Seu limi Diodor.
ehere, ita ut cum Acheloo & Nilo hac in l. I. cap.
arte comparetur. Etymologiam Hebraïcam IV.
ic negligam, quamvis a veritate & natura
pſa non ſit aliena. Cephiſus autem in opere
oſtro Alcalicus eſt ſpiritus, humidus frigi-
dus, multum ferens pinguedinis, qua terra
oſtra reddatur fertilior.

*Inde ubi libatos*, ubi eo ſpiritu imbuta mate-

Heraclides Pont. in Hom. Allegor.

ries lapidis Phil. ἐπὶ τῇ νυκτὶ προσοικῦσαν ἀχλὺν, λευκὸς ἀὴρ ἐπὶ τὸ καθαρώτερον ἐλαμπρυνε.

*Veſtibus & capiti*, interiora enim puriſſima ſunt exteriora tantum ab impuro reliquo ſulphure purganda.

l. I. Biblioth.

*Flectunt veſtigia Sanctæ ad D. D.* Redeunt ad Juſtitiam, quæ Dea proportionis præſes ſuum cuique tribui jubet; uti jam ſupra oſtendimus. Apollodorus autem Deucalionem non Themidi, ſed Jovi Phyxio ſacra feciſſe, ſupplicaſſeque ſcribit, qui *Mercurium* ad eum miſerit. Hunc Baſilius cl. XI. *ſolem alatum* vocat.

Lucian. in Dial. deor. Apollodor. l. III. Diodor. ſic. Ovid. Metam. l. IV. Apollodor. Heraclid. in Hom. Alleg. Schol. Homer. Il. ϐ. Ovid. l. III. metam. Plutarch. in Theſeo ſchol. Hom. Il. π. 140.

*Quarum faſtigia turpi &c.* qui regulum ſtellatum novit, & hæc intelliget; item quid ſint *ſine ignibus aræ*. Ignis enim ſpiritus penetrans, volatilis, *ſecuris* Vulcani; *enſis* ejuſdem Peleo dono datus: Enſis Herculi dono datus a Mercurio; ejuſdem *Clava* a Vulcano, *arcus* ab Apolline acceptus: item *alatæ* ejuſdem *ſagittæ* quibus e terra cælum impetit, & quidem quod notandum ἰῷ περιγλώχινι βαλών tam Junonem, quam Plutonem: *Harpe*, quam Minerva Perſeo attulit: Tenedia *ſecuris*; *Enſis* Solis Chryſaoris: *jaculum* & haſtile Cadmi: *clava* Theſei: *haſta* Achillis a Chirone exciſa, Minerva polita, ſeu raſa, a Vulcano præparata. Hæc tot fabularum harmonia necdum ſufficit, credo, tuendæ Chemiæ antiquitati, & demonſtrationi veritatis fabulis occultatæ. Quid facias hominibus ad incredulitatem obfirmatis? At hi quidem ſuis fruantur deliciis, nos noſtris. Aræ igitur ſine ignibus, eſt terra fixa unde omnis extractus eſt ſpiritus volatilis, ſeu Mercurius. Reliqua cuivis aperta planaque fore puto ex præcedentibus. Quare Deu-

alioneam hanc fabulam primum ad nutricem Syriam deferam, & ab ea ad parentes ejus Aegyptios; hoc prius addito, *velationem* illam *capitis*, quæ a Themede imperatur & veſtium, recinctum, oſſaque matris, eorundemque poſt terga conjectum omne multiplicationis myſterium continere, quod e collata clave XI Baſilii Valentini retegi poteſt atque revelari. Porro ritus ille velato capite deos adorandi hinc mihi originem traxiſſe videri poſſit, cujus cauſſa fruſtra aliunde petitur. Non enim me Virgilii turbat auctoritas, apud quem Aeneas jubetur

> *PURPUREO velare comas adopertus amictu.* III Aeneid.
> *Ne qua inter Sanctos IGNEIS in honore Deorum*
> *Hoſtilis facies occurrat, & omine turbat.*

Ita autem illic pro *omina* legendum. Quamquam, quum rem recte intueor, Chemica & hæc ratio videtur. *Hoſtilis* enim *facies* eſt corroſivum impurum ſulphur, quod puritati lapidis inimicum eſt, & *omine turbat*, id eſt in ipſa confectione pernicioſiſſimum eſt, opuſque corrumpit. Emendatiunculam vero meam Plutarchus confirmat, ἢ μᾶλλον, inquiens, εὐλαβούμενοί τινα φωνὴν παρεμπεσεῖν αὐτοῖς ἔξωθεν εὐχομένοις ἀπαίσιον καὶ δύσφημον. Quem namque metuere In Numa. poterant ſoli in terris relicti Deucalion cum Pyrrha? Præterea notat Servius ad illum Virgilii locum, Soli Saturno & Herculi facientibus caput non velatum, ne imitatio numinis eſſe videretur: quod ſolus Saturnus ex omnibus Diis, excepto Hercule, velato capite eſſent. Quod tamen de Deabus affirmari minime poteſt: quandoquidem in nummis, aliiſque veterum monumentis, Junonis, Pudici-

tiæ, Pietatis, &c. Dearum capita velata conſpiciuntur. Qua de re plura Triſtanus de Numiſmat & Schegkius in Præmeſſis, ſed & Pandoræ a Minerva *calyptra*, ſeu velum, quo caput tegeret, cum corona aurea, ac florum diverſicolorium ſerto datum, Heſiod. Theog. 574. De Saturno non eſt quod miremur, cui *latere* familiare eſt, etiam in noſtro opere. De Hercule vero, niſi ad μυχαῖον ignem referas, non ita liquet. Imo vero eo referendum eſt. Notemus & illum recingendi veſtes ritum. Silius de Hercule noſtro, ſed jam Gaditano id eſt bonæ fortunæ: & mox:

Lib. III. belli Pun.

*Diſcinctis mos thura dare*
*Pes nudus, tonſæque COMAE.*

& ejuſdem generis Dido apud Virgilium:

IV Aen.

*Unum exuta pedem vinclis in veſte recincta.*

Plura ex eodem Virgilio, Ovidio, AGellio, aliiſque, exempla colligere operæ pretium non puto: nec item multa de illo ritu in medium proferre, quo *poſt tergum jaci* lapides jubentur. Satis ille notus eſt e Theocrito, ejuſque interprete Divino Virgilio: cujus Pharmaceutria ſine ſtupore perlegere nequeo, adeo *terna* illa *triplici diverſa colore licia*, *triplexque*, eorum *nodus*, ex ipſis mihi intimis artis penetralibus videntur depromta. Ad hæc ad Cephiſlimum, de quo paulo ante, pertinet,

Eclog. VIII.

*LIMUS ut hic dureſcit, & hæc ut CERA liqueſcit*
*Uno eodemque IGNI: ſic noſtro Daphnis amore.*

Sed illic tam multa ſunt, ut vix pleno mihi e commentario explicari poſſe videantur: mola ſalſa, bitumen, lauri, exuviæ Daphnidis ea

arundem terræ mundatio, venena Pontica, Lupi ex hominibus, animæ ſepulchris excitæ, cineres in profluentem jacti. Flamma αὐτόμα-τος, hylax in limine latrans, id eſt Anubis Aegyptius Hori cuſtos: ac tandem reditus *Daphnidis*, id eſt adventus Horapollinis. Atque hæc, quod ajunt, per viam, dum in Syriam properamus.

In ea Dea nobis benivola & Comis hoſpitium offert magnificentiſſimum, templum ſuum Hierapolitanum. Quod ut, quale ſit, cognoſcatis, Lucianus adeundus erit, illius νεωκόρος. Ego ex illo paucula quædam excerpam, quæ ad propoſitum pertinere videbuntur. Ille igitur, Ἔνδοθι δὲ, inquit, ὁ νηὸς χρυσοῦ τε πολλοῦ ἀπολάμπεται, καὶ ἡ ὀροφὴ πᾶσα χρυσέη. Ἀπόζει δὲ αὐτοῦ ὀδμὴ ἀμβροσίη, ὁκοίη λέγεται τῆς Ἀραβίης. καὶ τηλόθεν ἀνιόντι προσβάλλει πνοιὴν κάρτα ἀγαθήν. καὶ ἢν αὖθις ἀπίῃς, οὐδαμᾶ λείπεται, ἀλλά σευ τά τε εἵματα ἐς πολλὸν ἔχει τὴν πνοιὴν, καὶ σὺ ἐς πάμπαν αὐτῆς μνήσεαι. Præmiſerat Auctor in prioribus hiſtoriam diluvii, & Deucalionis: dein diſputaverat de conditore templi, quem nonnulli *Attyn*, alii *Bacchum* fuiſſe voluerint, cum ſuſcepta adverſus *Aethiopas*, (vide quæ de his ante a me dicta ſunt) expeditione iſthac tranſiret. Dehinc ad ipſum templum deſcribendum deſcendit, quod ait undique apertum fuiſſe: quomodo & *Junonis* illud in via a Phalero Athenas ducente fuiſſe ſtructum Pauſanias docet, & aliud in foro Eleorum. *Aurea* porro omnia in templo, & ipſum etiam tectum Juſtinus martyr *auream* Venerem ex Aegypto deductam vult ab Homero: Καὶ χρυσῆν δὲ Ἀφροδίτην, inquit, ὠνόμασεν ἐκ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ ἱστορίας. Ἐκεῖ γὰρ καὶ τέμενος χρυσῆς

De Dea Syria.

in Atticis & E-line. poſter. in Parænet.

τῆς Ἀφροδίτης ἐν Αἰγύπτῳ λεγόμενον, καὶ πεδίον χρυσῆς Ἀφροδίτης ὀνομαζόμενον. Quid poteſt clarius? Sed & Aegyptiorum deus *Apis* ex auro, de quo conſulendus Seldenus quod Minervæ natæ Rhodii primi ſacrificaſſent, Jupiter Rhodiis aurum pluit. Aurea item *corona*, qua ab ipſa Pandore exornata. Aureum monile fuit Eriphyles. Aureus *Aries*, de quo contentio nata inter Atreum & Thyeſten, Aureus ille Phryxi. Aurea *amphora* a Vulcano Baccho data, in qua dein condita fuere Achillis OSSA. Schol. Hom. ιλ. ψ. Aureus *Crater* Mercurii. Aureum *cymbium* Iſidis. Apol. l. XI. *Canes* aurei & argentei dati a Junone Neptuno, ut una Jovi inſidiaretur. Facilis autem hujuſce figmenti explicatio eſt; ἐπειδήπερ ἡ πυρώδης οὐσία κατὰ τὴν χρόαν ἐμφερεστάτη χρυσῷ. Sic & intelligent imperitiores, quid apud Philaletham *Aurum noſtrum* ſit.

de dis Syris. Hom. Il. β.

Scholiaſtes Homer. ondyſſ. Heraclid. in Allegor. Homer.

Odorem quod attinet, eundem & Iſidi ſuæ tribuit Apulejus: *Talis ac tanta Spirans Arabiæ felicis germina, divina me voce affata eſt.* Hæc Apuleji vera magia fuit, quam ab Aegyptiis didicit, licet alterius male reus. Iſtius modi ſuavem odorem eadem Dea regiis ancillis afflaverat; ut alibi indicavimus. Hic eſt ſuavis ille odor, quem in opere noſtro miſelli deſtillatores exſpectant, in ſuis aludelibus neſcio quas terras virgines digerentes. Credant, quæſo, hi boni viri, numquam hunc ſeſe reperturos, quamdiu vitris utentur circulatoriis. Circulatio hæc interna eſt in ipſa materia: & *odor ſuavis* veris Chemicis eſt abolita immundi ſulphuris corrodente malignitate, depurati Mercurii Phil. vis penetrativa. Poterat hoc

in Introitu Aperto. lib. XI miles. Plut. de Iſid. p. 357.

eos

os meus, quem veneror maxime, præceptor Baſilius docuiſſe: quem quia fortaſſe negle- ctui habent, quamvis vix ullum in eo verbum non ſingulari ſit animadverſione digniſſimum, Helvetii, Viri in Chemicis, quod ad medi- cinam exercitatiſſimi, *Vitulum Aureum* con- ſulant: in quo ars ipſa tantum non aperte, ac ſine ullis ambagibus exponitur. Tridui opus, tribus vix conſtans florenis, per catillum ficti- lem non autem per vitrea vaſa abſolvitur. Me- thodum in confectione reguli ſtellati velut in ſpeculo poſtea pluribus oſtendam. Materia tantum reticebitur. Cetera benivolenti ſuffi- cient: malevolus, ut plura accipiat, mereri non videtur.

Pergit Lucianus: Ἔνθοθεν δὲ ὁ νηὸς οὐκ ἁπλόος ἐστὶ, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ θάλαμος ἄλλος πεποίηται. Ἄνο- δος καὶ ἐς τοῦτον ὀλίγα. Hic thalamus, ſive hoc *penetrale*, ſolium eſt Plutonis, in quo ignis ſalinus, cujus Aegyptii prolem & excremen- tum eſſe dicebant MARE. Habuimus ſu- perius *penetralia maris* ex Homero. Sic nulla Sanctiora apud veteres fuere templa ſine cel- lis, ſine penetralibus: quæ penitius in terra philoſophica latentis ignis fuerunt Symbola. Apud Aegyptios templorum διαθέσεις πῆ μὲν ἀ- νειμένον εἰς πτερὰ καὶ δρόμους ὑπαιθρίους καὶ καθαρούς, (quæ ſpiritus Mercur. & Sulph. volatilis indicia) πῆ δὲ κρυπτὰ, καὶ σκότια κατὰ γῆς ἐχόντων στολισμάτων, hoc ipſum ſignificabant ignis latentis ſecretum, poſtea ſe diffundentis in apertum, (unde & adyta ſine tecto, quale Junonis in via a Pha- lero Athenas ducente, & in foro Eleorum, de quibus Pauſanias, item Apollinis Delphi- ci, de quo Juſtin. l. XXIV. c. 8. &c.) μακροτέ-

Serv. ad VI. Aen. 396.

Plut. de Iſid. & Oſir.

ραν

ϐαν διεξαγωγὴν δεδόντος αὐτῷ τοῦ Διὸς ἐν τῷ ἥστμῳ; ut Cornutus ait, hoc loco vulgo corruptus. Hæc & *Septorum* Pyratheorum ratio eſt, d[e] quibus e ſtrabonis xv. libro nonnulla Selde[n]nus: hæc & *ſedilis* Vulcanii expoſitio eſt, qua[e]

Serv. ad IV. Eclog.

Junonem incluſiſſe fertur. Et ut ſuperius *navi*[...]*gia*, *λάρνακας* & *lebetes*, & *ſcyphos* habuimus; ſpiritus volatilis vehicula: ita hic fixi huju[s] ſpiritus invenimus, non ſecus ac Herculis in[-]

Apulejus lib. XI. Mileſ. Virgil. Georg. I. 166. Heſych. Schol. Callim. hymn. in Jovem.

victi *cunas*: quibus Iſidis *aurea vannus aureis con*[-]*geſta ramulis*, *&* *myſtica vannus Jacchi* reſpondent: inde tam Λικμήτου, quam Λικνίτου dicti. Quo & veterum ille mos reſpexit in vanno infante[s] collocandi quamquam & cribum Philoſophi[-] cum denotat, quum in reg. ſtellati confectio[-] ne Mercurius Antimonii cribrando in fun[-] dum decidit. Hæc autem penetralia non cui[-] vis adire aut introire licitum, ſed tantum ſacerdotibus, & his quidem ſanctiſſimis:

οὐ μέντοι πᾶσι ἱρεῦσι, ἀλλὰ τοῖσι μάλιστα ἀγχιθέοισι.

Ἐν δὲ τῷδε ἔασι τὰ ἔδεα, τῇ Ἥρῃ καὶ τὸν αὐτοὶ Δία ἐόντ[α] ἑτέρῳ οὐνόματι κληΐζουσι ἄμφω δὲ χρύσεοί τέ εἰσι, καὶ ἀμφ[ω] ἕζονται. Ἀλλὰ τὴν μὲν Ἥρην λέοντες φορέουσι, ὁ δὲ ταύροισ[ιν] ἐφέζεται.

Duo hic Dii occurrunt, Juno Divum regi[-]

ad Aeneid. 51.

na Joviſque & ſoror, & conjunx, atque ipſ[e] Jupiter. *Phyſici*, inquit ſervius, *Jovem æthe*[-]*rem, id eſt, ignem volunt intelligi, Junonem vero aë*[-]*rem & quoniam tenuitate paria ſunt dixerunt eſſe ger*[-]*mana. Idem* alii: *Interdum pro aëre juno, & pr*[o] *æthere jupiter accipitur. Aliquoties & pro aëre, &* *pro ethere Jupiter. Juno vero pro terra & aqua: ſic*[ut] *hoc loco intelligimus. Nam æther non habet pluvias: un*[-]*de æthera pro Jove accipimus, cui tribuuntur aër &* *ether: quæ mixta terræ, & humori univerſa procrean*[t]. Habemus igitur Deucalionis & Pyrrhæ p[a]-

rente[s]

rentes, eoſque *Sedentes*: ſunt enim ſpiritus necdum commoti, ſed quieſcentes, Acidi & Alceli. Nam *ſedere* tranquillitatis eſt. De Jove liquet e ſimulacro Jovis Phidiaco apud Eleos: & e nummis antiquis, in quibus Jupiter plerumque ſedens effictus eſt. Albricus: *Jupiter pingebatur in throno eburneo in ſua majeſtatis ſede ſedens. Tauri*, quibus inſidet, cum Neptuno Jovi communes: utrique enim tauri tributi, id eſt ignei ſpiritus; quamvis alii aliam cauſam adferant. De Neptuno Virgilius: De Deor. imagin.

*Laocoon ductus Neptuno ſorte ſacerdos* II Aen.
*Sollemneis Taurum ingentem mactabat ad aros.* 201.

Solebant enim ſuas ſibi dicates, amataſque habere Dii victimas. Cujus antiqui ritus. Virgilius ſemper obſervantiſſimus. De Jove Servius ad illud ejuſdem Virgilii, *Et maxima* II Georg. *Taurus victima*: *quia triumphantes de albis tauris Sacrificabant*. Triumphi vero in honorem Jovis: 146. unde: & *triumphantes omnia Jovis inſignia habebant*, ut idem Servius notat. Sed de tauris poſt paullo plura, nec una hæc res eſt, quæ Jovi cum Neptuno communis. Nam & tridens utrique datus: imo & nomina: qua de re erudite M. multa congeſſit Triſtanus ad Claudii; nummum tertium. Leones quod attinet, quibus Juno vehitur, ſunt & hi ignei ſpiritus, ſed fixi, & in materia deliteſcentes: unde & Cybelæ tributi, quam in nummis ſuis leoni inſidentem effixere veteres, & in marmoribus currui inſidentem, cui juncti leones. Lucretius: ad Eclog. x, 27.

*Hanc veteres Grajum docti cecinere poëtæ* lib. II.
*Sedibus in curru bijugos agitare leones.*

*Aeris*

*Aeris in ſpatio magnam pendere docentes*
*Tellurem; neque poſſe in terra ſiſtere terram.*

Et hæc quidem credita, ſed non vera ratio eſt.

ad 1 Virg. Aen.

De curru Junonio Servius: *Habere Junonem cur-rus certum eſt. Sic autem eſſe etiam e ſacris Tiburtibus conſtat; ubi ſic precantur*: Juno Curitis tuo curru clypeoque tuere hujuſce curiæ vernulas ſalvos. ita enim hunc locum legere malim, quam ut vulgo ſolet: *Vernulæ curiæ* ſunt aditui templorum curam gerentes. *Curia* enim templum, *quia nonniſi in augurato eſt loco*, ut ex eodem alidi diſcimus.

ad VII. Aeneid. 174.

Καὶ δῆλα τὸ μὲν τοῦ Διὸς ἄγαλμα ἐς Διά πάντα ὁρῆ, κεφαλὴν, καὶ ὄμματα: καὶ ἕδρην. Ἡ δὲ Ἥρη σκοπέοντι τοι πολυειδέα μορφὴν ἐκφανέει. καὶ τὰ μὲν ξύμπαντα ἀτρεκέι λόγῳ Ἥρη ἐστί. Ἔχει δέ τι καὶ Ἀθηναίης, καὶ Ἀφροδίτης, Σεληναίης, καὶ Ῥέης, Ἀρτέμιδος, καὶ Νεμέσιος, καὶ Μοιρέων. Χειρὶ δὲ τῇ μὲν ἑτέρῃ σκῆπτρον ἔχει, τῇ ἑτέρῃ ἄτρακτον, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνάς τε φορέει, καὶ πύργον, καὶ κεστὸν, τῷ μούνην τὴν Οὐρανίην κοσμέουσι. Ἔκτοσθεν δέ οἱ χρυσός τε ἄλλος περικέαται, καὶ λίθοι κάρτα πολυτελέες. Τῶν οἱ μὲν λευκοὶ, οἱ δὲ ὑδατώδεες, πολλοὶ πυρώδεες. Quod Jovis ait agnoſci ſtatim caput, vultum, & ſedem, ætherio ſpiritui proprium, id eſt, qui ſtatim agnoſcitur, quia numquam mutatur. Caput & oculos conjunxit & Homerus; ubi ita de Agamemnone Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ. Cui inde & templum Lacedæmone, Ἀγαμέμνονος Διὸς, ut Tzetzes ad Lophronem docet. *Caput* Jovis quale fuerit, ex antiqnis optime cognoſcitur ſeu nummis, ſeu ſtatuis ſeu monumentis aliis. De *oculis*, qui Jovi placidi, ſed ignei, multi dici poſſint. Eſt enim oculus corporis hum

ni pars proxime ad naturam animæ accedens,
multo igne eoque puriſſimo repleta: unde &
Jupiter, ſeu Deus, ſive Oſiris, Ægyptiis
*oculi* imagine expreſſus, & Sol ac Luna *oculi*
Ori. Expoſuimus alibi, quid eſſet Minerva. Plut. de
Huic *oculus* ſacer teſte Fulgentio. Ita enim il- Iſid.
le: *Omnes etiam Deos Jupiter ad nuptias* (Pelei & votr. p.
Thetidos, id eſt ad confectionem Lapidis 372.
Philoſ. ut poſtea docebitur,) *dicitur convocaſſe*, III Mythol. in
*illa de cauſſa, quod putarent ethnici ſingulas partes in ho-* Pelao
*mine ſingulos Deos obtinere, ut Jovem* caput, *Miner-*
*vam* oculos, *junonem* brachia, pectus *Mercu-*
*rium.* In Chemia puriſſima pars eſt ignei ſpi-
ritus; quo pertinet ejuſdem etymon a non-
nullis e Plutarcho allatum, qui χημίαν nigrum De Iſ. &
oculi Ægyptiis ſignificaſſe notat Diodorus Oſir.
lib. 1. radios. Hunc idem Oro a Typhone e-
reptum ſcribit, & donatum Soli. Quod in
arte noſtra notatu digniſſimum. Sic Paly-
phemo Neptuni filio ab Ulyſſe, ſapiente vi-
ro, & artis perito, *oculus* unicus erutus, poſt-
quam *vino rubro* fuit depoſitus. Sic Orioni ab Apollodor. l. 1
Oenopione item eruti oculi. Orion vero e
mixta urina, quam Jupiter, Neptunus, &
Mercurius in *Tauri* ab Hercule immolati co-
rium fecerant, ut ait Hyginus, natus eſt.
Ubi omnium nomina & natura animadver- fab. 195
tenda. Oenopioni a bibendo *vino* nomen for-
matum. Ecquid magis convenire poteſt? an
vero hæc fruſtra, vel caſu ita ficta ſunt? Da-
bo vero & aliud argumentum. Ephialtæ Ne-
ptuni, ut quidam volunt, filio, vel Aloës ex
Neptuni filia, *lævus oculus* ſagitta ab Apolline Apollodor. l. 1.
effoſſus, dexter ab Hercule. Explicet ipſe ſi-
bi lector: ego ad alia propero. Sed tamen

non prætermittendum, Pani item *igneos* fuiſ-ſe *oculos* attributos. Ita enim fere Onomacri-tus, qui eum Κορυφῆς ἐφύπερθεν ἐλαφρόζωον πυρὸν ὄμμα appellat ſicut & ipſum Solem κόσμε περί-δρομον ὄμμα. Sed, ut ad Lucianum reverta-mur, Juno in hoc ſimulacro παυθέῳ non ita fa-cile agnoſci poterat. Conjuncta vero hic va-riarum Dearum attributa, quia materia plu-res in ſe formas admittit: atque inde μυριόμορ-φος & μυριώνυμος Iſis dicitur: cujus ideo & a-miculi varius color eſt, quippe πάντα γινομένης καὶ δεχομένης, ut Plutarchus ait. φῶς σκότος, ἡμέ-ραν, νύκτα, πῦρ, ὕδωρ, ζωὴν, θάνατον, ἀρχὴν, τε-λευτὴν. Vetus inſcriptio apud Gruterum:

In Hymnis.

Te tibi, una quæ es OMNIA,
Dea Iſis
Arrius Balbinus v. c.

Eſtque ea, ut idem in Craſſo Plutarchus ex-ponit, ἡ ἀρχὰς καὶ σπέρματα πᾶσιν ἐξ ὑγρῶν παρασχοῦσ- αἰτία καὶ φύσις, ἡ πάντων εἰς ἀνθρώπους ἀρχὴν ἀγαθῶν κα-τα, δείξασα. Hinc illa *Minervæ* aliquit habet- quæ *Promethea* in formando *homine* adjuvit: -tem *Veneris*, *Lunæ*, *Rheæ*, *Dianæ*, *Nemeſis* & *Parcarum*. Habuimus ſuperius Minervam E-queſtrem. Apud Pauſaniam etiam χαλινῖτις oc-currit, quæ Bellerophonti auxilium tulit in domando & conſcendendo Pegaſo. Hanc A-bricus oculos triplici colore ſplendidos habe- ait; ſicut & Chimæra, quam Bellerophc- debellavit, triplex monſtrum fuit,

In Corinthiac.

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν τε δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα

& ſicut hic Serpens, ita & in ejus ægide capi- li Meduſæ, unius de tribus ſororibus, me-

Se-

Serpentes: quibus ſororibus unus tantum fuit oculus, de quo paulo ante, iſque a Perſeo ereptus. At hanc quidem fabulam diligenter ſimul atque erudite, ut & alias nonnullas, Vigenerius explicuit. Venus noſtra eſt illa *μυχαία*, cujus Suidas & Photius meminerunt: illa χρυσοπλὶς, illa *alma* parens Lucretii, illa ἀναδυομένη e *mari*: illa Carthaginenſium cæleſtis, quam Elagabalus Soli ſuo collocabat in matrimonium, Phænicum Aſtarte: Parcarum natu maxima, item Πρᾶξις, πλουθοδότειρα, Aes Philoſophorum, ignis ſalinus, magnes Solaris, Os Ori; ideoque & amatoriis cum Iſide & Luna præeſſe rebus credita, quod ipſa tam ardenter ſolem appetat: hinc, ut ſupra vidimus, renes ei & inguina dicata. De ceteris Apulejus pro me ſatisfaciet: *Sceptrum* porro Symbolum eſt imperii ac poteſtatis, quod tralatitium. Quod & Plutoni tribuitur a Pindaro, & Albrico, ſolio Sulphureo inſidenti, unde quatuor emanabant flumina. *Fuſus* ad Parcas attinet, quæ tres, uti triplex ſalis, ſulphuris, & Mercurii concordia, perpetuoque in generatione *Hominis* decurrens tractu volubilitas, unde & Herculis Scuto ab Heſiodo inſertæ ſunt. Caput lunaribus *radiis* illuſtratur, quod tegere in multiplicatione Deucalioni jubebat Themis. Radii vis eſt ſubtiliſſima e Lunæ corpore emanans ſicut & e reliquis Planetis, inprimis autem ex ipſo Sole, corpora cuncta penetrans, & pro ſui qualitate varia diverſimode afficiens, & & mutans. *Turritum* Cybelles caput eſt, *quod omnis potentiæ elatio ſit in capite*, ut Fulgentius ait. Hinc liquet cur Jovi deorum hominumque regi caput ſuperius idem conſecratum dixit. Re-

In not. ad Philoſtrati Perſea:

Pauſan. in Att. p. 33. & p. 81.

Lib. XI. Mileſ.

l. III. Mythol.

ctius Cornutus: ἐπεὶ ἀρχηγός ἐστι τῆς πρώτης καὶ ἀρχετύπου οὐσίας τοῦ κόσμου. *Ceſtus* e ſupellectile veneris petitus eſt. Qua propter Juno Jovem ſuum penites concalfactura apud Homerum.

*Ceſton de Veneris ſinu calentem* petiit. Eſt autem *ceſtus*, non quod doctiſſimus Rigaltius in ſuis ad Onoſandri ſtrategica notis exiſtimat, tunica aliqua; ſed vis illa attractiva, ſeu magnetica, qua Martem ſuum

*Circum fuſa ſuper recubantem corpore ſancto*

delenit, ac demulcet. Quam ſi Theocritii *Iijnga*, appellaverimus, ſive etiam Ἑκατικὸν στρόφαλον, de quo Pſellus, aut *Hippomanes* Virgilianum, non peccabimus. Philoſophi noſtri Amorem, *magnetem* appellant, qui non tantum radios, quo cuncta vivificet, e centro ad circumferentiam quaquaverſum dimittit: ſed & virtute magica, naturarumque cognatione, eodem retrahit, revocatque a circumferentia ad centrum; amplexuque mutuo irradiata corpora conjungit. In quo circuitu cuncta penetrans, ſurſum illa deorſumque continuo motu volvit, & in orbem agit. Hinc ipſe ab antiquis *circulo* comparatus: hinc &, *cingulum* ſeu *ceſtus* Veneris: ἔνθ᾽ ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ᾽ ἵμερος, ἐν δ᾽ ὀαριστύς. Qui quidem accommodotiſſimus ad naturam varius ſeu ποικίλος fingitur, pro varia magnetiſmi ratione. Ab hoc perpetuo
II Reg. XVII. motu Deus ille Chivæorum, cujus in ſacris libris mentio fit, *Thartak* appellatus eſt: eſt in Sol, qui aſſiduo circuitu orbis circulum luſtrat; a תּוּר, luſtrare circumeundo in orbem & רָתַק *alligare*, unde רַתּוּק *catena, cingulum.* Quem Judæi irridentes, & ad nominis etymon alludentes

udentes *aſinum* fuiſſe dictitant, quod unus i-
lemque utriuſque labor eſſet, in circulum
nunus obeuntis, ſolis in cælo, aſini in piſtrino:
*bi in orbe termini circumfluentis reciproco greſſu ſua
ecalcant veſtigia errore certo vagatur*, ut eleganter
Apulejus.

*Aurum* & *gemmæ* pretioſæ Cybelæ ſeu Rheæ lib. IX.
urſus propriæ ſunt. Eſt enim illa, ut Albri- Mileſ.
cus ait, *lapidibus pretioſis, & metallorum diverſo-
um Varietate veſtita.* Varius illis color eſt, al-
bus, aqueus, id eſt, cæruleus, & igneus:
qui colores in opere noſtro notiſſimi.

Τὸ δὲ μέζονος λόγου ἄξιον, τοῦτο ἀπηγήσομαι. Λίθον
πὶ τῇ κεφαλῇ φορέει. Λύχνις καλέεται, οὔνομα δὲ οἱ τοῦ
ργου ἡ συντυχίη, ἀπὸ τούτου ἐν νυκτὶ σέλας πολλὸν ἀπολά-
πεται, ὑπὸ δὲ οἱ καὶ ὁ νηὸς ἅπας, οἷον ὑπὸ λύχνοις φαεί-
εται. Ἐν ἡμέρῃ δὲ τὸ μὲν φέγγος ἀσθενέει. Ἰδέην δὲ ἔχει
άρτα πυρώδεα.

Inſigne hoc ſane, & recte Luciano majore
dignum viſum animadverſione. Similem *ly-
hnidi* huic exiſtimo *carbunculum* illum, ſeu διπ-
ρασῆ λίθον, quem Molochum ἐπὶ μετώποις ἄκροις
habuiſſe Theophylactus annotavit: quemque ad Act.
Baſilius Valentinus mediæ coronæ faſtigio in- Apoſtol.
ertum finxit, qua Senis ſui caput circumdat, c. VII.
cui & *canos* cum *incanomento capillos* tribuit, *cin-*
*ulumque* vitæ, (qui ceſtus veneris) & *nudos pe-* Prolegom.
*es*, ad exemplum noſtri Deucalionis. Quæ- clavium.
at hic aliquis cur illa gemma noctu tantum
uceat, interdiu vero imbecilli lumine ſit? Pyth. od.
icam, ubi prius obſcurum Pindari locum il- III.
ius fulgore illuſtravero. Is igitur:

Ἀλλ' ἐπεύξασθαι μὲν ἐγὼν ἐθέλω
Ματρὶ, τὰν κοῦραι παρ' ἐμὸν πρόθυρον

Σὺν πανὶ μέλπονται θαμὰ
Σεμνὰν θεὸν ἐννύχιαι.

Eadem Dea Rhea eſt : hanc cum Pane, quod haud fruſtra dictum, fictumve, Virgines *nocturnis* ſacris celebrabant. *Nox* enim illis di-
in Arcadicis. cata : & ideo Pani quoque *ignis* perpetuus, non ſecus ac Rheæ, ſeu Veſtæ, ali Solitus, teſte Pauſania. Sic ex Rheæ & Saturno *nocte* geniti quinque Dii illi, de quibus ſupra. Hic ignis Veſtæ *Lucernis* exprimebatur, qui in omnibus Græcorum Prytaneis, & quidem *ἐν προθύροις*, perpeti lumine ardebant, de quibus multa e-
l. 1. c. 2. rudite, ut ſolet, Caſaubonus ad Athenæum. De Romana Veſta Florus : *inprimis*, inquit de Numa, *focum Veſtæ Virginibus colendum dedit ut ad ſimulacrum cæleſtium ſiderum cuſtos imperii flamma vigilaret.* Hic iterum *Virgines*, & initio qui-dem tantum *quatuor* : quia in conjugio Solis & Luna (ſive etiam Rheæ & Panos, ſi quis ita malit,) virginitas non amittitur; nil decedit integritati ſeu Minervæ, ſeu Dianæ, ſeu Mu-
Geneſ. c. 1. ſarum. Legimus etiam in ſacris libris : *In principio creavit Deus Cælum & Terram. Sed terra er ſterilis. Erant enim tenebræ ſuper Terram.* Latebat que tum lux in intimis terræ viſceribus ac pe-netralibus abſcondita. Hujus imago erat au-reus ille Atrei *agnus*, quem is in interiore re-giæ Servabat *Septo*, a Thyeſte dein ſubreptu Nam & hæc fabula Chemica eſt, a Lamb-ſpringio in Theatro Chemico explicata, ubi pa-ter filium devorat, *ignis* fixus volatilem. F hic & Baccho locus, ad quem chorus So-phocleus :

Ω̃ π

Ὦ πῦρ πνεόντων ἄστρων
Χοραγὲ, καὶ νυχίων
φθεγμάτων ἐπίσκοπε,
Παῖ Διὸς γένεθλον,
Προφάνηθι σὺν Ναξίαις
Σαῖς θυάσι περισπόλοις,
Αἵ σε μαινόμεναι
Πάννυχοι χορεύουσι
Τὸν ταμίαν Ἴακχον.

in Antigone, 1159.

Ἐν μέσῳ δὲ ἀμφοτέρων ἕστηκε ξόανον ἄλλο χρύσεον, δαμᾶ τοῖσι ἄλλοισι εἴκελον. Τὸ δὲ μορφὴν ἰδίην οὐκ ἔχει, φορέει δὲ τῶν ἄλλων θεῶν εἴδεα. καλέεται δὲ σημήϊον καὶ ὑπ' αὐτῶν Ἀσσυρίων. Οὐδέ τι οὔνομα ἴδιον αὐτῷ ἔθεντο, ἀλλ' δὲ γενέσιος αὐτοῦ πέρι καὶ εἴδεος λέγουσι. Καί μιν μὲν ἐς Διόνυσον, ἄλλοι δὲ ἐς Δευκαλίωνα, οἱ δὲ ἐς Σεμίραμιν ἄγουσι, καὶ γὰρ δὴ ὦν ἐπὶ τῇ κορυφῇ αὐτοῦ περιστερὴ χρυσέη ἐφέστηκε.

Aſſeruimus hoc jammodo ſignum Deucalioni: verum quod nomen a Syris inditum attinet, depravatum id eſſe e Phænicia voce *Samajim* quivis facile agnoſcet. Fuit hoc ſignum hermaphroditicum Bali, ſeu *Baalis Samajim*, regis, ſeu domini cælorum; de quo conſulendus Seldenus de Dis ſyris; & Bochartus in Phalego, ubi de Minerva ſeu Diana agit *Beliſama*, quæ noſter hic Deus *Lunus*, barbata potenſque Deus Venus, Deucalion cum Pyrrha. Poteſt & vir eruditiſſimus Huetius reſpici de Dionyſio, ejuſque ſigno Pantheo Auſoniano, & Germaniæ quondam lumen Reineſius in inſcriptionibus. De Semiramide nota omnia, ut & de *columba*, e mythologis antiquis Voſſio, Seldeno, Bocharto, aliiſque. Quod in noſtro opere *columbæ* ſint, facile conjectu; ſpiritus

Syntugm. II. c. II.
l. I. cap. 42.

Demonſtr. Euang. propoſ. VI. c. 10, 2. pag. 10.

Hygin. fab. 197. ritus ſcilicet volatiles Acidi & Alcali, Jovi
Odyſſ. *ambroſiam* ferentes, ut Homero fingere viſum
μ΄. περὶ eſt, quod plerique veterum, & in his Lon-
ὕψυς, ginus meus, concoquere non potuere. Expli-
Scet. IX. cat Phyſice Heraclides: Chemici aliter; qui-
in Allegor. bus nil columbis preſertim Virgilianis cele-
l. VI brius, a Venere Aeneæ ad *aurum ramum* inda-
Aeneid. gandum ſubmiſſis.

Μετὰ δὲ τὸν θρόνον τοῦτον (dixerat paucula de ſolio Solis) κεῖται ξόανον Ἀπόλλωνος, οἷον οὐκ εἰώθεε ποιέεσθαι. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες Ἀπόλλωνα νεώτη ἥγηνται, καὶ πρωθήβην ποιέουσι. μοῦνοι δὲ οὗτοι Ἀπόλλωνος γενειήτεω ξοάνον δεικνύουσι, αὐτὴν δὲ, τὸ νέον ἀτελὲς ἔτι νομίζουσι. Μοῦνοι δὲ καὶ εἵμασι κοσμέουσι.

Recte hoc ab iis expoſitum, de *barba*, vim illa perfectam ac virilem Apollinis indicari. Hinc & *Barbatus* Dionyſus, & imberbis, apud Diodorum: & de barba nonnulla legere eſt
lib. V, c. 1. apud Macrobium: nos quoque aliqua ſuperius attigimus. *Veſtis* Apolline item recte data eſt,
cap. IV. quod eam aliis deinde planctis fratribus Apollo noſter elargiturus ſit. Sic & Pandoræ ve-
Heſiod. ſtis a Minerva data candida: ab eadem pe-
Theogon. 574. plum Herculi, idque tricolor: item Hermio-
Diodor. næ in nuptiis. Nec Apollo tantum veſtitus;
Plut. de Iſ. & Oſir. p. 371. ſed & Oſiris flammeo. Sic & Iſidi *varium velum* tributum & *nigrum* Lunæ: quo & Apis contectus. Hæc, ſive ad obſcuritatem artis, quæ multis velata eſt obſcurorum nominum invo-
Plut. de Iſ. & Oſir. p. 382. & 372. lucris; ſive ad cujuſque naturam ſideris referamus, certe Chemica Myſteria ſunt de obſcuritate teſtis illa inſcriptio fani Saïtidis Minervæ locupletiſſima: ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς, καὶ ὂν καὶ ἐσόμενον. Καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδείς πω θνητὸς ἀπεκά-

λυψεν

ψεν. Plutarch p. 354. de Iſ. & Oſir. Quod aturam attinet, Veſtis apud Chemicos ſul- hur eſt, de quo eleganter Sendivogius: *Pri-* p. 559. Muſæi Hermet. tract. III. *a metallorum materia eſt humiditas quædam mixta re calido: & eſt in forma aquæ pinguis, adhærentis uni ique rei puræ vel impuræ: in uno loco tamen abundan- us, quam in altero. Quod fit, quia terra eſt in uno loco agis aperta & poroſa, vim attractivam habens, uam in altero. Provenit aliquando per ſe in lucem, in- ta veſte aliqua præſertim in locis, ubi non habet ad- erere alicui. Cognoſcitur ita, quia res omnis ex tribus incipiis eſt compoſita: in materia vero metallorum u- a tantum ſine conjunctione, excepta veſte, vel ejus* nbra, *ſcilicet* ſulphure, &c.

Διὶ μὲν ἐν κατ᾽ ἡσυχίαν θύεσι, ἔτε ᾄδοντες, ἔτε αὐ- οντες. εὖτ᾽, ἂν δὲ τῇ Ἥρῃ κατάρχωνται, ᾄδεσί τε καὶ λέσι, καὶ κρόταλα ἐπικροτέσι.

Bene Sane: quia ſtrepitus in Alcali & Aci- pugna ex efferveſcentia obortus, non a Jo- e, ſive Acide, ſed ab Alcali ſeu Junone ve- it, cujus partes, ab Acido disjunguntur pe- etranturque. Idem de Rhea tradit Cornutus: ταύτην παρεισάγουσι τυμπάνοις, καὶ κεραυνοῖς, ἢ λαμ- αδηφορίαις χαίρεσαν. Hæc omnia in Reguli no- ri prima præparatione familiaria. Inde & ra pulſa in Lunæ defectu: inde ſiſtra Iridis. oterant & alia multa ex eodem commenta- olo, ſeu ſyntagmatio adferri, uti v. gr. quæ templi aditu, ſive ingreſſu refert ad τὰ ἑῷα, κόσμε πρόσωπον, ut Ægyptii volebant, id t, ad orientem ſolem: De *lacu* ante tem- um, imagine aquæ, quæ in principio re- m: unde & ante omnia veterum, etiam omanorum delubra ſemper *aqua & lacus*: a- d Ægyptios autem in pompa quoque *aqua* ælata fuit. De feſto incipiente *vere* peracto:

τὸ γὰρ ἔαρ, ut ait Plutarchus, θαλερὸν καὶ γόνιμον, καὶ προσηνές: ideoque & Ægyptiis Phamenothi menſis, qui nobis Martius, novilunio feſtum celebratum, quod ingreſſum Oſiridis in Lunam appellabant: & Virgilius:

lib. II. Georg.

*Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt:*
*Tum pater omnipotens foecundis imbribus æther*
*Conjugis in lætæ gremium deſcendit.*

Ubi τὸ *tumere* eſt ὀργᾶν, id eſt, ut Heſychius interpretatur, ἐπιπεζομένως ἐπιθυμεῖν. Sed & Chemici hinc operis initium petunt. Quin & eruditi viri mundi majoris creationem inceptam ſuo quodam *vere*, *autumno* demum abſolutam exiſtimarunt; & hinc anni Judaïci civilis initium ab autumno. Certe Chemicus Mundus in autumno perficitur, Lapis ille decantatus, cujus nativitatem non *nono*, *decimove* ad exemplum minoris mundi circumſcribimus, ſed ad Orphei lyram moderamur, in qua licet *Septem* tantum chordæ ſint, *novem* tamen circulorum harmonia, uti jam cap. IV. diximus, a Muſis abſolvitur, præſide Phœbo Muſageta. Neque vero id nihil eſt, quod feſtum illud Aegyptiorum πυρὰ aut λαμπὰς appellatum fuit; quum initium ab igne fiat: neque item fruſtra apud Lucianum noſtrum ut apud Ovidium de Latona, *ara in medio lacu lapidea* eſt, eaque *ſertis coronata*, & *accenſis odoribus calens*. Eſt enim illa in medio confuſi adhuc mundi latentis ignis fixi Symbolum: de quo ſupra hoc ipſo capite, atque item alio, ubi de Latona egimus at *ſerta* etiam apud Pandoram invenias, quam Pallas variorum florum ſerto coronavit. Quod autem Junoni lacum ingredi

cap. XVII. Heſiod. in Theogon.

di licet, Jovi non licet, ne *Piſces* prior aſpiciat; & hoc ex intima arte eſt, ne ſpiritus comburantur, expellanturve volatiles, ſi ſine ſubſidio Alcali humidi defendentis, in quod ſe recipere queant, vehementiori eveſtigio ignis ardori exponantur. Spiritus enim *Piſces* ſunt, ſed Alcalici volatiles, ut *columbæ* volatiles Acidi. Sed de his jam egimus: illos quod attinet, Venus, cum Typhonem fugeret in piſcem mutata eſt: de Atergatide Semipiſce conſulendus Seldenus: de Nemeſi Athenæus l. VIII, p. 334. Syros porro & Aegyptios ſacerdotes piſcibus abſtinuiſſe, jam tonſoribus nomen, μηδέποτ' ἰχθὺν, ὦ Δευκαλίων, μηδ' ἂν αἰτῶ, παραθῇς μοι, citat ex Teleclide idem Athenæus p. 335. Huc refer, quod Plutarchus de Piſce Iſidis narrat, in flumen eum incidiſſe, dum *cæpas* captat, atque ita interiiſſe. De Iſide & Oſir. *Cæpe* namque ſpiritus aëres ſunt, & corrodentes: atque hinc illa Sacerdotibus Ægyptiis adeo exoſa, ut iis ſemper abſtinuerint. Valet & addita apud Plutarchum ratio, ſolam hanc plantam decreſcente Luna vigere, atque incrementum capere. Quod & nos de ſpiritibus acribus Sulphureis in opere noſtro aſſirmare poſſumus. *Luna* enim eſt, quæ eos coërcet, uti ſupra innuimus, ubi de Cephiſo fluvio. Confer, ſi lubet, clavem ſeptimam Baſilii Valentini, quæ hinc plurimum lucis accipiet, uti & huic viciſſim Symbolo datura eſt.

Poſtquam ſatis jam diu in tam amoeno hoſpitio ſumus commorati, e Syria in Ægyptum tranſibimus e ſacrorum colonia, ad metropolin, a Luciano ad Plutarchum. Hic ubi in p. 358. Commentario de Iſide & Oſiride totam illorum

I. 11. rum fabellam detexuit, diriora quædam ſe reſecuiſſe ait, veluti quæ tamen apud Diodorum ſiculum exſtant, de Oro membratim diſcerpto, & de Iſide capite truncata; ſubjungitque: Ὅτι μὲν οὖν, εἰ ταῦτα περὶ τῆς μακαρίας καὶ ἀφθάρτου φύσεως, καθ' ἣν μάλιστα νοεῖται τὸ θεῖον, ὡς ἀληθῶς πραχθέντα καὶ συμπεσόντα δοξάζουσι καὶ λέγουσιν, ἀποπτύσαι δεῖ, καὶ καθήρασθαι τὸ στόμα κατ' Αἰσχύλον, οὐδὲν δεῖ λέγειν πρός σε. Unde mihi abunde liquere videtur, non fuiſſe illam fabulam a ſapientisſimis hominibus confictam, ut unam creationis univerſi hiſtoriam, ſummique numinis cognitionem, intricatis hujuſmodi & obſcuris ambagibus involverent, & ab oculis vulgi removerent; cujus particeps fieri cum ad Numinis gloriam, tum ad pietatis cultum ſummopere intererat: Verum ut ſibi, ſuique ordinis συμμύσταις veram Philoſophici Lapidis ſcientiam ſartam tectam atque illibatam conſervarent. Adeo ut ex omnibus, qui ad illos olim e Græcia adventaſſe dicuntur, Philoſophis, nemo præter Homerum, & Pythagoram tanti arcani particeps factus eſſe videatur. Eſt hujus quidem aureum femur, & Symbola, ſilentiumque, quinquennale: illius fabellæ opera divino intextæ; imo & totum Trojani belli argumentum, hoc facile probaverint. Sed ut ad inſtitutum: prolixior eſt fabula hæc Plutarchi de Iſide & Oſiride, quam ut deſcribi commode tota posſit. Excerpam igitur præcipua quæque, in quibus mirifica cum Græcorum fabulis concordia animadvertitur, etiamſi videantur diverſisſima. E clandeſtino Rheæ cum Saturno congreſſu quinque totidem diebus Dii nati finguntur: *Oſiris* prima; ſecunda

*Aroveris*

*Aroveris*, nonnullis *Apollo*, vel *Orus* major; *Typhon*; quarta *Iſis*; quinta *Nephthys*, quæ & *Venus*, & *Finis*, & *Victoria* appellata eſt. Rheæ maritus fingitur *Sol*, & cum eadem itidem congreſſus *Mercurius*: ita ut Oſiris & Aroveris Solis filii dicantur, Iſis filia Mercurii, Typhon & Nephtys Saturni. Exponuntur hæc ab ipſo Plutarcho Phyſice: Chemica eorum explicatio ſtatim obvia erit, ſi quis cujuſque parentum naturam reſpexerit. Ut enim Sol caloris & ſiccitatis, ita Saturnus Deus frigoris eſt & pluviarum; eaſque in Capricorno facit graviſſimas. Mercurius ἀνδρόγυνος, aër eſt intermedius, caloris & frigoris, ſiccitatis & humiditatis particeps, utrorumque gluten, & copula Ægyptiorum Anubis, ὁ ὁρίζων κύκλος. Ubi Oſiris natus, audita ſimul vox eſt, *Dominum omnium rerum in lucem prodire*. Hic Oſiris noſter eſt Deucalion; Iſis, (Iſcha,) Virago, Pyrrha. Deucalion Promethei filius, Oſiris ſolis, τοῦ πανδερκὲς ἔχοντος αἰώνιον ὄμμα; *Omnia qui* videt, & per *quem videt omnia tellus*, *MUNDI oculus*. Ovid. IV metam. qui & aliis cognominibus illuſtris; Iſis Mercurii nata ἐν πανύχοις· volatilis, ut & ille, cui veteres talaria pedibus addiderunt. Sol *Promethei* cognomen accepit, ἐπιτηδείως πρὸς τοῦτο ἐχούσης κατ' ἀρχὰς τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως: ut eſt apud Cornutum. Mercurius χρυσοβέλεμνος in veteri oraculo apud Euſebium. Oſiris prima die natus; Aroveris, ſecunda, quippe perfectior, & exemplum ſenſile MUNDI ſola mente videndi. Ab Acido namque mare, id eſt Sole, Jove, Prometheo, naſcitur primo ſplendor, Phebus, Deucalion: qui altera die, id eſt repetita operatione, fit Aroveris,

p. 375.

Servius ad Virgil. I Georg. 12, & 335.

Onomacr. in hymnis.

De Nat. Deor.

Præpar. Eu. l. IV, c. 23.

ris, Orus, Major. Typhon prior Saturni proles, efferveſcentia eſt Alcalica, quæ Orum majorem diſcerpit, & Iſidi caput abſcindit. Poſt hanc efferveſcentiam naſcitur Nephtys, ſeu Venus, quæ & finis operis, ac Victoriæ eſt. Conſequetur enim *Orus* minor, qui noſter Lapis. Conjugium hic Oſiridis & Iſidis, Veneris & Typhonis uberius explicare, quidque Oſiridi ab inventis tribuatur laudum, non tam operoſum mihi, quam ſupervacuum videtur. Conferantur ea, quæ deinde in Reguli ſtellati confectione dicentur: & egregie omnia videbuntur convenire. Quod autem de Oſiride capſulæ incluſo, & firmatis plumbo liquido immiſſo operculi commiſſuris refertur: ſanequam nimium aperte ſpiritum volatilem ſolo Saturno figi indicat. Unde Flamellus: *Prima Mercurii coagulatio minera plumbi.* Sed quare id factum *decimo Septimo menſis Athyr*, cum Sol *Scorpium* ingreditur? Cur Oſiris in *mare* demiſſus legitur? fruſtrane hæc? minime ſed & in ſacis libris XVII. die primi menſis Noë arcam ingreſſus. Legatur porro Fontina Bernandi Comitis Treviſani, in quam Rex ad lavandum ingreditur: gemella videbuntur animum advertenti: nam me quidem plura addere piget, tædetque. His igitur omiſſis alia non nulla percurram, quæ ibidem non contemnenda viſa ſunt. In cerimoniis Oſiridis funebribus τομὴ ξύλȣ, & σχίσις λίνȣ recenſentur. *Arbori* ignis Symbola ſunt: præſertim vero acido multo abundantes, ut ſunt pinus, quercus, juglans, olea, myrtus, &. Hinc ſuis illæ dii ſacræ, pro cujuſque vel calis acidi, vel ſulphuris, natura. Huc pertinent omnes δενδροφρίας

βαϊο

βαϊοφορίας, - - - - &c. ritus. De Baccho *δεν-
δρίτου* ſuperius egimus, ut & de Pane *ſylvano*,
quo & Hercules cognomine cenſetur. *Linum*
vero Alcali ſignificat; τὸ γὰρ λίνον φύεται μὲν ἐξ ἀθα-
νάτου τῆς γῆς, καὶ καρπὸν ἐδώδιμον (1. ſpiritum volati-
lem alcalicum) ἀναδίδωσι, λιτὴν δὲ παρέχει, καὶ κα-
θαρὰν ἐσθῆτα, καὶ τῷ σκέποντι μὴ βαρύνουσαν, εὐάρμοστον δὲ
πρὸς πᾶσαν ὥραν. ἥκιστα δὲ φθειροποιόν, ὡς λέγουσι.
Quod unum verbum additum oculos etiam
cæſorum operire poſſit. Quid enim φθείρειν
Græcis ſignificet, & quid φθεῖρες ſint, ac un-
de generentur quis ignorat. *Lineas* autem
veſtes recentes ab iis appeti non eſt neceſſe
pluribus exponere φθεῖρες igitur hic ſunt ſpiri-
tus corrodentes, fumidi, quos ab opere no-
ſtro abeſſe oportet: quippe qui illud corrum-
pant. Liquet jam, puto, cur Iſiaci *linigeri*. E-
rant in illo apparatu & χοαὶ, imbres τρόφιμοι,
de cælo irrigui. Hinc illud Poëtæ:

*Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.*

Omnis enim ritus ille inferorum ab Aegyptiis
venit, omniſque in ſacris libatio. Iſidi ait A-
pulejus libatum *Lacte* ex *aureo* vaſculo in mo- lib. xi. Mileſ.
dum *papillæ* rotundata. Diodorus trecentas ſe-
xaginta quinque urnas quotidie a Sacerdoti- lib. 1, c. 2.
bus repleri *Lacte* ſolitas tradit in honorem Oſi-
ridis. *Lacte & aqua* Muſis fieri ſolitum, teſte
Varrone apud Servium *Lacte & oleo* Nymphis;
*Lacte & melle* Pani facturam ſe paſtor apud in Virg.
Theocritum promittit, Eidyll. v. *Lacte divino* Ecl. vii.
Triptolemus a Cerere edutacus eſt, ut eſt apud fab.147.
Hyginum. Ovidius in vi. Faſtor.

*Abſtinet alma Ceres; ſomnique* papavera *cauſſas*
*Dat tibi cum tepido* Lacte *bibenda, puer.*

*Lac*

Anthol. εἰς θεός. Ovid. IV Faſtor.

*Lac & mel* Mercurio libari jubet Antipater:

> Εὔχολος ἑρμείας, ἴο ποιμένες. ἐν δὲ γάλακτι
> Χαίρων, καὶ δρυΐνῳ σπενδόμενος μέλιτι.

*Lacte* fiebat Pali & Cybellæ. *Lac* autem o mne ſpirituoſum eſt, ac Symbolum *pinguedin terræ, quæ naſcitur in uberibus terræ, vel conſervatu a putrefactione Sale naturæ.* Ita Sendivogius. Ha bet & nonnulla alicubi de Lacte Baſilius no ſter, ubi eum operi noſtro comparat, & ind cremorem, caſeum, & Serum extrahit. (tract. x.)

Meminit porro Plutarchus ſerpentis *Cneph* de quo videſis Porphyrium apud Euſebium Eſtque hic τοῦ παντὸς ſymbolum. Quod vero d *coloribus* ait, Oſiridis *nigro*, Ori *albo*, Typhoni *rubro*, ea nemini non, modo non plane in li bris Chemicis hoſpes ſit, facilia ſunt intel lectu. Omne namque humidum Chemici i opere ſuo *nigrum* eſſe dicunt, unde illud op *ignis* educendum eſt: ubi vero ſiccitas omn humiditate conſumta dominatur, *albedo* naſci tur. Hic Apollo eſt, ſecunda die natus. Jar ſub omni albedine latet *rubedo*. *Quidquid extrin ſecus album eſt, intrinſecus eſt rubeum*, inquit Joh Iſaacus Hollandus: *& quidquid extrinſecus eſt albun* Typhon vero efferveſcentia ignea merito *ru bri* coloris eſt: quia per eum opus ad matur tatem perducitur. Hæc ſunt artis noſtræ ænig mata. Ideo mox & Oſiris Pluto fiet tricipi Cerbero inſtructus; qui & Serapi, & Bacchu ὅτι τὴν φύσιν μετέβαλε. Peccat autem graviter Plu tarchus, cum Phrygiis literis credendum eſ negat, quæ *Charopon*, id Pyrrham ovidianam Herculis filiam prodebant, & Typhonen Herculis Iſiaci filium. Eſt enim Herculeſ ider qui Pluto, Sol, Jupiter, &c.

Βῆλο

Βῆλος ἐπ' Εὐφρήταο, Λίβυς κεκλημένος Ἄμμων,
Ἄπις ἔφυς Νειλῷος, Ἄραψ Κρόνος, Ἀσσύριος Ζεύς. Nonnus Dionyſ. l. xl.

De quo & Servius aliqua ad Virgilium. Sic 1 Aen. 133. & Phylarchum male erroris inſimulat, ipſemet errans, qui Bacchum ex *India*, id eſt e ſale igneo, *boves* duos, id eſt igneos ſpiritus, Apin & Serapin adduxiſſe tradiderat. Poſtea enim Bacchum, ſeu Dionyſum *ταυρόμορφον*, & *ποδὶ βοείῳ προσπελθόντα*, & *βουγενῆ* cum Oſiride comparat, eandemque eſſe affirmat. Hic jam *taurum* habemus, cui Jupiter in templo Deæ Syriæ inſidebat. Hic ſunt affines *boves* Neptuni, unde is *μυκητὴς* appellatus: hinc liquet, cur ei *Nigris tauris* factum. Affinis & *vitulus* Mercurii, & *vacca* Minervæ. Unde Ovidius:

*Dis tribus ille focos totidem de ceſpite ponit:* iv Metamorph.
*Lævum Mercurio, dextrum tibi, bellica Virgo;*
*Ara Jovis media eſt. Mactatur vacca Minervæ;*
*Alipedi vitulus; taurus tibi, ſumme Deorum.*

Et quis ille, qui has aras ponit? Perſeus, imbre aureo progenitus, quem Lapidis Phil. Symbolum eſſe poſtea docebimus. Quis eſt, qui non ad hunc omnium a Græcis, Syris, ſeu Phœnicibus, & Ægyptiis varia confictarum fabularum conſenſum tanquam attonitus obſtupeſcat? Sed adjiciamus & alia pluſcula. Bos femella, ſeu *vacca*, *ſepties* circa templum Solis ducta ſub ſolſtitium hybernum apud Ægyptios, teſte eodem noſtro Plutarcho. Nota p. 372. & fabella *boum Solis* ex Homero & Apollodoro. Serv. ad vi Aen. 256. Apollo quin etiam *Thurius*, a tauris, qui Chaldæis *θὼρ*. Bacchum *ταῦρον* legas apud Athenæum & *ταυροφάγον* apud Heſychium. Neptu-

O nus

nus ut μυκηθὰς, de quo paulo ante, ita & ταῦρος & Ταύρειος, ejuſque feſtum ταύρεια. Sed & Plutoni, Iſidi, & Oſiridi taurum Diodorus quoque aſſignatos narrat. Rheæ currus, ut *leonibus* plerumque, ita aliquando & *tauris* tractus, ut ex Onomacrito patet. De Diana notius eſt, quam ut recenſere neceſſe ſit. Occurrit & Minerva ταυροπόλος apud Heſychium. Cadmi vero *vacca* de qua in Metam. Ovidius, tota noſtri operis eſt. Quin & inter Gnoſticorum deliria *Vriel*, id eſt Deus ignis, *Taurino* vultu. Qui igitur *tauros* Deos, vel Diis tributos didicerit, non jam *cornutos* mirabitur deos ſolem, Bacchum, Oceanum, Neptunum, Pana, Serapin Lunam, Iſidem, Cererem, Aſturten, &c.

l. III. Origenes adv. Celſum p. 295.

Rectius illud Plutarchi videtur, nec eſt tamen, quod a *letitia* Sarapidis etymon deducit, quia hilaritas puritatis eſt. Pergit & ulterius, ſed ipſe ignarus quid dicat: & cum de *Amenthe* Ægyptiorum loquitur, id eſt, ut explicat, *dante & accipiente*, quo animæ abeant defunctorum; ad Deucalionis noſtri jacta poſt terga matris oſſa accedit: ut *Sarapis* inde prodeat qui ſimul Oſiris & Iſis, Deucalion & Pyrrha, verum jam in cælitum numerum relati, conjuncti, & in unam ſpeciem adumati, interfecto Typhone a victrice Venere: cui mox Deæ jure ſuo a Pythagoræis τετράγωνος figura tribuitur, ſicut & Rheæ, Cereri, Veſtæ ac Junoni, atque item Mercurio; cum *triangularis* Diti, Baccho, & Marti aſſignetur; quibus & *triſulcum* Jovis fulmen, & Neptuni *tridentem* & *triformem* Hecatem & trigeminam Palladam τρικέφαλον. Mercurium, ſed alio reſpectu, &

τρὶπ

τριπλάσιον αἰδοῖον ἔχοντα Oſirin licuiſſet adjungere: ſive ille *ternarius* numerus τὴν ὑγρὰν φύσιν denotet, ἀρχὴν καὶ γένεσιν οὖσαν πάντων ἐξ ἀρχῆς, καὶ τὰ πρῶτα τρία σώματα,, γῆν, ἀέρα, καὶ πῦρ ποιήσασαν, ut Plutarchus vult, ſive tria Salis, ſulphuris, & Mercurii principia Significet: ſive naturam ignis in *triangularem* figuram aſſurgentis exprimat: unde & *Pyramides* Deo ſoli ſacræ & Veneris Amathuſſæ ſimulacrum *pyramidalis* lapis; quæ Cnidi Paphique domina & mas erat, & femina. Eadem & Elegabali ſolis, & Ἀγυιέως erat figura. Ac de his quidem figuris plura legi poſſunt apud Euſebium. Quæ de fuga *ſeptem* dierum Typhonis dici poſſunt, ſibi jam quiſque facile ſubjiciet: nos autem ad ſimplices primum & apertiores alias, dein & ad reconditas magis, & μυστικωτέρας Ægyptiorum ſacerdotum rationes in Plutarcho tranſibimus. Nilus igitur in *mare* currens, & Oſiris in *mare* à Typhone projectus, & Deucalion diluvium patiens, quando *Omnia pontus erat*, una eademque eſt reguli noſtri præparatio, quum tota Materia diluvio ignis diffunditur. *Typhon* ſpuma, id eſt, calor efferveſcens. Naſcitur enim è motu undarum ſpirituoſo: quod & in natura-li homine, non tantum hoc philoſophico, evenire Hippocrates docet. Hinc Priapus Typhon habitus, ut eſt apud Diodorum & Venus Ἀφροδίτη, Ἀφρογένεια: eique *myrtus* ſacra, quæ littoribus gaudet. Hinc Ἀφελὶς μύρτων apud Heſychium, myrti bacca: & μύρτον contra τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, οἱ δὲ τὸ χάσμα τῆς γυναικός; quorum varius & apud Ariſtophanem invenias: & μυρτίλη nomen muliebre, quod Olympiadis aliquando fuit matris Al. M. Deſcribitur porro

Præp. Euang. lib. III. c. 2.

De Genitura l. v. vi.

Serv. in v Aen. 801.
Schol in ſophocl. Oedip. Colon.

in Lyſiſtrata. Plutarch. de Pythea p. 401. lib. 1.

Typhon pereleganter ab Apollodoro, ubi inter alia πᾶν τὸ σῶμα κατεπτέρωτο, αὐχμηραὶ δὲ ἐκ κεφαλῆς καὶ γενείων τρίχες ἐξηνεμοῦντο. πῦρ δὲ ἐδέρκετο τοῖς ὄμμασι. ipſe μετὰ συριγμῶν ὁμοῦ καὶ βοῆς in cælum *petras* jaculatur *candentes*, & ex ore procellas emittit ignis. Unde perterrefacti Dii omnes, quod ejus *manus* in occidentem & orientem porrigerentur, in varias animantium ſemet formas tranſmutarunt. Sunt & illic plura egregia ut & apud noſtrum, ſcholiaſtem Sophoclis in Antigonen, Hyginum, alioſque. Ex Heſiodo vero memorandi nati ex eo & Echidua *Gorgon*, *Cerberus*, *Draco* cuſtos aurei velleris *ſcylla* Sex canibus ſuccincta, & ab Hercule interemta; *Chimæra*, *Sphinx* Boëotia, *hydra* novem capitum, & *Draco* Heſperidum: quæ omnia ad Chemiam pertinent.

Symbola in Minervæ ſaïtidis templo vi non recte expoſita ſunt. Infans illic eſt initium operis, Cupido: Senex Saturnus, filium devorans, Rex, opus jam uſque ad multiplicationem abſolutum. Accipiter ſpiritus igneus volatilis, piſcis ſpiritus alcalicus: Hippopotamus conjunctio Acidi & Alcali, maris feminæ. Λέγεται γὰρ ἀποκλείσας τὸν πατέρα, τῇ μη βίᾳ μίγνυσθαι. Hic mihi Jovis cum Rhea concubitus occurrit. Quantum hæc mea a Plutarchi illa diſtet explicatione, conferenti patebit. At illa, quæ ſequuntur, meliora ſunt & veriora: Τὸν ὄσιριν μὲν ἁπλῶς ἅπασαν τὴν ὑγροπ ἀρχὴν καὶ δύναμιν εἶναι, αἰτίαν γενέσεως, καὶ σπέρματ οὐσίαν. Τυφῶνα πᾶν τὸ αὐχμηρὸν, καὶ πυρῶδες, καὶ ξηρα κὸν ὅλως, καὶ πολέμιον τῇ ὑγρότητι. διὸ καὶ πυῤῥόχρουν γ νέναι τῷ σώματι. Quæ omnia, ſicut & multa in præcedentibus etiam in Diodoro ſiculo inveni

ni

ias. Inſignia ſunt illa, quæ de Oſiridis in *flu-* lib. 1. Bibl.
*en* a Typhone abjecto *membro*, ad genitalem
im igneam in materia humida operantem
oſt paullo referuntur: quæ eadem ſunt, quæ
ræci de cælo patre a Saturno falce exſecto,
*enitalibuſque* in *mare* abjectis fabulati ſunt. Cor-
utus: Τέως δὲ ὁ Κρόνος ἱστορεῖται συνεχῶς κατιόντα ἐπὶ
τῷ μίγνυσθαι τῇ γῇ τὸν Οὐρανὸν ἐκτεμεῖν, καὶ παῦσαι τῆς ὕ-
βρεως. Ὁ δὲ Ζεὺς ἐκβαλὼν αὐτὸν τῆς βασιλείας κατεταρτά-
ρωσε. Ita vetus liber. Mirifice vero ad noſtri
eguli ſtellati illuſtrationem faciunt naturæ,
uæ apud Plutarchum deinceps ſequuntur:
δὲ ὑγρότης σβέννυσα τὴν ὑπερβολὴν τῆς ξηρότητος αὔξει, καὶ
ννυσι τὰς ἀναθυμιάσεις, ὑφ' ὧν τὸ πνεῦμα τρέφεται, καὶ
θηλην. Multo etiam magis, quæ de Iſide,
bi eam Philoſophice ita explicat: Ἡ γὰρ Ἶσις ἐστὶ
μὲν τὸ τῆς φύσεως θῆλυ, καὶ δεκτικὸν ἁπάσης γενέσεως, καθὸ
τιθήνη, καὶ πανδεχὴς ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος, ὑπὸ δὲ τῶν πολ-
λῶν μυριώνυμος κέκληται, διὰ τὸ πάσας ὑπὸ τοῦ λόγου
τρεπομένη μορφὰς δέχεσθαι, καὶ ἰδέας. Ἔχει δὲ σύμφυτον
ἔρωτα τοῦ πρώτου, καὶ κυριωτάτου πάντων, ὃ τῷ ἀγαθῷ ταυ-
τόν ἐστι, κἀκεῖνο ποθεῖ καὶ διώκει. Τὴν δὲ ἐκ τοῦ κακοῦ φεύ-
γει καὶ διωθεῖται μοῖραν. ἀμφοῖν μὲν οὖσα χώρα, καὶ ὕλη,
ῥέπουσα δὲ ἀεὶ πρὸς τὸ βέλτιον ἐξ ἑαυτῆς, καὶ παρέχουσα
γεννᾶν ἐκεῖνο, καὶ κατασπείρειν εἰς ἑαυτὴν ἀπορροίας καὶ ὁμοιό-
τητας, αἷς χαίρει καὶ γέγηθε κυϊσκομένη, καὶ ὑποπιμπλα-
μένη τῶν γενέσεων. Sed ut ad Deucalionem rever-
amur, Anticlides, inquit Plutarchus, Iſin
romethei filiam, Dionyſi uxorem facit. Sic
& Deucalionis ſoror & conjux erit, & Deu-
alion Dionyſus, cujus Orus filius, quem Iſis
εἰκόνα τοῦ νοητοῦ κόσμου αἰσθητὸν ὄντα γεννᾷ, &c. διὸ καὶ
δίκην φεύγειν λέγεται νοθείας ὑπὸ Τυφῶνος, ὡς οὐκ ὢν κα-
θαρὸς, οὐδὲ εἰλικρινὴς, οἷος ὁ πατὴρ λόγος, αὐτὸς καθ'
ἑαυτὸν ἀμιγὴς καὶ ἀπαθὴς, ἀλλὰ νενοθευμένος τῇ ὕλῃ, διὰ

 τὸ σω-

τὸ σωματικόν. Περιγίνεται δὲ καὶ νικᾷ τοῦ Ἑρμοῦ, τουτέστι τοῦ λόγου, μαρτυροῦντος, καὶ δεικνύοντος, ὅτι πρὸς τὸ νοητὸν ἡ φύσις μετασχηματιζομένη τὸν κόσμον ἀποδίδωσιν. Ὁ δὲ ἄρος οὗτος αὐτός ἐστιν ὡπλισμένος, καὶ τέλειος, οὐκ ἀνῃρηκὼς τὸν Τυφῶνα παντάπασιν, ἀλλὰ τὸ δραστήριον καὶ ἰσχυρὸν αὐτοῦ παρῃρημένος. Ubi Horus de Regulo ſtell lato. Phil. capiendus eſt, qui ex Deucalionii & Pyrrhæ conjugio natus, idem tamen eſſ Deucalion & Pyrrha, ſed conjuncti, perfe ctioreſque, necdum tamen abſolutus lapis.

## CAP. XXIV.

### *Heſychius emendatus, & ſuppletus.*

HAbuimus cap. preced. Deam Venerem marem & feminam. Nil adderem in r pervulgata, niſi inſigne in Heſychii mendum occurreret, ubi de eadem Dea agi Ἀφρόδιτος, inquit, Θεόφραστος μὲν Ἑρμαφρόδιτ φησιν. ὁ δὲ τὰ περὶ Ἀμαθοῦντα γεγραφὼς παιανίσον αὐδ
p. 286 τὸν θεὸν ἐσχηματίσθαι ἐν Κύπρῳ λέγει. Vir illuſtris Iſaa cus Voſſius, quum vitium hoc animadvertiſſe in ſuis ad Catullum obſervationibus corrigit Παιᾶνι ἴσον, id eſt Apollini, vel Aeſculapio. Na hic quoque aliquando imberbis fingebatur te
ad Virg. Aen. 11. 632. ſte Pauſania. Sed fugit hic Virum maximum judicium ſuum & memoria. Legiſſe eni veriſimile eſt in Servio: Eſt etiam in Cypr ſimulacrum Barbatæ Veneris, corpore & v ſte muliebri, cum Sceptro & natura viril quod Ἀφρόδιτον vocat: cui viri in veſte muli bri, mulieres in virili veſte ſacrificant. Le igitur, ὡς πωγωνίαν, vel πωγωνίαν ὡς ἄνδρα. N dubita, quin aſſentientem habiturus ſis ipſu
Vi

Voſſium. Occaſione hujus vocis ſupplebo & alium in Heſychio locum, hactenus mutilum. Ἀνοηταίνει, inquit, μωραίνει adde ἀφροδισιάζει, ex ſcholiaſte Ariſtophanis, Nub. p. 151.

## CAP. XXV.

### *Luſus ingenii.*

Reficiendus pauliſper animus eſt, & ab intentione ſat longa remittendus, recreanduſque. Exſpatiabimur igitur aliquantulum ad amoena Muſarum viridia: ibique, ſi non inter lauros, certe ſub umbra requieſcemus,

*------ Varios ubi flumina circum*
*Fundit humus flores: ubi candida populus antro*
*Imminet, & lentæ texunt umbracula vites.*

Sed quod pace tua factum velim, benivole Lector, non te jam, ſed alium quendam præſtantiſſimum Muſarum alumnum alloquar, cum eoque eximio bonæ mentis ἀώτῳ tempus hoc quietis voluptatiſque innoxiæ, & honeſtæ, humanæque, ſuaviter conteram. Quis ille ſit, ſcire aves? GISBERTUS eſt CUPERUS Vir Conſularis, Daventriæ ſuæ magnum decus, nec minus harum, quas colimus, literarum. Ejus honori, quia inter publica, quibus in Ordinum Generalium concilio obvenientibus negotiis infinitis diſtinetur, honorem Muſis habet, ac tribuit non contemnendum, caput hocce dabimus, dicabimus, conſecrabimus. Nec eſt, quod argumentum pluribus enarrem. Τοὔργον τάχ' αὐτὸ δείξει.

Viro Ampliſſimo, & Erudiſſimo
D. GISBERTO CUPERO,
COS. DAVENTRIENSI,
Ejuſque Civitatis nomine ad
Conſeſſum Præpott. DD. Ordd. Gen.
FOEDERATAE BELGICAE
Delegato. S.

Intentam nimium mentem dum forte re-
 tendo,
 Et ſtudia Aoniis ſeria laxo modis;
Jamque per antiquos Latii vagus erro poëtas;
 Jam vates luſtro, Græcia docta, tuos:
Corripit incautum ſacri ſcintilla furoris,
 Fingit & in numeros inſolita ora novos.
Ecce fluunt verſus; ſed quos ſuus arguit hor-
 ror
 Non eſſe ingenui germina læta ſoli.
Hos dum ego ſollicitus parcente coërceo cura
 Exacti metuens pondera judicii,
Illi indignantes perrumpunt clauſtra, obiceſ-
 que,
 Inque tuum fugiunt, Culte CUPERE,
 ſinum,
Tu tamen hoſce, precor, nequam licet & fu-
 gitivos,
 Pro noſtra facilis ſuſcipe amicitia.

Εἰς Σωκράτην.

Σωκράτε' εἰν ἐνέροις πύστας μόρον ἄδικον Ἄδης
 Θάμβεε, τὸν τ' Ἑρμῆν παῖδα προσεῖπε τρέμων:
Ἑρμῆ; μή μοι ἄγειν δεῦρ' εἰς Ἀχέροντα τὸν ἄνδρα,
 Ὅς χ' αἱρέῃ, σοφίῃ θ' Ἑλλάδ' ἐφῶπτο ὅλην.
Δείδια γάρ, μὴ καί μοι ἐκεῖ τὸν πολύευκτον
 Ἀλλὺν ἀποσκεδάζοι. Φῶς δ' ἄγ' ἐς αἰθέριον.

### Εἰς Ἀστέρα.

Ἀστέρος ἡ Κυθήρεια τὸ πάγγλυκυ κάλλος ἰδοῦσα,
  Ὥς ἕτερόν σ', ἐβόα, νῦν μὲν Ἄδωνιν ἔχω,
Φῆ· ἁπαλοῖς αὐτὸν δὲ βραχίοσιν ἀμφιλέκυστο
  Καὶ τρὶς καὶ τετράκις κῦσε στόμ' ἰόπνοον
Ἐζήλωσ' ὁ Ἔρως. συμπαίσαν δ' ὡς περὶ κρήνην
  Ἄφνω ἐνὶ κρήνῃ πνῖξε τὸ παιδάριον,

### Εἰς Φιλέρωτα.

Ναϊάδες, τί γοῶτε; τί κλαίετε; τὸν Φιλέρωτα
  Αἶ μόρον ὠκύμορον κλαίομεν, ὦ Πέταλον.
Ὃς μὲν παῖς πάντεσσι μετέπρεπε παισὶν ἐν ὥρᾳ,
  Τῆς δ' ἦν Ἀγλαΐης αὐτὸς ἡ ἀγλαΐη.
Ὃν καὶ ὁ ἔρως, Κυθέρεια τ' ἐφίλεον, αἱ δέ τε πᾶσαι
  Ἀμφαγαπῶν χάριτες, καὶ ἵμερος ἀμφέχυτο.
Ἄθλιε παῖ, σὲ κλαίομεν. ὦ πεποθημένε, σεῖο
  Πένθιμοι ἀτυχίας εἵνεκ' ὀδυρόμεθα.
Ὅς γε σκιὰν ἐθέλων τὴν σὴν φιλέειν ἐνὶ κρήνῃ,
  Αἶ αἶ ὀλισθήσας τὸν θάνατον φίλεες.

### Εἰς βοΐδιον Μύρωνος.

Ὥς ποτε τὴν δάμαλιν πεινῶν λύκος ὅδε Μύρωνος,
  Ὡς ἐπιπηδήσας τ' αὖθις ἔχηνε μάτην.

### Εἰς τὸ αὐτὸ, Αἰολικόν.

Πρές ποκα τὰν δαμάλαν ἔσπευσε Μύρωνος ὁδίτας,
  Ὡς τὸ γάλακτι βαρὺ δίψος ἰασόμενος,
Οὔθατα δὲ θλίψαις δαρὸν, καὶ πολλὰ μογήσαις,
  Οὐδὲν σταλάσδην ὡς ἴδε σταγόνιον,
Φεῦ, φεῦ, ἀμβοάι, τὺ κακόμαλος, ὄκκεν ἐμεῦ μὲν
  Αἷμα ἅμα καὶ γάλα τᾶσδ' ἐξέπιεν δαμάλας.

## Εἰς Νίκην.

Νίκη, θεῶν τίς, εἰπὲ δὴ, θεῶν ἢ τίς
　Πάντ' ἐκμαθὼν μάντις σοφὸς τὸ κάλλιστον,
Τοῦτ' οὔνομά σοι ἔδωκε; σοῦ γὰρ εὐμόρφῳ
　Εἴδει, ὅλου τε σώματος εὐπρεπεῖ κάλλει,
Σύμπαν πιθήκων πῶς γένος μακρῷ νικᾷς.

## Εἰς Λύκον. Ex Herodot. l. 159.

Τίπτε παῖ ἀφρονέων ἱερούς τοὺς τῆς Ἀφροδίτης
　Στρουθοὺς συλήσας δύσσεβες ἔργον ἔτλης;
Σχέτλιε, μὴ οὕτω θερμῶς ἄγρᾳ ἐπιθέσθαι.
　Ὦ ἐπιστῆ. αἴ, ἤδη ὤλισθε σφαλείς.
Ἀλλ' οὐκ ἐστὶ θεᾶς φυγέειν ποτὲ ἔκδικον ὄμμα.
　Ἀντὶ δὲ τῶν καλιῶν, σὸν, παῖ, ἀφεῖλε βίον.

## Εἰς χρυσοῦς Λοδδίκους.

Χρύσεος, ὦ Λοδδίκε, πολὺ φοβερώτατός ἐσσι.
　χάλκεον οὐδ' οὕτω σε τρομέουσι λαοί.
Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν, ὅσῳ μαλακώτερός ἐστι
　Τῷ χαλκῷ χρυσὸς, ὅσσ' ἐλάττον ἔχει.
Ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ χίλιοι ἐλθόντων Λοδδίκοι
　Χρύσεοι, οὐ τρέσσει αὖ χεῖρε ὑφεξόμενος.

## Εἰς χρύσιν.

Εὔστολος, εὐμήκης, κάλλους τ' ἐπαξίως χροιὴν αὐτὸς
　Αὐτοφυοῦς, λευκῆς λευκοτέρη χιόνος·
Οὐλόθριξ, κυανῆ τε κόμη περιέχουσ' ὑακίνθου,
　Εὐστέφανος, κ' εὔοφρυς, καὶ ἑλικοβλέφαρος·
Ὄμμασι δὲ στίλβουσα διαυγέσιν οἷα δὴ ἄστρα,
　Ῥῖνα τ' ἔχειδα, οἵην ἡ Κυθέρεια ἔχει·
Ἐν δ' ἁπαλαῖς τε καθιδρυμένον τῶν ἐρωτοπαρειαῖς,
　Τὸν γλυκερόν θ' Ἵμερον, τόν τε ζῆλον χαρίτων;
Καὶ στόμα τῶν γε ῥόδων, τῶν τ' ἡδυπνοώτερον ἴων,

χείλεα

χείλεά τε ζαθεῆς ἃ βρύει ἀβροσύνης·
Ἀλλὰ καὶ εὔμορφος δὴ, καλλίπυγός τε, εὔσφυρός τε
Ὥστε ὅλως εἰπεῖν, Καλλοσύνης Ἰδεά·
Τί ὅτι οὐκ ὧδε φιλεῖς, αἰεί με, Χρύσις, ἐρωτᾷς.
Τίς δὲ ἡ αἰτία; Οὐκ ἔραμαι ξοάνων.

Ex Anthologia verſa.

Ἡ Νέμεσις προλέγει τῷ πήχεϊ, τῷ τε χαλινῷ,
Μήτ' ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν·

His franis, atque hac norma, Rhamnuſia, fa-
ctis
Sit modus, & linguæ ſint tibi fræna mo-
net.

Γαίης ἐκ γαλατῶν μηδ' ἄνθεα ἧς ἀπὸ κόλπων
Ἀνθρώπων ὀλέτειραι ἐριννύες ἐβλάστησαν.

Gallorum e terra nec florea Serta: ſinu quæ.
Peſtiferas furias mortalibus extulit atro.

Φραγκὸν φίλον μὲν ἔχῃς δὲ, γείτον' οὐκ ἔχῃς.
Amicum habere Gallum pervelis, vicinum
neutiquam.

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς Ἀστὴρ ἐμός· εἴθε γενοίμην
Οὐρανὸς, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω.

Tu ſtellas, mi ſtella, tueris. Cur ego cæ-
lum
Non fio, ut te oculis pluribus intuear?

Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος·
Νῦν δὲ θανὼν λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

Lucifer in vivis nuper, mi ſtella, reluxti:
Nunc vita functis mortue Veſper eris.

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς,
Καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Natus Epictetus claudo cum corpore Servus,
Iro pauperior, Dis in amore fui.
vel.
Servus ego, & claudus defecto corpore, & alter
Irus, dilectus Dis Epictetus eram.
vel
Servus eram, dum vixi, Epictetus: corpus habebam
Dibile, pauperior Iro, at amor ſuperûm.
vel
Servus Epictetus, clauduſque, & egentior Iro,
Sic tamen & ſuperis ille ego charus eram.
vel.
Ille ego Epictetus Servuſque, & corpore claudus,
Pauperieque Irus, cara fui ſuperum.

## CAP. XXVI.

### *Florus aliquoties tentatus.*

Δευτέραι φροντίδες σοφώτεραι, vetus eſt verbum, at non ſemper verum. Nam & priores ali quando curæ meliores ſunt. Exemplo nob erit in corruptiſſimo flori loco emendand Freinſſemius: qui optimam conjecturam, & veriſſimam, abjecit, ut Socero placeret. Flo ri hæc ſunt verba, de Scævola: *Ut ſcias, inqui quem virum effugeris, idem trecenti, juravimus.* Qu
l. 1. c. x. hoc, ait Freinshemius, ad æſtimationem vi ri, trecentos, an plus, minuſve habeat ſ ciorum! putaveram legendum, *quàm paru*

S

Sed quum. .q l. habeant *quemvix*, melius emendat Berneggerus, *quam vix effugeris*, hoc eſt, quam vix effugere poteris; ut iſtud *effugeris* futurum notet. Antequam mihi Frenshemii editio ad manum eſſet, jam ipſe conjeceram reſtituendum. *Quam parum effugeris*: nec poteram damnare conjecturam, quæ tam efficax eſſet ad terrorem. Poſtea a Freculpho eandem confirmatam vidi, qui non aliter ex antiquis olim codicibus hunc locum deſcripſit: niſi quod in præcedente verſu, *intulit* pro *injicit* habet. Videtur & Livius illi favere, qui hæc ita effert: *Nec unus inte ego hos animos geſſi: Longus poſt me ordo eſt idem petentium decus. Proinde in hoc diſcrimen, ſi juvat, accingere, ut in ſingulas horas capite dimicas tuo &c.* In eodem Floro, vix concoquere poſſum. elephantos in ſpectaculum Belli procurrentes. lib. I. c. XVIII. Ita enim ille: *Actum erat, niſi converſi elephanti in ſpectaculum Belli procurriſſent.* meminerat jam ante elephantorum: ita ut illius vocis iteratione opus non fuerit. Lego igitur: *Actum erat, niſi converſæ in primam aciem Belluæ procurriſſent: quorum cum magnitudine, &c.* Qui naſum Criticum habent, ad hanc ſcio, conjecturam nares non corrugabunt: præſertim ubi poſt paulo legerint: *Nam productis in primam aciem rurſus elephantis; unum ex his pullum adacti in caput teli gravis ictus avertit.* Si *rurſus*, ergo jam ſemel ante. Sequitur: *qui quum per ſtragem ſuorum percurrens ſtridere quereretur, mater agnovit, & quaſi vindicaret, exiluit: tum omnia circa hoſtilia gravi timore permiſcuit.* Legendum puto: *qui eum per ſtragem ſuorum recurrens ſtridore quæreret matrem, agnovit ea & quo ſe vindicaret, exiluit: tum omnia circa: &c.* Phædrus.

In-

lib. III. fol. XVI.

*Inter capellas agno balanti canis*
*Stulte, inquit, erras, non eſt hic mater tua:*
*Oveſque ſegregatas oſtendit procul.*

*Non illam quæro, quæ cum libitum eſt, concipo*

lib. II. Ita illic legendum pro *non eſt hæc mater tua.* Ant que ſcriptum, *heic*, errori anſam præbui Lucretius.

*Præterea teneri tremulis cum vocibus hoedi*
*Corniger as norunt matres, agnique petulci*
*Balatu pecudes.* Ita aliquando malebam, pr

IX. Æn. *Balantum pecudes.* quod imitatus Virgilius:

*Queſitum aut matri multis balatibus agnum.*

Plautus bacchidibus, ſcena, *quis ſonitu*:

*------- Non vides, ut palantes*
*Solæ libere graſſentur? quin ætate credo eſſe mutas.*
*Ne balant quidem, cum à pecu cetero abſunt.*

Baſilius M.: διὸ ὁ δημιουργήσας αὐτὰ θεὸς τὴν τοῦ λ γου ἔλλειψιν διὰ τῆς τῶν αἰσθητηρίων περιουσίας παρεμυ σατο. πόθεν γὰρ ἐν μυρίοις προβάτοις ἀρνειὸς τῶν σηκῶν Εξαλλόμενος οἶδε μὲν τὴν φωνὴν τῆς μητρὸς, καὶ πρὸς αὐτ ἐπείγεται, &c. καὶ ἡ μήτηρ ἐν μυρίοις ἄρρεσιν ἐπιγινώσκ τὸ ἴδιον; id eſt porrò eſt τὸ *quaſi vindicaret* retin ri, id eſt, volens, vel exiſtimans, ſe vind care. Sic lib. III. 19. *Acriuſque multo, quaſi* illum *vindicaret, vicos, caſtella, oppida diripien &c.* alias mihi non abſurdum videtur, qu *vindicatura, exſiluit*; Eodem capite ſequitu *Nec enim temere ullus pulchrior in urbem, aut ſpec ſior triumphus intravit.* Codex noſter, aliique n nulli, ut & Freculphus, probante Salmaſi habent *alius.* Si recte genium Flori novi, ſc pſit: *Nec temere alias.* Ita & paulo ante: *nec a magis, quam Tarentina victoria &c.* Ubi itide

Homil. IX. in Hexaëmeron.

x vetere libro, *nec alias magis*, reponendum. ic. lib. III. c. VI. *Non alias tam in cruenta victoria i ſumus.*

Lib. II. cap. XV. de Chartag. bellis ita loquitur: *Atque ſiquis trium temporum momenta conſideret, primo commiſſum bellum, profligatum ſecundo, rtio vero confectum eſt. Sed hujus cauſſa belli, quod ontra foederis legem adverſus Numidas quidem ſemel araſſet claſſem & exercitum: frequens autem Maſaiſſæ fines territabat.* Preſtare cenſeam: *Itaque ſiuis trium. temp. momenta conſideret, primo comm. ellum, profligatum ſecundo, tertio vero confectum eſſe icet. Cauſſa belli, quod contra foederis legem adverſus Jum. quidem ſemel par. claſſem & exerc. frequens aum Maſaniſſæ fines attrectaret.* Ita & lib. III. cap. : *Cauſſam quidem illius belli prætenderat, apud Caſum legatum, attrectari terminos ſuos Nicomede Bithyico.* Et apud Jctos furtum definitur, *Conactatio alieni invito domino.* Recte vero poſtpaulo reijnshemius vocem urbis ſemel ejicit, proantibus viris doctis, ſed alieno loco: ejiciena enim eſt poſt vocem *æmulæ.* Idem proxime quente ſententia factum oportuerat, ubi, *tantum loco moveretur*, rectius legas, quam, *urbs tantum loco moveretur.* priori cenſuræ adſtiulatur Vellejus: *Hunc finem*, inquit, *habuit* l. 1. *omani imperii Carthago æmula.* poteriori ſermoiis elegantia, quæ iſtiuſmodi ineptas additioes reſpuit. Ad hæc *urbs* moveri loco non poerat; de *civitate* conceſſerim: quæ non muris, d civibus continetur. Mox illud, *ut migrarent ibus imperatum*, neſcio quomodo minus plaet. malim ſimpliciter; *ut migrarent imperatum*; el, ſi quid addendum, *ut migrarent ſedibus impetum.* Illud enim eſt contra hiſtoriæ fidem. equitur aliquanto poſt inſignis locus qui mul-

torum

lorum ingenia fruſtra exercuit: *Mancino deinc*
*conſule terra marique fervebat obſidio. Operis port*
*nudatus & primus, & ſequens, jam & tertius muru*
*quum tamen Byrſa, quod nomen arci fuit, quaſi alter*
*civitas reſiſtebat.* Si quid in hoc genere ſtudio
rum video, legendum arbitror: *Mancine deinc*
*eos. terra marique fervebat obſidio. Per partes nudat*
*& primus, & ſequens, & jam tertius murus. pr*
*nudatus*, (quod tamen egregium & elegans
lias in obſidione verbum) etiam *expugnatus* leg
poſſit. De *portu* enim mox noſter dicet eum
Scipione obſtructum eſſe.

Ad finem cap. XXVI.

Libro eodem cap. XVII: *Metellus ille, cui*
*Macedoniæ cognomen, meruerat & Celtiberius fier*
*quum & contrebiam memorabili cepiſſet exemplo,*
*Nertobriges, Majore gloria pepercit.* Ita Vir Clari
qui nuper edidit. Verum longe alia mihi
detur Florus eſſe uſus elegantia Sermon
quam hic nemo advertit animum. Lege i
tur: *Cato (ille Cenſorius) Celtiberos, id eſt robur H*
*ſpaniæ, aliquot præliis fregit. Gracchus (pater ille Gr*
*chorum) eodem centum & quinquaginta urbium ever*
*ne multavit. Metellus, (ille, cui ex Macedonia*
*gnomen: erat enim Celtiberici vilius:) quum Contreb*
*memorabili cepiſſet exemplo, ſegobrigæ majore gloria*
*percit.* In Scriptis erat, *Celtiberius filius: Celt*
*ricus fieri, &c.* In initio conjeceram: *nam C*
*berici ſprevit.* quod mihi etiam nunc non diſ
cet.

Eodem cap. extremo: *Claudium Unimanum*
*ne ad internecionem exercitus cedidit: & inſignia cum*
*beis ac faſcibus noſtris, quæ ceperat, in montibus ſuis*
*pæa fixit. Tandem etiam Fabius Maximus Coſ. opp*
*ſerat.* Lege: *Claudum Unimanum pæne ad inte*
*cionem exercitus cecidit: & inſignia cum trabeis &*
*ſcibus noſtris, quæ ceperat, in montibus ſuis tr*

*fixit. Tandem eum Fabius M. Coſ. oppreſſerat.* Fre-culphus ita habet: *cecidit: & trabeas, faſces, ceteraque inſignia Romana in montibus ſuis tropæa fixit,* deletis, *quæ ceperat.* Quæ mihi lectio valde ar-riſerit, ſi ita concipiatur: *ceteraque inſignia impe-rii in montibus ſuis tropæa fixit.* Sic lib. III. cap XX: *Captaque de prætoribus inſignia, & faſces ad ducem detulere.* Salluſtius in Catilinaria, cap. XXXV. *Cum faſcibus atque aliis imperii inſignibus in caſtra contendit.* Valerius Max. l. V, c. 1. *Occurrit ei Romani im-perii decoratus ornamentis:* quem locum cap. X. excuſſi

## CAP. XXVII.

### *Libellus Supplex pro Anglo captivo.*

EA plerumque hominum ſolet eſſe non moroſorum facilitas, ut ineptum paren-tum erga Liberos amorem, qui dote ali-qua vel formæ, vel indolis bonæ eminent, æ-qui bonique conſulant, humanæque imbecil-litati ignoſcant. Eandem nunc ego humani-tatem, benigne lector, à te quoque tantum non certa ſpe præſumo, nec ægre laturum confido, inſeri fortuitis hiſce libellum ſuppli-cem, olim pro Anglo captivo ſcriptum; qui mihi eo gratior eſt, quo ſinceriora & ab invi-dia libera judicia, tunc temporis promeruit. Erant homines nonnulli, quales etiam nunc experior, malivoli, qui laboribus meis, at-que, præfiſcini dixerim, diligentiæ inviden-tes, occaſionem mea ſtudia carpendi, calum-niandique, ex infrequenti Latini ſermonis uſu captabant, negabantque, ullam mihi illius adeſſe facultatem. Accidit autem mihi per

quam opportune, ut victis inſigni prælio Anglis, captivi nonnulli ergaſtulo noſtro publico includerentur aſſervandi: quos dum viſo, offendo inter eos adoleſcentem nonnulla linquæ Latinæ cognitione imbutum. Natalibus ejus ac ſtudiis cognitis, miſertum eſt illius infelicitatis: ſublevandæ intentum ea me ſubiit cogitatio, poſſe illi per libellum ſupplicem libertatem à Conſulibus noſtris impetrari. Scripſi igitur hanc epiſtolam, utqne conſulibus ipſius Angli nomine traderetur ab Optimo & Ampliſſimo Viro D. AEMILIO COOLIC impetravi, quem ſua virtus, funeſtis illis libertati patriæ furentis plebis tumultibus, anno CIↃ IↃ CLXXII. cedentem, inter præclara noſtri ſeculi decora atque ornamenta collocavit: cujus eximiis in remp. meritis & perpetuæ erga me benivolentiæ, ſi qua mihi umquam *Illuſtrium Batavorum Vitas* ſcribendi facultas dabitur, debitam laudis in omnem duraturam poſteritatem gratiam rependam; cum & CANTII mei manes revireſcere partam virtutibus ſuis gloriam ſentient, ſeque inter *candidioris notæ* proceres gaudebunt memorari. Sed, ut unde Digreſſus ſum, revertar, Deprehenſa tum invidia eſt. Quid autem decretum fuerit, quid actum, indecôrum mihi ſit exponere. Hoc tantum dicam, ampliſſimum me tunc laborum meorum cepiſſe fructum, invidiamque veneno ſuo, quod effuſum reſorbere cogebatur, acerbiſſime caſtigaſſe. Dabis igitur communi hominum vitio, quod, quæ multam mihi quondam voluptatem attulit, epiſtolam, forte cum chartas nonnullas perveſtigo, oblatam amore ac-
dil-

uctus importuno, inter haſce hujus ſeme-ris ſubceſivas, & ſubſecundarias commen-ationes Fortuitis meis inſeruerim.

## PRO ANGLO CAPTIVO.

Si quid de te, fortuna, conqueri licet, ea nihi prima querela erit, quod egens, inops, aptivus, alienum cogor auxilium implorare. Grave illud ingenuo animo, oneri cuiquam ſſe, antequam fueris uſui: verum multo gra-ius eſt ipſum triſtiſſimi caſus pondus, qui me, on infelicem hactenus, brevi temporis mo-nento reddit infeliciſſimum. Acerba fortuna, k inimica bonis, quo me detruſiſti? in quod nalorum barathrum me conjeciſti? quæ tibi è nea abjecti hominis calamitate gloriæ acceſ-o? quis ex ignobili victoria titulus ſperari po-uit? Dabitis dolori juſtiſſimo, Viri, ac Do-nini Ampliſſimi, dabitis humanarum rerum iciſſitudini, quod pauca quædam cum iniqua la expoſtulo, paucíſque ſingultibus majori uerelæ proludo. Atque utinam mixtos lacry-nis gemitus, & ex intimo corde transfunde-e, quibus animi veſtri, ſupplicum precibus ihil unquam denegantes, ad opem mihi quo-ue miſero ferendam flectantur! Non autem e me maxime ſollicitus veſtris genibus advol-or: major me cura torquet, & angit ani-um penitior dolor, quoties cariſſimi capi-s, matris meæ reminiſcor. Hujus laniati nus, & ſordida facies, pellunt ab oculis ſo-orem, & ſi malorum ille domitor ſomnus revem quandoque ægræ menti requiem præ-et, moeſta mihi continuo afflictæ matris a-lis obverſatur imago, ſuam meamque ſor-m deplorantis. Sint aliis, quos eadem, quæ

me, gentis noſtræ clades involvit, juſtæ dolendi cauſæ: habeant parentis, quorum filiis una mecum libertas erepta eſt, cur inclementer fortunæ dicant: Verum illi abſque controverſia, juſtiſſimi planctus ſunt, ille luctus ſinceriſſimus, qui nihil unquam tale commeritis adeoque nec opinantibus præter fas exprimuntur. Miſerit alios ad hoc bellum abominandæ cædis aviditas: alios auri ſacra fames: alios inanis gloriæ cupido; aut, quæ bellandi cauſa ſpecioſiſſima eſt, amor patriæ: Me patriis præceptis ad pacem informatum: (quid enim præco pacis filium niſi charitatem, cujus alumna pax eſt, docuiſſet?) me patriis monitis ad pacem imbutum auctoritas Regia, ſeu miniſtri potius Regii nil non e libidine ſua moderantes, in navem conjecere. Notus eſt ille dirus gentis noſtræ mos: volentes nolentes pecudum inſtar abiis abigimur, quibus alienus ſanguis nimis vilis eſt. Hi me Pharmacopolæ in artis rudimentum famulantem ad hoc mare compulerunt, ut manus humani generis ſaluti deſtinatas cruore tantum non civili macularem. Præterquam enim, quod omnes homines hujus univerſi cives aliquatenus poſſe dici videntur, illis tamen multo magis hoc nomen competit, quibus eadem de Deo: de divinis opinio, eadem colendi ratio, atque una quaſi Sacrorum civitas eſt. Ite nunc, quos lubet, & diſcite bonas artes, quas mox neffario fortuna ſcelere contaminet. Longe mihi parentum vota, longe data ſtudiis tempora, longe mens recti conſcia, & pura labis: bello captus, eheû! captus, in carcere, in compedibus, inter ſontes detineor. Poſſent hæc mi-

mihi mala vitæ tædium afferre, meque ægri-
tudine animi ac mœrore exſtinguere, niſi,
quæ ſemper afflictis adeſt, jam dolore feſſum
ſpes ſolaretur. Hæc omnia promittens infe-
licem, labantemque ſpiritum ſuſtentat; hæc
prece ſupplici Vos adire jubet, & obſecrare,
ut humanæ ſortis memores, infortunatum a-
doleſcentem confectæ parentis luctui donare
dignemini. Non ego redditus meis huic rei-
publicæ nocuero, non profuero retentus.
Non pendet ab hoc capite communis ſalus,
pro qua lubenti illud animo devoveam. Cum
mihi parcetis, conſuletis matri: & ubi hu-
jus ætatem cogitabitis, meam quoque adole-
ſcentiam reſpicite. Opes mihi tenues ærum-
noſam pollicentur ſenectutem; niſi nunc formi-
cæ imitatus induſtriam, in hoc velut vitæ meæ
vere ſeminavero, ut æſtate colligam, quæ
hyeme erunt, depromenda. Sed & in du-
bios caſus, & ſubſidium matris, parcenda
quædam; & hæc unde? quid enim ab inchoa-
ta nuper arte, & necdum probe cognita præ-
ſidii, quid ſpei? Dum hic in ſordibus carceris
hæreo, & illa effugient, quæ jam tenere me
putabam, & ætas avolabit, quæ comparan-
dis addiſcendiſque artibus maxime idonea eſt.
Sic omnis mea ſpes, vita, ſalus, Viri ac Do-
mini Ampliſſimi in veſtra ſita ſunt benignitate.
Vos priſtinæ me reſtituere libertati, vos red-
dere parenti, vos reddere poteſtis & ſaluti:
quod ut velitis, per veſtra vos genua, per ve-
ſtram liberumque veſtrum Salutem, per for-
tunam ac genium hujus reipublicæ, oro atque
obteſtor. Annuite, quæſo, benivolo vultu:
habebitis intus conſcientiam recte collocati

beneficii teſtem locupletiſſimam, habebitis domi, qui ad tantæ benignitatis famam obſtupeſcant: habebitis foris indefeſſum veſtrarum laudum præconem, ex hoſte devotisſimum, e captivo clientem. Sed nec in ingratum tam grande conferetis beneficium: nam quamvis veſtra conditio in illud dignitatis faſtigium evecta ſit, quo gratæ mentis meæ conatus vix posſint aſpirare; nullam tamen occaſionem dimittam, qua, quod vobis non licet, Veſtris apud nos civibus rependam. Valete. Ampliſſimi Domini, & diu feliciterque rempublicam gerite. Dabam Goudæ. CIↃIↃC LXVI. a. d. VI. Eid. Julias.

## CAP. XXVIII.

### *Fraudes Sacræ.*

PRoferre hic animus eſt inſigne fraudis exemplum ab eo hominum genere excogi cogitatum, quod per ſpeciem pietatis humanæ credulitati turpisſime illudit. Deprom ſit hoc nobis Græce eruditus Jeſuita Andrea Schottus, è veteri Ant. Auguſtini codice qui Stobæi declogas phiſicas continebat. Ἀποσ- πασμάτιον dicit eſſe e Porphyrii περὶ ςύγος commentariis. Quoniam vero illius cognitio ad alias complures id genus fraudes agnoſcenda utilisſima mihi viſa eſt, operæ me pretium facturum duxi ſi fragmentum hoc, licet multis mendis inquinatum Latine verterem. *Acc pe*, inquit, *quæ regnante Antonino Emeſeno:* (eſt Elagabalus:) *hoſpites quidam in Syriam è Meſop tamia adventores Bardeſani aliquando narraverunt, pr ut ea ab ipſo Bardeſano literis mandata, proditaque ſu*

Humanar. obſerv. l. v. c. xx.

*Re*

*Referrebant illi, ſtagnum quoddam etiam nunc eſſe cui apud Indos* Exploratorio *cognomen ſit; in quod Indorum quiſquis criminis alicujus reus factum negitet, inducatur.*

*Explorari autem a Brachmanibus hoc pacto: interrogant primum hominem, cujus delatum nomen eſt, velitne per aquam illam in ſe inquiri? Recuſantem velut confeſſum reum ablegant ad tribunal, daturum illic admiſſi facinoris commeritas pœnas. At ſi quæſtionem admiſerit, inducunt eum una cum accuſatoribus in illud, quod memoravimus, ſtagnum. Nam & hi in aquam deſcendere coguntur, ut & ipſorum exploretur animus, verene an per calumniam reum accuſaverint. Ergo ubi & hi & ille ſtagnum ingreſſi ſunt, ad adverſam pertendunt ripam. Stagni vero altitudo paſſim vix ad genua attingit: nec ultra adſcendit, ſi reus inſons fuerit: ſi ut is tuto ſtagnum tranſeat. Quod ſi vero culpæ proximus fuerit, progreſſus aliquantum increſcentibus aquis ſenſim obruitur, capiteque tenus immergitur. Tum voco brachmanes inde retractum tradunt eum accuſatoribus, rogantes, ut intra mortis ſupplicium corrigatur. Raro autem accidere, ut negare quis crimen auſit, omnibus paſſim per hanc aquam redargui metuentibus atque indicari. Hanc igitur ſponte patratorum facinorum habere Indos indicinam. Ceterum eorum quæ præter animi ſententiam, ac inviti committerent, imo & quorumvis, etiam ſpontaneorum, adeoque totius vitæ aliam etiam apud eos eſſe explorandi rationem, ac viam: qua de Bardeſanes hæc memoriæ prodit, quæ ad verbum deſcribenda duxi. Narrabant etiam, inquit ille, ſpecum illic eſſe ingenuum, ingentem, in medio ferme perexcelſo monte, in quo ſtatua viſatur cubitum, ut conjectabant, decem admodum vel duodecim, erecto corpore, manibus in ſpeciem fere crucis diſpeſſis: cujus dextra faciei pars virum, ſiniſtra foeminam referat: nec vultus tantum, ſed eſt brachii, pediſque, adeoque univerſi vero feminea: Sic ut ipſo ſtatim primo intuitu conjuncta hæc in uno corpore collataque interſe amborum diverſitas ſpectatores mirifice com-*

*moveat, ac perturbet.* Ajebant *item dextræ hujus ſta-*
*tuæ mammæ ſolem inſculptum, ſiniſtræ Lunam; utrique*
*autem brachio angelorum numerum, tum cuncta, quæ*
*ſpectentur in hoc mundo: ut ſunt cælum, montes, ma-*
*ria, flumina, Oceanus, plantæ, animalia, ceteraque*
*id genus alia. Hanc ſtatuam Deum filio dediſſe, quum*
*mundum conderet, ut exemplar haberet condendorum.*
*Rogabam,* pergit ille, *ex qua ea ſtatuæ effićta eſſet*
*materia: At hoc neque ſe, neque quemquam ſcire*
*mortalium, non ipſe modo Sandales, ſanctiſſime*
*affirmabat, ſed & omnes, qui aderant, ceteri. Ne-*
*que enim auream eſſe, nec argenteam, nec æream:*
*nec lapideam, nec ex ulla alia ejuſmodi mate-ria:*
*proxime tamen potius ad Ligni ſpeciem accedere verum*
*duriſſimi, &, ſi quod aliud incorruptibilis; Nequ*
*tamen eſſe lignum. Addebant hiſce, fuiſſe olim de re-*
*gibus quendam, qui ex occipiti ſtatuæ capillum evel-*
*lere voluerit: ſed emanante ſtatim ſanguine adeo perter-*
*ritum animum conſternatum, ut vix intercedentium pr*
*ipſo, Brachmanum precibus recreari, Deoque reconci-*
*liari potuerit. Hujus ſtatuæ vertici Dei imaginem velu-*
*ti throno cuidam inſidere, ajebant: ac totam ſubinde*
*ſtatuam æſtuante aëre, ſudore diffluere, qui ventu*
*flabellis facto à Brachmanibus ſiſtatur, quod ni fac-*
*ant, plurima deffluentis ſudoris copia, omnem circu*
*illam tellurem velut virigari. Interiora autem, atq*
*ipſum adeo ſpecus receſſum, longo ab aditu interval*
*remotum obſcurum plane eſſe, ac tenebroſum: ita ut pe-*
*netrare cupientes facibus opus habeant, quo viam inve-*
*niant. In hoc intimo receſſu januam ulterius tendentib*
*obſtare, per quam aqua effluat, illa, quæ circa ex-*
*tima ſpecus reſtagnet. Hac intrare conantibus, qui ſ-*
*met ipſi explorare volunt, ſi puri, innoxiique fuerin*
*patere viam, ac ſtatim ampliſſimum ſeſe aperire aqu*
*fontem limpidiſſimæ, potuque gratiſſimæ; eque fon*
*illa, quam diximus, unda emanet. Sed qui in cul-*
*reatuque ſint, multo niſu intrare nitentes non poſſe;*

ſe

*e ſe illam coartare. Repulſos igitur conſiteri ſodalibus delicta, rogareque, ut pro ſe reliqui precibus placent Deum, diutiniſque ſemetipſi jejuniis macerent. Illic offendiſſe ſe,* Sandates ajebat, *Brachmanum conventus annuos, ad condictam diem: Ceterum nonnullos illic aſſidue commorari, ceteros undequaque quotannis tempore æſtivo, atque etiam autumnali, vigente cummaxime vindemia, cum ad ſtatuæ contemplationem tum ad mutua colloquia convenire, ſuique experimentum capere, ſi qua forte per prædictam januam intrare poſſint. Illic quæri, de inſculptis illi corpori figuris: non enim facile eſſe eas omnes aſſequi, quod & multæ ſint, & omnia ſeu animalia, ſeu plantas, quævis terra ferat. Atque hæc ſunt, quæ de ſua explorationis aqua Indi narrant: Puto autem & Apollonium ſyaneum aquæ hujus, quæ in ſpecu eſt, meminiſſe. Brachmanibus enim ſcribens jus jurandum aliquod concipit:* Non per aquam Tantaliam qua me initiaſtis. *Ita enim exiſtimo,* Tantaliam *ipſum ideo illam appellare, quod ad ſe adire ſummo ſtudio annitentes, ex eaque potum petere deſiderantes, perpetua illa expectatione torqueat, & caſtiget.*

Doli hujus technas aperire facile eſt: erant enim intus meatus ſubterranei fiſtulis plumbeis inſtructi, atque adornati, unde ab hujus doli conſciis ſacerdotibus aqua clam emittebatur. Hi namque cum ex ipſo vultu tum e ſermone, aliiſque multis argumentis, facile de cujusvis innocentia, integritateque facere poterant conjecturam. Hinc ſigno dato, adapertiſque clanculum valvulis, immiſſa in ſtagnum aqua repente ad eam, qua opus erat, adſurgebat altitudinem. Nec alia in propellenda in antro janua machina adhibita fuit. Si quis ea de re dubitat Lucianum velim reſpiciat, qui non unum fraudium iſtius modo exemplum recenſet.

ſet. Eadem enim arte in Deo Syriæ templo, Καὶ ἄλλα θαύματα, καὶ ξόανα θεοπρεπέα, καὶ θεοὶ δὲ κάρτα αὐτοῖσι ἐμφανέες. ἱδρώει γὰρ δή ὦν παρὰ σφίσι τὰ ξόανα, καὶ κινέεται, καὶ χρησμηγορέει. καὶ βοὴ δέ πολλάκις ἐγένετο ἐν τῷ νηῷ, κλεισθέντος τοῦ ἱροῦ, καὶ πολλοὶ ἤκουσαν. Quam facile vero iſtiuſmodi miracula fingi, ſudorque impoſitis veſperiſalis granulis noctu liqueſcentibus ſimulari, ſtatuæque fidiculis, uti νευρόσπαστα ſolent, rotuliſque, arte mechanica ſrabefactis, ac diſpoſitis, verti, torqueri, moverique loco; tandem clamores & voces fingi poſſint, etiam ſine arte magica, per tubulos ſcilicet parietibus inſertos, ac in ſtatuarum ora deſinentes, noſtra etiam ſecula norunt, ſtultam ſtupidæ plebis credulitatem hujus modi technis ſæpenumero circumveniundo. Narrat porro in eodem libello Lucianus, ſi modo illius is auctor eſt commentarioli, Apollinis in eo templo ſimulachrum ſuapte moveri fuiſſe ſolitum, & abſque, Sacerdotum interventu per ſe oracula edidiſſe. Ὁ δὲ, inquit, αὐτός τε κινέεται, καὶ τὴν μαντηΐην ἐς τέλος αὐτουργέει. Adſcribam & ſequentia, ut inde dolus eo liquidius cognoſcatur. Τρόπος δέ αὐτῆ[s] τοιόσδε. εὖτ' ἂν ἐθέλησι χρησμηγορέειν, ἐν τῇ ἕδρ[ῃ] πρῶτα κινέεται. οἱ δὲ μιν ἱρέες αὐτίκα ἀείρουσι. ἢν δὲ μ[ὴ] ἀείρωσι, ὁ δὲ ἱδρώει, καὶ ἐς μέσον κινέεται. εὖτ', ἂν ὑποδύντες φέρωσι, ἄγει σφέας, πάντη περὶ δινέων, ἐς ἄλλον ἐξ ἑτέρου μεταπηδέων. τέλος ὁ ἀρχιερεὺς αὐτια[σά]σαι, ἐπερέεται μιν περὶ ἁπάντων πρηγμάτων. ὁ δὲ, ἤν τι μὴ θέλη ποιέεσθαι, ὀπίσω ἀναχωρέει. ἢν δὲ τι ἐπαινέ[ῃ], ἄγει ἐς τὸ πρόσω τοὺς προσφέροντας, ὅκωσπερ ἡνιοχέων. I[n] itinere Gallico multa me id genus μηχανήματα Lugduni in muſæo Servierii, viri nobiliſ[ſimi] vidiſſe memini, ſuaviterque mirificam Ep[...]

ſcop[...]

opi *** ingenii riſiſſe tarditatem, arte o-
ania illa diabolica fieri cenſentis, nec exiſti-
nantis tantum, ſed & ad gravem iiſque al-
ercationem procedente jurgio errorem ſuum
uporemque defendentis, magiæque virum
gregium & innocentiſſimum inſimulantis.
Jnde facile conjectu eſt, quam levi opera
n hujuſmodi, ut feruntur, miraculis imponi qui
ueri inſtar ſapit bimuli rudi popello poſſit;
uum & Epiſcopalis dignitatis homini, ſi illa
nechanemata in templis ſacriſque imaginibus
dhibita fuiſſent, ſine dubio perſuaſum fuiſ-
et, non jam diabolica illa ſed divina vi di-
igi, moverique. Accalamaſſet & ipſe, alioſ-
que ſuo exemplo ad tollendos pariter clamo-
es excitaſſet, *Miraculum, Miraculum*. Hujuſ-
nodi vitulantium, ſeu potius vitulorum, o-
pera Pſeudomantis ille Luciani ad tantam ſan-
titatis famam pervenerat, Deuſque ejus Glu-
con tam præſens viſus fuerat, ut haberet quod
ibi gratularetur Lucianus quod præſentiſſi-
mum ab eo vitæ periculum effugiſſet. Meretur
lle commentariolus, ut plus quam ſemel lega-
ur. Et certè ſi frequentiore ille uſu tereretur,
minus fortaſſis haberemus hominum craſſo-
rum pinguiumque, quibuſvis id genus fabu-
lis, ac fraudibus habentium fidem.

Ejuſdem farinæ eſt & commentum illud
ignis αὐτομάτȣ, cujuſmodi in Græcia alicubi Eliacor.
impoſitas aræ victimas abſumpſiſſe Pauſanias I. Virgil.
retulit. Suave eſt illud Servii: *Certe apud majo-* XII.
*res aræ non incendebantur, ſed ignem divinum precibus* Æn.
*eliciebant, qui incendebat altaria.* Prudentior mul-
to fuit Horatius, cui *Gnatia Lymphis*.

*Gra-*

*Iratis exſtructa dedit riſuſque, jocoſque:*
*Dum flamma ſine, thura liqueſcere limine ſacro*
*Perſuadere cupit. credat Judæus Apella.*

## CAP. XXIX.

### *In Floro aliqua correcta.*

cap. XIX. lib. II. VIdere mihi videor in Floro vitium, quod nemo hactenus vidit. Oculatior hic aliis fuerim, an parum oculi proſpexerint, tuum, Lector, eſto judicium. Ita verò Florus: *Centum ſequentes ferreos plane & cruentos, & ſi quid immanius: quippe qui Jugurthinis, Cimbricis, Mithridaticis, Parthicis bellis Gallicis atque Germanicis, quibus coelum ipſum gloria aſcendit, Gracchanas, Druſianaſque cædes; ad hæc ſervilia bella miſcuerunt, & nequid turpitudini deſit, gladiatoria.* Ubi priora & ſequentia cum his confero, perſonarumque intricatam in vulgata, & per obſcuram commutationem, & abſque ulla diſtinctione confuſam, ſcripſiſſe Florum conjicio: *quippe quis Jugurthinis, &c. Miſcuerit*, quibus ſc. annis centum ferreis. Ita in præcedenti colo; *Quibus Africam, Macedoniam, Sic. Hiſpaniam domuit.* Atque ita ſemper populi Romani perſonæ uno tenore hæc omnia adſcribuntur, cujus nomen, ſi *anni* aliquid interea egiſſe dicantur, repetendum foret ante vocem *aſcendit*; licet nec ſic ſequentia commode cohæreant. Eodem capite hæſit etiam in nupera editione aliud vitium minutulum, in quod jam ante aliquod annos in meis ad Auſonium notis digitum intenderam: *Denique ſe ipſe converſus. Marianis atque Sullanis, noviſſime Pompeji & Cæſaris manibus, quaſi per rabiem & furorem*

rorem, *(nefas) ſemetipſe laceravit.* Ita ſequenti capite; *mixtis (nefas) veneno pontibus, ad deditionem quarundam urbium.*

Capite proximo quod legitur, *tota in ſemet regna veniebant*, quamvis non improbem, malim tamen, ſi res mei ſit arbitrii, legere, *obveniebant*: quod in hæreditatibus proprium verbum eſt. Eodem capite ſequentia ita partim ex conjectura, partim ex ſcripto libro reformem: *Ariſtonicus, regii ſanguinis, & ferox juvenis, urbes Regibus parere conſuetas, partim facile ſollicitat: paucas reſiſtentes, Myndon, Samon, Colophona vi recipit. Craſſi quoque prætoris cædit exercitum, ipſum vivum capit. Sed ille memor & familiæ, & Romani nominis, cuſtodem Barbarum virgula excecat, atque in exitium ſui, quod volebat, ira concitat. Mox à ſerperna domitus, & captus per deditionem, in vinculis habitus.* Freculphus habet, *cum ira & dolore exarſiſſet.* Sicut Lipſii ſententia & prior Salmaſii, rejiciendæ non fuerint, Capite v. l. III. aliquanto plus non mihi modo, ſed & aliquam multis aliis, iiſque viris doctiſſimis, negotii hæc ſententia faceſſivit: *Quippe cum effugiſſet hoſtem Colchos, Siciliæ quoque litora, & Campaniam noſtram ſubito adventu terrere voluit: Colchis tenus jungere Boſphorum, inde per Thraciam, Macedoniam Græciam tranſilire: ſic Italiam necopinatus invadere tantum cogitavit.* Aliorum non repetam conjecturas; apponam tantum meum: Legendum igitur puto: *Quippe cum effugiſſet in Colchos,* (vox enim *hoſtem*, hic inepte inculcata eſt) *Siciliæ quoque litora, & Campaniam noſtram, ſubito adventu terrere voluit. Colchis etenim jungere Boſphoron: inde per Thaciam, Macedoniam & Græciam tranſilire, & ſic Italiam nec opinatus invadere tantum cogitavit.*

Con-

Conſilium erat Mithridatis e Colchis in Tauricam tranſire Cherſoneſum, atque inde tranſmittere in Thraciam: peragrata vero Thracia, Macedonia, & Græcia conſenſa rurſus claſſe, quæ per Propontidem & Helleſpontum recto curſu circa Apolloniam ipſum, aut Dyrrachium, vicinave littora, opperiretur, legere Siciliæ littora, terroreque provinciæ quaſi ſuburbanæ injecto, in ipſa Campania exponere exercitum, atque ita Romam pergere, inopinatoque eam impetu opprimere. Occurrit eodem capite multo etiam difficilior locus, quem neſcio antentare auſim. Sed quid nocet tentaſſe? non enim res capitis eſt, ſed honeſti laudabiliſque ſtudii, ubi abfuerit temeritas. Hieroſolymam, inquit, defendere tentavere Judæi: verum hanc quoque intravit, & vidit illud grande impiæ gentis arcanum patens, ſub aureo uti cælo. Lipſius valdequam ingenioſe conjecerat, *ſub aureo vitem cælo.* Nam in Tacito legas; *Vitiſque aurea templo reperta.* Voſſius, aliique vulgatam defendunt. alii *velo* ſubſtituunt; alii *cillo.* Hoc mihi tamen videre videor, *&* *patens* ad ſequens comma referendum: & a priore ſegregandum: dein illud *uti*, vel *utis*, ut in Salmaſii codice erat, partem eſſe corruptæ vocis pro *uris.* Legi igitur poſſit: *& vidit illud grande impiæ gentis arcanum, patens ab aperturis cælum; vel patentibus aperturis cælum*: aut, ſi quis ita malit: *patens per aperturas cælum.* Aperta fuiſſe veterum adyta, ſeu potius ſubdivalia, notius eſt, quam ut probari neceſſe habeat. De *Aperturis* in ſacris ædibus videndus eſt Vitruvius lib. IV. Rem ipſam quod attinet, de ea ita Freculphus

phus

thus, qui plerumque bonos ſcriptores ſecutus eſt: *Nihil autem gravius in iſta clade Judeorum genti viſum eſt, quam ſanctum illud arcanum nulli cuiquam prius viſum, alienis eſſe detectum. Denique Pompejus una cum ſuis comitibus in templum ingreſſus, ubi neminem præter pontificem adeſſe fas erat,* (legerat ſine dubio; unde hæc deſcripſit, *quo neminem pr. p. adire fas erat) quæ intus erant, candelabra cum lychnis, & menſas, ex quibus libare atque adolere moris erat, & vaſcula ex auro cuncta perſpexit, congeſtamque pigmentorum molem, ac ſacræ pecuniæ, prope ad duo millia talentorum.*

Cap. VI. ejuſdem lib. III. gloſſema e margine in contextum irrepſiſſe videtur orationis. *Non alias*, inquit, *tam incruenta victoria uſi umquam ſumus: ſed nec fidelior in poſterum reperta gens ulla eſt. Idque proſpectum ſingulari conſilio ducis, qui maritimum genus a conſpectu longe removit maris, & mediterraneis agris quaſi obligavit.* Lege: *Neque fidelior in poſterum reperta gens ulla eſt: Singulari conſilio ducis, &c.* Similia, ſed itidem corrupta occurrunt lib. IV. cap. XII. *Certa mox fides, & æterna pax, cum ipſorum ingenio in pacis partes promtiore, tum conſilio Cæſaris, fiduciam montium timens, in quos ſe recipiebant, caſtra ſua, ſed quæ in plano erant, habitare & incolere juſſit. Ingentis & illud conſilii: Natura regionis circa omnis aurifera, miniique & Chryſocollæ, & aliorum colorum ferax. Exercere ſolum juſſit.* reliqua non a Floro ſunt, ſed ab interpretibus; qui non his tantum fraudem fecere, ſed & pluribus aliis. Sic cap. ſequente in initio: Creticum bellum, ſi vera volumus noſcere, nos fecimus. Vox *noſcere* a mala manu eſt. Probabant ea, quæ cap. XVIII. hujus libri leguntur: *Sociale vocetur licet, ut extenuemus invidiam: ſi verum tamen volumus, civile bellum fuit.* Ani-

Animadvertit tale quid & Freinshemius cap. VIII; ubi, *Baleares per idem tempus inſulæ piratica rabie corruperant maria*: ubi ei vocula *inſulæ* merito ſuſpecta eſt: mihi vero & illa altera *corruperant* in *corrupuerant* mutanda videtur. Sic lib. III, cap. VI: *Cilices invaſerant maria*, id eſt *corripuerant*. Sunt enim hæ voces ἰσοδυναμοῦσαι.

Libro vero primo cap. IX. extremo: *Et proximus quibuſque correptis totam ſub ſe Italiam, redegit.* Ita enim illic legendum. & lib. IV. cap. III *Cæſaris furor atque Pompeji urbem, Italiam, gentes, nationes, totum denique qua patebat imperium, quodam quaſi diluvio, aut inflammatione corripuit.*

Liberabo & proximum caput non minus inepto gloſſemate. *Sequens*, ait, *longeque cruentior pugna Belgarum; quippe pro libertate pugnantium.* Ultima ſunt. ex Cæſare lib. I. de bello Gall. In prioribus delenda vox *pugna*: & ſubintelligenda præcedens *motus*. *Primus*, dixerat auctor, *Galliæ motus ab Helvetiis*. Hic igitur, *ſequens longe cruentior Belgarum*.

Cap. XI. inepte vulgo & perquam putide legitur: *Regiis inhians ille theſauris, nihil ne imaginario quidem jure. Sed Seleuciæ ſe reſponſurum eſſe reſpondit*. Lege: *nullo, ne imaginario quidem jure Seleuciæ ſe reſponſurum eſſe reſpondit*. Scio ego acumen aliquod vulgatæ ineſſe lectioni nonnullis viſum iri: ſed quomodo *nil* reſpondit, qui *ſe Seleuciæ reſponſurum* reſpondit? Dio: Ὁ οὖν Κρασσος ἐκεῖνά τε ἐν Σελευκίᾳ τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου ἐρεῖν ἔφ. Nec aliter Plutarchus: Κράσσου κομπάσαντος ὡς ἐν Σελευκίᾳ δώσει τὰς ὑποκρίσεις, γελάσας ὁ πρέσβ &c. Alias, *nihil ne imaginarii quidem juris*, legendum foret.

Eodem capite bis ſcriptum Floro cap. Craſſi hoſti ludibrio fuiſſe, quod ab elega-

ti

tia Flori alienum. Quoniam vero omnia illic mirandum in modum pertubata ſunt atque confuſa, ita ea reſtituenda exiſtimo: *ſic miſerabili ſtrage deletus exercitus. Filium Ducis pæne in conſpectu patris eiſdem telis operuere. Ipſe in colloquium ſollicitatus, ſigno dato vivus in hoſtium manus incidiſſet, niſi tribunis reluctantibus fugam barbari ferro occupaſſent. Sic quoque reciſum cum dextera caput, relatumque ad regem, ludibrio fuit, neque indigno. Aurum enim liquidum in rictum oris infuſum: ut: cujus animus arſerat auri cupiditate, ejus etiam mortuum & exſangue corpus auro ureretur. Reliquiæ infelicis exercitus, quoquemque rapuit fuga, in Armeniam, Ciliciam, Syriamque diſtractæ vix nuntium cladis retulerunt.*

## CAP. XXX.

### *Miſcellæ Emendationes.*

CONjicere in hoc caput decrevi Miſcellas quaſdam emendationes, ſeu conjecturas potius, prout illæ mihi in manus venere. In oratione Ciceronis Catilinaria tertia cap. I, vulgo legitur: *Nam totius urbis templis, delubris, tectis, ac mœnibus ſubjectos prope jam ignes, circumdatoſque reſtinximus.* Elegantius in vetere libro Scriptum: *Nam toti urbi, templis, delubris, tectis, ac moenibus omnibus ſubjectus &c.* Non advertiſſem ad hæc animum, quod voce *urbis* templa, delubra, &c. contineantur, niſi mihi Favorinus apud A. Gellium aurem vellicaſſet, admonuiſſetque, hanc ita ſcribendi rationem Tullio dedita opera fuiſſe uſurpatum. Is enim lib. XIII, c. XXIV. hæc habet: *Sicuti in libro ejuſdem M. Tulli, qui de conſtituendo accuſa-*

*cuſatore eſt, una eademque res pluribus verbis vehementer atque atrociter dicitur*: Sicilia tota, ſi una voce loqueretur, hoc diceret, quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, ſedibus, delubris fuit. *Nam quum* urbes *totas ſemel dixiſſet*, ſedes delubraque *addidit, quæ ſunt ipſa quoque in urbibus.*

In Dione Caſſio turpe mendum eſt lib. XXXIX, ubi de Gabinio agit, e ſcelerum conſcientia male animato: ὥστε καὶ χρόνιος ἐς τὴν Ἰταλίαν ἀφικέσθαι, καὶ νυκτὸς ἐς τὴν πόλιν ἐσκομισθῆναι, ἔξω τε τῆς Ἰταλίας συχνὰς πάνυ ἡμέρας μὴ τολμῆσαι φανῆναι. Lege, ἔξω τε τῆς οἰκίας. Erat enim jam Romæ domi ſuæ; nec præ flagitiorum admiſſorum conſcientia, ac pudore, & metu in publicum prodire audebat.

p. 452. Pariſ. Apud Plutarchum in Sylla legas: Ἠνία μὲν οὖν ταῦτα τὸν Μάριον. ἔτι δὲ ἡγούμενος ἐλάττων αὐτοῦ φθονεῖσθαι τὸν Σύλλαν, ἐχρῆτο πρὸς τὰς στρατείας, τὸ μὲν δεύτερον ὑπατεύων πρεσβευτῇ. Τὸ δὲ τρίτον χιλιάρχῳ. Interpres omnino, ut ſæpe alias, mentem ſcriptoris non cepit, quam vertit: *Quamquam autem ſtimularunt ea Marium, minus tamen quam ſe ratus incidioſum Syllam, legatum eum ad exercitum in ſecundo conſulatu habuit, & in tertio tribunum militum.* Corrige: ἔτι δὲ ἐλάττονα ἢ ὑπ' αὐτοῦ φθονεῖσθαι τὸν Σύλλαν ἡγούμενος. Vertenda ea fuerant: *Vrebat id quidem Marium: verum quod Syllam adhuc dum humiliorem multo, quam cui ipſe invidere deberet, exiſtimabat, uſus eo eſt legato in ſecundo conſulatu; in tertio*
lib. IX. Theb. *tribuno.* Ita Amphion ad Parthenopæum apud Statium.

*Congreſſus dum nemo tuos pugnamque minorem,*
*Dignatur bellis, iramque relinqueris infra.*

Apud

Apud eundem in Mario unica literula corrupta magnam orationi labem attulit. Ita enim de illo jam ab exilio reduce: Ἀλλ' ἐσθῆτι φαύλῃ κεχρημένος καὶ κομῶν, ἀφ' ἧς ἔφυγεν ἡμέρας, p. 430. ὑπὲρ ἑβδομήκοντα γεγονὼς ἔτη, βάδην προσῄει, βουλόμενος μὲν ἐλεεινὸς εἶναι, τῷ δὲ οἴκτῳ συμμέμικτο τὸ οἰκεῖον τῆς ὄψεως αὐτοῦ πλέον τὸ φοβερόν. emendatio facilis eſt, nec tamen ab interprete, ut videtur, animadverſa. Lege πνέον τὸ φοβερόν. I. e. *Spirans terrorem.* Non multum diverſa de Romanis ad caudinas furculas ſub jugum miſſis Calavius Offilius apud Livium: *Silentium illud obſtinatum fixoſque in terram oculos, & ſurdas ad omnia ſolatia aures, & pudorem intuendæ lucis, ingentem molem irarum ex alto animo cientis indicia eſſe.* lib. ix.

Suetonius in Julio cap. XXIV. de imprudentia L. Domitii agens; *Sed cum L. Domitius,* inquit, *conſulatus candidatus minaretur, Coſ. ſe effecturum, quod prætor nequiſſet, ademturumque ei exercitus, Craſſum Pompejumque in urbem provinciæ ſuæ Lucam extractos compulit, ut detrudendi Domitii cauſſa conſulatum alterum peterent; perfecitque utrumque, & ut in quinquennium ſibi imperium propagaretur.* Reponendum puto: *Craſſum Pompejumque in urbem provinciæ ſuæ Lucam extractos, ut detrudendi Domitii cauſſa conſulatum alterum peterent, perfecitque, ut utrumque: & ut in q. ſ. imperium prorogaretur.* Vox *compulit* pro *perpulit* e margine in contextum irrepſit. fortean tamen legere præſtiterit: *ut detr. Dom. cauſſa coſ. alt. peterent, & ut in qu. ſ. imp. prorogaretur: perfecitque utrumque.* Sed prior lectio magis e veritate hiſtoriæ. Cæſaris enim conſilium erat, ut hi duo alterum conſulatum peterent: at illi tam prolixa in eum fuere voluntate, ut ejus tuendæ dignitatis gratia utrumque petierint: quæ de re pluribus Dio,

& in Cæſare Plutarchus. Induſtria Lipſii in Tacito emaculando inſignis fuit. Nonnulla tamen illum effugere vitii affinia: quale eſt hoc de Meſſallinæ impudicitia lib. XI. Annal.

*Dum induſtria cubiculum Principis occulit adulteros, dedecus quidem illatum, ſed exitium procul abfuiſſe.* Correxerunt alii: *dum hiſtrio cubiculo principis occultatur, dedecus, &c.* Aliorum, quod nuperrima mihi editio ad manus non eſt, reſpicere conjecturas non licuit; apponam igitur tantum meam: *Dum hiſtrio cubiculum principis inſultat liberius, dedecus quidem illatum, ſed exitium procul fuiſſe.*

Idem lib. XV. de conjuratione agens Piſoniana, cauſſamque reddens, quæ Lucanum ad ſocietatem criminis perpuliſſet: *Lucanum*, inquit, *propriæ cauſſæ accendebant, quod famam carminum ejus Nero premebat, prohibueratque oſtentare, vanus aſſimulatione.* Lipſius, *vanus amulatione.* rectius *vaniſſima æmulatione.* Et hæc hactenus.

## CAP. XXXI.

### *Reguli ſtellati deſcriptio, fabularumque nonnullarum Chemica expoſitio.*

REgulum hic ſtellatum deſcripturus ſum, qualem in prioribus promiſi, vulgarem illum, qui veri & Philoſophici ſit imago: & in quo, velut in ſpeculo, omnia, quæ ante dicta ſunt, agnoſcas. Suppeditabit ille omnium ferme antiquiſſimarum fabularum clavem: &, ne temere hoc dixiſſe videar, ſubjiciam aliquas ex optimis, quæ ſint omnium inſtar.

R.

R. Antimonii optimi ſplendentis, longis ſtriis, ſi ad manum eſt, Hungarici, p. ij
Limatur. Chalybis, ſeu clavor. chalybeorum puriſſ. p. j
Salis petræ
Tartari albi opt. ana. p. jβ.

Chalybs, ſeu clavi, ſive & lamellæ, in crucibulo tam capaci, ut materia quartam tantum ejus partem occupet, candefiat, igne intentiore: Huic infundatur ferreo cochleari Antimonium, impoſitoque operculo excitato igne liqueſcat. Ubi inſtar aquæ fluit, injice cochleari mixtum cum ſale petræ tartarum per partes, mox ubi injectum illud obturando crucibulum. Ubi detonuit, rurſus partem injice. & repete, uſque dum omni ſal petræ cum tartaro injectum, fuſumque ſit. intendendus autem ignis eſt. ut probe omnia liquefiant, & miſceantur. Effunde tum in conum concavum æreum, vulgo cornu antimoniale appellatum, verum ſevo prius, ſeu particula candelæ illitum, & ad ignem modice concalefactum: diligenterque bacillo ferreo, molliter tamen, latera ejus concutiendo fac ut regulus ſubſidat, ſcoriæque eleventur. Ubi refrixere omnia, ſeparantur ſcoriæ leviter decuſſæ, & apparet regulus prima ſæpe vice eximia, ſtella inſignitus, modo gradus recte fuerint obſervati: ſæpe namque intenſo nimis igne ſtellam conſumtam vidi, exhauſta aqua, ſeu humiditate Mercuriali. Quod ſi ſtella non apparuerit, regulus in pulverem redactus cum æquali ſalis petræ & tartari pondere iterum tertioque, donec ſcoriæ rubeſcant, inrecente crucibulo fundatur. Cavendum vero

ro ab antimoniali fuma ſive exhalatione, qui venenatus, & phthiſin, aliaque adfert incommoda ac morbos. Erit & unica vice purgatiſſimus, ſi pro ſale petræ & tartaro cineres clavellati ſumantur, in crucibulo prius intenſo igne calcinati. Quam primo Salem petræ antimonio injeceris, Typhonem agnoſces cælum magno ſtrepitu candentibus lapidibus petentem: & intelligere incipies illa ſcholiaſtæ Sophoclis: Ὁ τυφὼς, οὗτος γὰρ στροβίλων καὶ

ad Antigon. p. 413. καταιγίδος ἔφορός ἐστιν, ἀείρας, καὶ ἐπαίρας σκηπτὸν, καὶ στροβιλώδη ἄνεμον, ἄχος καὶ λύπην οὐράνιον, καὶ ἀερώδη πίμπλησι, καὶ γεμίζει τὸ ἐκεῖ πεδίον ὕλης πεδιάδος, ἤγουν τοῦ ἐν γῇ συρφετοῦ, αἰκίζων καὶ μαστίζων πᾶσαν φόβην καὶ τρίχωσιν (N. B.) χθονὸς, βοτάνας λέγω, καὶ δένδρα. ἐμεστώθη δὲ πᾶς ὁ ἀὴρ σὺν τῷ πεδίῳ, καὶ οὗτος τοῦ ἐκ γῆς συρφετοῦ πεπλήρωται. Τυφὼς δὲ λέγεται ὁ καταιγιδώδης ἄνεμος. Ἡσίοδος;

Ἐκ δὲ τυφώεος ἔστ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων.

Poëtæ ipſius verba ſunt;

Χρόνον τόδ' ἦν τοσοῦτον ἵστ' ἐν αἰθέρι
Μέσῳ κατέστη λαμπρὸς ἡλίου κύκλος,
Καὶ καῦμ' ἔθαλπε. καὶ τότ' ἐξαίφνης χθονὸς
Τυφὼς ἀείρας σκηπτὸν, οὐράνιον ἄχος
Πίμπλησι πεδίον, πᾶσαν αἰκίζων φόβην
Ὕλης πεδιάδος. ἐν δ' ἐμεστώθη μέγας
Αἰθήρ· μύσαντες δ' εἴχομεν θείαν νόσον.

Quem ultimum verſum nec Scholiaſtes intellexit, nec intelliget quiſquam, niſi peritus

IV Aeneid. artis. Eſt enim alias θεία νόσος, *Herculeus* morbus, vulgo comitialis, & caducus. Capies & illa Virgilii:

*Ecce*

*Ecce autem primi ſub lumina ſolis, & ortus,*
*Sub pedibus mugire ſolum, & juga cœpta moveri*
*Sylvarum: viſæque canes ululare per umbram*
*Adventante Dea.*

Ubi Singula ferme verba μυστικώτερόν τι ſubinnuunt. Euclides in Sectione Canonis Muſici: Εἰ ἡσυχία εἴη, καὶ ἀκινησία, σιωπὴ ἂν εἴη. σιωπῆς δὲ οὔσης, καὶ μηδενὸς κινουμένου οὐδὲν ἂν ἀκούοιτο. Εἰ ἄρα μέλλει τι ἀκουσθήσεσθαι, πληγὴν καὶ κίνησιν πρότερον δεῖ γενέσθαι. E reactione ſulphureæ naturæ ſalinæque oritur tertium quid, Helmontii *Gas*, ſeu ſpiritus ſilveſtris, qui primus fermentationis effectus. Hinc apud Plutarchum Panes & Satyri, qui ſylveſtres ſunt Dii, ſeu ſpiritus, primi ſenſiſſe Oſirin feruntur, cum is a Typhone fratre in mare dejectus eſſet. Habitabant autem hi circa *Chennin*. *Chen* autem Ægyptiis plantam ſignificabat. *Prima materia*, inquit Sendivogius, *eſt herba vel arbor, quam tu creare neſcis: ſecunda materia eſt ſemen: In hoc multiplicatur herba vel arbor.* Poſt ſilveſtres ſpiritus ſubtiliores ipſius fermentati partes: tertio ipſa fermentati ſubſtantia, qui quaſi ſanguis plantæ eſt. *Planta* igitur, ubi cum tota ſua terra a trunco ſeparatur, atque a radice ſua in aliam terram tranſplantatur, eſt *Aqua Terra* eſt ſubſtantia naturæ, quæ dicitur *Oleum*, & *Ignis*, cum *ſpiritu quintæ Eſſentiæ*; quam aqua ſecum aſportavit a terra foetente, unde exivit, & deſtillando emanavit. *Aqua* hæc poſſidet naturam illorum, e quibus elicitur, & ſeparatur. *Truncus*, qui Separatur, vel *radix*, unde exiit, ſunt fæces *Terræ*, quæ objiciuntur: quippe unde jam hæc tria *Aqua*, *Aer*, & *Ignis* exierint. Alia *Terra*, *cui planta*, ſive *Aqua* implantatur, eſt

tr. vij. novi. lum. Chem.

eſt terra, *alba*, *& rubea*; ubique tum naſcitur, atque radicatur. Hæc imprægnatio necdum eſt perfecta, ſed perfectionis medium. De fæcibus illis, quas nos *ſcorias* nominamus, Onomacritus olim canebat, ita Dianam alloquens:

*Πέμποις δ' εἰς ὀρέων κεφαλὰς νόσους τε καὶ ἄλγη.*

In hac imprægnatione *Sol ſpiritum ſuum generantem cum ſemine emittit, quem muliebre ſemen concipit, & in calore ita conſervat: unde filius naſcitur, & fit ſubſtantialis. Quando terra ſplendorem Solis & Lunæ aſſumit, tunc novum aliquod corpus naſcitur, quemadmodum novus foetus in utero materno: & terra Solem & Lunam in ſe recipit, & concoquit, foetuique*
pag. 286. *tuo cibum porrigit de die in diem, donec fortis potenſque*
& p.169. *fiat. & tunc foetorem & nigredinem abjiciunt, & de colore uno in alterum convertuntur.* Ita auctor Gloriæ Mundi. Hic eſt ille ſpiritus, qui ad imitationem ſpiritus majoris mundi intima quæque & minutiſſima metalli, adeoque ipſas atomos pervadit, ac ſolvit; convenientia ſibi jungit, ac adunat, alit, & auget; aliena ab ſua natura Segregat, & ejicit. De hoc igitur non minius vere dixeris, quod de illo altero Virgilius:

*Principio Cælum ac Terras, campoſque liquentes,*
*Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque Aſtra,*
*Spiritus intus alit: totamque infuſa per artus*
*Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.*
*Inde Hominum, Pecudumque genus, vitæque volantum,*
*Et quæ Marmoreo fert monſtra ſub æquore Pontus.*
*Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo.*

Hic ſpiritus verus eſt ille liquor *Alkaheſt*, qui etiam *Vitra* penetrat, univerſale ſolvens: quod fruſtra imperitiores e Venere ſibi petunt, quæ ipſam

ipſam *Venerem* ignorent. Sed reſpiciant illi primum harum lucubrationum caput. Illic enim eam inventuri ſunt. Quo vero ſingula cognitiora ſint, ipſaque adeo natura reguli ſtellati melius percipiatur, e Beckero, Tachenio, aliiſque nonnulla huc facientia excerpemus. Omnia mineralia, cujuſcunque ſint generis, quæ metallica corpora abſconſa continent, adjuncta habent acida, ſulphura nimirum varia; quæ impediunt, quo minus metallum ab impuritate fodinarum liberari poſſit. Hac in difficultate confugiendum neceſſario eſt ad alcalia, quæ celerem præſtant opem. Hinc additur antimonio chalybs cum tartaro ac ſale petræ: quod cum a ſulphure accenditur, pro parte deflagrat, pars vero cum tartaro in alcali vertitur. Ab hoc alcali abſorbetur omne acidum, quicum alias omnis antimonii Mercurius, qui metallum ejus, aufugeret: ſed hac via, adjuvante cumplurimum martis limatura, exſolutus liberatuſque acido ſuo ſulphure Antimonii Mercurius decidit, petitque fundum. Vel, ut alii volunt, arſenicale Martis ac ipſorum ſalium ſulphur arripit cognatum ſulphur antimonii: & hoc eſt, quod Baſilius Valentinus ait, Venenum, quod veneno pellitur. Stellam ab additorum Clave 1. ſalium copia quidam provenire exiſtimarunt. Sal enim cum ſulphure junctum formam ſtriatam exhibet. Ego, licet hoc non rejiciam, præcipue tamen ab aquæ Mercurialis, ſeu ſalis alkali volatilis interni; affluentia cum lucida puraque terra conjuncta, per congelationem naſci exiſtimo puraque terra conjuncta, per congelationem naſci exiſtimo: ſicut in de-

cidente nive, nec non in ipſa glacie ſtellas ſæpiſſime formatas vidimus, calore innato per externum frigus conſtricto; atque in radios ſtellares directo. Ut enim *omne lumen*, teſte Seneca, *rotundum eſt*, ita radios emittit pyramidales, qui vulgatam nobis ſtellarum figuram referunt, e rotundo centro in acuminatam extremitatem deſinentes. Diſſolvit enim vis ignea, cietque motus a centro ad circumferentiam ducens. Contra vero quod frigidum eſt, contrahit a circumferentia ad centrum, conſtringitque res ſimiles, & diſſimiles in unum. Hic igitur Mercurius ita congelatus *Regulus* appellatur, &, ſi proſpere ceſſerit, *Stellatus*. Neque tamen is eſt, uti monui aliquoties, Mercurius Philoſophorum verus, ſed imago tantum. Verus enim ille cum ſpiritu ſulphuris ſaliſque veri conjunctus principium & finis eſt, conſtans, æternus, ut ita loquar: unde verum Aurum potabile multo facilius, quam ex ipſo auro extrahitur, paraturve. Conjunctio vero ita peragitur: *primo* inquit Baſilius Valent, *leni calore* valde immaturus mercurialis ſolvitur ſpiritus, quo deinde magnetice ſulphurea anima extrahitur: tandem, quod in terra deliteſcit ſal itidem a Mercuriali ſpiritu, tamquam proprio ac ſuo magnete educitur. Ita illa tria vi magnetica, & amore conjuncta naſcuntur. Sed revertamur ad regulum. Sunt in eo potiſſimum hæc quatuor conſideranda, Acidum fixum ac volatile: quæ quatuor in Chao antimonii ope ignis externi excitato Archeo continuo motu in orbem vertuntur, ac ſe multo amplexa in unum corpus coëunt. Hæc ſunt, quæ vulgo

l. 1. nat. qu. 2.

lib. III. de univerſali mundi.

vocantur ϛοιχεῖα, ſive *elementa: quorum viciſſitudine*, ut ait Cicero, *MUNDI continuata natura eſt. Nam ex terra aqua, ex aqua oritur, aër; ex aëre æther. Deinde retrorſum viciſſim ex æthere aër; ex aëre aqua, ex aqua terra infima. ſic naturis his, ex quibus OMNIA conſtant*, ſurſum deorſum, *ultro citroque commeantibus Mundi partium conjunctio continetur.*

Ὁ ἀὴρ, inquit alius Philoſophus, μεταβάλλει εἰς ὕδωρ συνιςάμενος, εἰς δὲ πῦρ διακρινόμενος. ὥσ- Plu-
περ αὖ πάλιν τὸ διακρίσει μὲν εἰς ἀέρα φθείρεται, συγκ- tarch. de
ρίσει δὲ εἰς γῆν. Timæus Locrus tribuit *terram* primo frigido.
Lunæ, *aquam* Mercurio, *aëra* Veneri, *ignem* De Ani-
Soli: tum ordine retrogrado *ignem* Marti, *aëra* ma
Jovi, *aquam* Saturno, *terram* Spheræ octavæ: mundi.
in qua ultima latet, quod multis latet. Hæc elementa etiam animalia eſſe ſibi veteres perſuaſerunt. Ægyptii Deos inde quatuor fecere, Serv. ad
præſides HOMINI naſcenti; δαίμονα, ſive IV. Aen.
Solem, Lunam, ſive Τύχην, Amorum, & 524.
ἀνάγκην. quorum Amor, quod notandum, *oſculo* Macrob.
Significabatur, Neceſſitas *nodo*. Paulo aliter I Saturn.
Seneca: *Ægyptii*, inquit, *quatuor elementa fe-* c. 19.
*cere deinde ex ſingulis bina, marem & feminam. Aë-* l. III.
*rem marem judicant, qua ventus eſt; feminam, qua* nat. qu.
*nebuloſus & iners. Aquam virilem vocaret mare; muliebrem omnem alium. Ignem vocant maſculum, qua ardet flamma; & feminam, qua lucet innoxius tactu. Terram fortiorem marem vocant, Saxa, cauteſque: feminæ nomen aſſignant huic tractabili ad culturam.* c. 14.

His accedit *quinta Eſſentia*, quam Ariſtoteles Ἐντελέχειαν appellavit, *diſſimilis illis quatuor prioribus, e qua eſſent ASTRA, Menteſque ſingulares, ſubjecta omnibus, ſine ulla ſpecie, carenſque omni qualitate Materies, ex qua OMNIA expreſſa atque effecta ſunt.*

Et hæc mihi de Regulo ſtellato ſufficere videntur. Conferri cum his poterunt Baſilius & Sendivogius: apud quos itidem *cælum*, *Solem*, *Lunam*, *aſtra reliqua*, *homines*, *bruta*, *aves*, *arbores fontes*, *lapides*, *&c.* invenies. Ergo igitur fabulæ ſuperſunt nonnullæ, explicandæ, enarrandæque, quo data fides liberetur.

cap. II. & cap. IX. De *Jaſone* nil dicam, quia jam alius occupavit, prævortitque. De *Cadmo* conſuli poterit Philolethes in Introitu Aperto: qui tamen oſtendit potius quid velit, quam ediſſerit. Ut enim de *quercu*, ad quam transfixus Draco, nonnihil addam, nemo non fatebitur Chemicorum, multum huic arbori acidi ineſſe fixioris: unde & aſtringit. Vultne aliquis & acidum in ea volatile redditum? petat ab Iſidoro, Baſilidis filio ac diſcipulo, exponi ſibi, τί ἐστιν ἡ ὑπόπτερος δρῦς, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ πεποικιλμένον φᾶρος; de quo conſuli poterit Clemens Alexandrinus. (lib. VII. Stromat.) Quibus vero Diis ſacra ea fuerit, multi ante me multis docuere. Ego tamen id ipſum ea de cauſſa preticere nequeo, quia Deorum ipſorum ſæpius a me facta mentio, ad quorum naturam reſpexiſſe vereſimile eſt, qui ſuas cuique arbores tribuerunt. Jovi igitur eam veteres conſecrarunt, ac Junoni, necnon Rheæ. quin & *nymphas* in iis habitare, unaque cum ipſis vivere & exſtingui fabulati ſunt. Chemici, uti dictum acidum in ea arbore conſiderant, quod & plurimum in igne eſt. Jupiter æther, Juno aër calidior, ſæpe & terra, & Rhea eadem, omnes incluſum poſſident ignem plurimum; de quo & aliqua ſuperius cap. V. *Dracones* Chemicis Duo ſunt, alatus, qui Philoſophorum Mercurius: & ſine

& ſine alis, qui ſulphur. Utrumque *Hercules*, qui ſal Philoſophorum, in ipſis ſtatim cunis interemit: alterum *Apollo* mox poſt diluvium: & *Cadmus* noſter eundem *Marti* ſacrum, quam primum ubi in *Boëotiam* appulerat, peregrinæque *oſcula* terræ fixerat, ſacra facturus *Jovi*. Quia vero draco in tutela martis eſt, Valentiniani Raphaëlem ſuum, qui ipſe planeta Mars eſt, ſerpentiformi vultu effinxere ſunt iidem noſt Marti tantum, ſed & Soli, Apollini, Libero, Jovi Sabazio, Heroïbus, Cereri, Proſerpinæ, Hecatæ & Minervæ ſacri. Artemidorus: Οὐ μόνον ἱερὸς ὁ δράκων, ἀλλὰ καὶ πᾶσι μυστηρίοις παρὼν ἦν. Porro nec Harmoniam Martis & Veneris filiam Cadmi uxorem Philalethus attigit, nec eorundem in dracones metamorphoſin. ὧν ὁ μὲν ἀπηνὴς καὶ φιλόνεικος, ἡ δὲ μειλίχιος καὶ γενέθλιος. Hæc eſt iterum illa amicitiæ & inimicitiæ harmonia, ἔρις & φιλία Empedoclis, *concordia diſcors* Ovidii. conjugium Acidi & Alcali: Deſcribit hanc Cadmi conjugem perquam eleganter Martianus Capella: *Tandem*, inquit, *inter Phoebum Pallademque media Harmonia ſublimis ingreditur: cujus ſonorum caput auri coruſcantis bracteis comebatur. Cæſo etiam tenuatoque metallo rigens veſtis modulis ad motum greſſumque rata congruentia temperatim (ita lego,) blandis lenit crepitaculis tinniebat. Cujus inceſſum mater Paphia, ut eam contingeret, ſequebatur, licet pulchris roſea numeris, ac libratis paſſibus moveretur, vix tamen poterat imitari.* Dextra autem *quoddam gyris multiplicibus circulatum, & miris ductibus intertextum velut clypeum geſtabat; quod quidem ſuis invicem complexionibus modulatum ex illis fidibus circulatis omnium modorum concinentiam perſonabat. Læva autem virginis quam plures ex auro adſimulatæ, parvæque effigies theatralium volupta-*

Origenes adv. Celſum p. 295.

Lib. IV. c. 69.

Plut. de Iſid. & Oſir. p. 370.

lib. IX. de nupt. Philoſ.

*luptatum, religatæque pendebant. Verum illa orbis non chalys, nec barbiton, nce tetrachordon apparebat: ſed ignota rotunditas omnium melodias tranſcenderat organorum. Denique mox ut ingreſſa, atque ejuſdem orbis ſonuere concentus, cuncta illa, quæ diſſona ſua vitas commendarat, velut muteſcentia tacuerunt: ipſeque tunc Jupiter, cæleſtaſque Dii ſuperioris melodiæ agnita granditate, quæ in honorem cujuſdam* IGNIS ARCANI, *ac* flammæ inſopibilis *fundebatur, reveriti intimum patrimumque carmen, paululum in venerationem extramundanæ omnes intelligentiæ ſurrexerunt.*

Adnectam de Harmonia paucula ex Heraclide Pontico, quæ ad Reguli noſtri illuſtrationem plurimum facere videntur. Is igitur
p. 105. & 106. in Homericis Allegoriis: Ἑὼς μὲν ἂν, inquit, ἀφιλόνεικος ἡ ἁρμονία τὰ τέτταρα στοιχεῖα διακρατῇ, μηδενὸς ἐξαιρέτως ὑπὲρ δυναστεύοντος, ἀλλ' ἑκάστου κατ' ἐμμέλειαν, ἣν εἴληχε, τάξιν οἰκονομουμένου, ἀκινήτως ἕκαστα μένει. Εἰ δὲ ἐπικρατήσειέ τι τῶν ἐν αὐτοῖς, καὶ τυραννῆσαν εἰς πλείω φορὰν παρέλθοι, τὰ λοιπὰ συγχυθέντα τῇ τοῦ κρατοῦντος ἰσχύϊ μετ' ἀνάγκης ὑπείκει. πυρὸς μὲν αἰφνιδίως ἐκζέσαντος, ἁπάντων γίνεται κοινὴ ἐκπύρωσις. εἰ δ' ἀθρόον ὕδωρ ἐκραγείη, κατακλυσμῷ ὁ ΚόΣΜΟΣ ἀπολλυται. Neglixit item Philalethes progeniem Cadmi: nepoteſque Actæona & Penthea, queque præ ceteris commemoraſſe debuerat, *Ignigenam, ſatumque iterum, ſolumque bimatrem*, Neglexit & conditas a Cadmo Thebas, Herculis patriam, utrumque uberrimum longæ diſputationis, ſi cui otium fuerit, argumentum. Mihi, cui non licet eſſe tam beato, ad Pelea tranſire ſatius erit.

Quis autem Πηλεύς? nonne παρὰ τὸν πηλὸν ita dictus? quid Homini Chemico proprius, qui πηλοῦ πλάσμα? aut ſi quis παρὰ τὸ πάλλεσθαι malit,

lit, de motu eo perpetuo jam ante aliqua attigi. Eſt enim *perpetuum Mobile in* hoc MUNDO, continuo motu defendentibus cæleſtibus virtutibus, ſeu ſpiritu a Sole & Luna in hæc inferiora demiſſo perpetim regyrante. Hinc & Achilli filio πηλιὰς haſta. Verum tamen malim ἀπὸ τοῦ πηλοῦ. quo ſignificatu poëta Oceanum patrem rerum αἴδνον πηλὸν appellavit: & apud Platonem ὑγροῦ πηλοῦ ποταμοὶ, flumina liquatorum molarium ſunt, ſeu lapidum ſulphureorum; de quibus Severus in Actna:

Phædone extremo: v. 394.

*Pars oculis manifeſte jacet: rubet, ipſaque dura*
*eſt,*
*Ac lapis: in pingui fervent incendia ſucco.*
*Quin etiam vario quædam ſub vimine ſaxa*
*Toto monte liquant: illis cuſtodia flammæ*
*Vera tenaxque data eſt: ſed maxima quippe molaris*
*Illius incenſi lapidis ſibi vindicat Actnam,*

Ad quem locum Scaliger peropportune hæc Strabonis attulit: Τακείσης ἐν τοῖς κρατῆρσι τῆς πέτρας, εἶτα ἀναβλιθείσης, τὸ ὑπερχυθὲν τῆς κορυφῆς ὑγρὸν πηλός ἐστι μέλας, ῥέων κατὰ τῆς ὀρεινῆς. εἶτα πῆξιν λαβὼν γίνεται λίθος μυλίας. Hujus μέλανος bituminoſique πηλοῦ naturæ Peleus noſter eſt, cui Thetis collocatur, Θέτις δὲ, inquit Heſychius ἡ μήτηρ Ἀχιλλέως, καὶ ἡ θάλασσα, ἡ δὲ γῆ λέγεται Τηθύς: quam non fruſtra Heſiodus ἐρατεινὴν appellat, ac Oceano in conjugium dat. Sic & apud Homerum legimus:

in Theogonia.

Ὠκε-

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα. Τηθύν.

Sed ut ad Pelea regrediamur, in limo, ſive: ἐν τῷ πηλῷ multum eſt Acidi: quia & multum Martis, uti experimentis pluribus cognitum. De limo Cephiſi, Acheloi, Nili, deque Thebarum etymo Hebraico limum ſignificante ſuperius quædam dicta. Ex hoc limo, ſeu Peleo, & Thetide, natum iri in fatis erat, qui patre foret præſtantior. Ad has igitur nuptias celebrandas Dii omnes convenere: quemadmodum iidem & in officio nuptiali Cadmi, ſeu Jaſis & Harmonias, frequentes adfuere. Sic in noſtræ operis conjugio omnes planetæ convivæ ſunt nuptiales: de quibus fuſe Baſilius & Philalethes. Operæ hic pretium eſt e Fulgentio aliqua deſcribere, ut inde perſpici poſſit, quam prope Græci verum viderint. *Thetidem*, inquit, *dici voluerunt aquam, unde &* Nympha *dicta eſt. Hanc Jupiter, quaſi Deus, conjungit Peleo.* Πηλὸς *enim Grece, Latine* lutum *dicitur. Ergo terram, cum aqua commixtam volunt HOMINES genuiſſe. Unde & Jovem cum Thetide voluiſſe concumbere dicunt, & prohibitum eſſe, ne, ſi majorem genuiſſet,* (ita hic legendum) *eum de regno expelleret. Ignis enim, id eſt Jupiter, ſi cum aqua coëat, aquæ virtute exſtinguitur. Ergo in conjunctione aquæ & terræ, id eſt Thetidis & Pelei,* Diſcordia *Sola non petitur:* (i. e. non vocatur ad nuptias: *illa videlicet cauſſa quod CONCORDIA utrorumque elementorum HOMO gignatur.* In his nuptiis autem tres Deæ de pulchritudine contendunt, cujus præmium *aureum malum.* Datur hoc a Paride Veneri, id eſt, illi ſpiritui, qui in opere noſtro *abundantiore colore veſtitus eſt, cujus corpus mera tinctura eſt, non abſimilis colori, qui in optimo metallo conſpicitur, ac propter coloris abundantiam in rubedinem*

lib. III. Mythol.

in Practica.

ſe

*e extendit*, ut eſt apud Baſilium: *cui ſpecioſum rubei coloris vexillum MUSICA præfert, in quo depicta CHARITAS veſtibus* viridibus *pulcherrima: cui curopalates SATURNUS*. Thetis igitur, femina, Alcali eſt, ſive materia, omnium formarum capax, nec minus mutabilis quam ipſe Proteus, eodemque dolo, quo ille, capta, matrimoniique vinculo adſtricta. Hic jam opus erat Acidi vi penetrante. Ergo Chiron *haſta* Peleum *fraxima*, Neptunus *Balio* & *Xanto equis*, Volcanus eum *enſe* donat: Dii alii aliis muneribus. Ex his parentibus in lucem editur ACHILLES, heros noſter Chemicus, TROIAE fatalis victor ac pernicies: *quem velut HOMINEM PERFECTUM mater in aquas intingit Stygias*. Alii Thetidem, quum filio immortalitatem conciliare vellet, in *foco* eum clam igne obruiſſe tradunt. Idem de Iſide Plutarchus narrat, & de Cerere Hyginus, Ovidius, &c. Verum turbatas omnes intervenientibus forte parentibus exurere omnino mortalitatis vitium non potuiſſe. Adeſt enim HOMINI noſtro, inhæretque, ſed non penitus, ſulphur impurum: & hinc ei moriendum, ut de hinc clarificatus reſurgat, CAELESTIBUSQUE ſpiritibus æquetur. Sed nec ſine myſterio eſt, quod Scholiaſtes Homeri *Septimum* cum a Peleo igni ereptum tradit, ceteris extinctis. Audiamus jam Chemicos. *Si corpus*, inquiunt illi, *fluxum fiat, & comburatur, ad genitorem ſuum ſeſe flectit, & ſubtilis MAGNESIA fit aërea, & ad terram vertitur, quæ illam ſpiritualem facit, & vivificat*. Plura clavis VII. Baſilii ſuppeditabit, cujus hæc fabula quædam interpretatio

Apollodor. l. III.

Fulgentius, l. III.

Liber Aluc. p. 334. muſæi Hermet.

eſt. Ex Achille, quia necdum ab omni ſulphuris pravi labe purus, Pyrrhus naſcitur, Deucalioneæ Pyrrhæ cognominis: huic *Trojam* expugnare dabitur. Mater ipſi *Deidamia, hoſtium domitrix*, avus maternus *Lycomedes*]; & in hoc iterum LUPUM agnoſco. Vultis & de *Leuce* aliquid? de ea Mela: LEUCE Boryſthenis oſtio objecta, parva admodum, & quia ibi Achilles ſitus eſt, Achillea cognomine. De terra ALBA & pura, deque ſalina albedine ſuperius paucula dicta ſunt, quæ reſpici poterant. Supereſt ipſa TROIA; cujus ab Apolline Ignis Deo, & Neptuno tridentifero maris domino, exſtructos fuiſſe muros antiquitas fabulata eſt. Hunc *Hector* tuebatur impurum ſulphur, quod firmiſſime materiam amplectitur, & tenet. Hic ab Achille interficitur, & *ter* circum Trojæ muros raptatur: quo ſublato facilis Deinceps Trojæ eſt expugnatio, ſed ita tamen, ut Herculis *Sagittis* opus ſit.

lib. II. cap. VII.

Abſoluta Pelei, Perſei fabulam aggrediar. Huic Danaë mater,

*Quam clauſam implevit foecundo Jupiter auro.*

De qua quam multas nobis nugas Græci Latinique interpretes? ſi ſolam λάρνακα conſideraſſent, agnoviſſent & Deucalionis arcam, & Oſiridis; & *ciſtam* Bacchi *amphoram auream* Vulcani, & *arcam* Jaſonis, & Erichthonii *ciſtam*, Tenniſque *Triodita* capſam, cui ille cum ſorore *Hemithea a Cyeno* patre incluſus dicitur. & ad inſulam non Leucen, ſed *Leucophryn* delatus: omneſque hos pluſquam Gordios nodos *Tenedia ſecuri* unico ſolviſ-

Oppian. l. IV. Schol. Hom. 91. Tzetzes Chil. VII. 96. Ovid.

viſſent ictu. Sed & Brizomantis ſcapha, de Metam.
qua Athenæus, agnita fuiſſet; cui quum ſa- l. 11.
cra facerent deliades. σκάφας αὐτῇ προσέφερον Homer.
. πάντων πλήρεις ἀγαθῶν, πλὴν ἰχθύων. Arca hæc, lib. VIII.
ſeu ſcapha, ſeu navigium, Venter venti eſt.
De *piſcibus* dictum ſuperius. Addas his & *po-* Serv. ad
*culum* Herculis licet, (nam *cunæ* ejus non ſunt VII.
hujus loci) quo ille tamquam navigio ad ab- Aen.
ducendos Gerijonis *tricorporis boves* profectus
eſt. Adde & *poculum* ſolis, quo is ab orien-
te in occidentem vehi ſolitus. ducet enim nos
illud ad celebrem in Illyrico locum, cui Κύ-
λικες nomen: πρὸς ᾧ ἐστὶ τὸ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας μνη-
μεῖον. Illic otioſe haurire *poculum Heroum* da- Athen.
bitur, & cum πολυεςοφόρῳ Cerere epulari. Nec l. XI.
eſt ut quiſquam cyclopeas minas hic exſpe-
ctet, Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι. Ille enim jam
unico ab Vlyſſe *oculo* orbatus eſt, *ter* hauſto Schol.
vini *rubri* poculo. Altor educatorque Perſei Hom. Il.
(nam ad hunc redeundum eſt) fuiſſe perhi- 329.
betur Πολυδεύκης, multæ dulcedinis. Et
temperator Acidi: de cognatione forſan
*Deucalionis*. Ubi vero Perſeus adolevit, Gor-
gonas tres adortus, unico *oculo denteque* inter
ſe uti ſolitas, Meduſam prætento cryſtal-
lino, vel æreo levigato ſplendente ſcuto
interemit: cujus coma *Serpentifera*. Medu-
ſæ ſanguine natus Pegaſus, *alatus equus*: cu-
jus ope, & *harpes* a Minerva datæ, inter-
fecto cete, *Andromedam Cephei*, *Aetiopum*
regis filiam promeruit, *Phænicis* neptem. *Ce-
phea* ad *Cephiſum* fluvium, *Phenicem* ad Achil-
lis pædagogum, remittemus. Ex Andro-
meda virilis curæ uxore, filius Perſeo ge-
nitus *Erythtras*, alter *Pyrrhus*. Hæc ſunt, Be-

nivole Lector, quæ mihi nihil minus animo volventi Fors ſuggeſſit, dum lucretio deſtinatam operam editionum quarundam defectus retardat, & impatiens moræ longioris ardor quidquid obvium jubet arripere. Vale, & his, qualiacunque ea ſint, utere, fruere.

F I N I S.

# JACOBI TOLLII

# Ἔ Ρ Ω Σ

# ΚΟΙΜΩ΄ΜΕΝΟΣ,

ἢ

# Ὕ Π Ν Ο Σ

# Ἐ Π Ι Δ Ω΄ Τ Η Σ

Editio altera priore multis partibus auctior.

# GISBERTO CUPERO,

## Viro Nobiliſſimo, & Ampliſſimo Daventriæ Civitatis Coſ. eoque nomine ad Conſeſſum Ordd. General. Foederatæ Belgicæ delegato,

### JACOBUS TOLLIUS, S.

*MUlta cum animi voluptate; quum nuper apud Vos eſſem, epiſtolam illam legi,* Cupere *Nobiliſſime, cujus mihi inter ceteros, quos de ſtudiis communibus Sermones cædebamus, indicium feciſti. Ea pro voluptate non modo magnas Tibi a me deberi gratias ſtatim ſenſi, ſed & eveſtigio decrevi, quam primum revertiſſem domum, reddere quod deberem: idque eo, ſi fieri poſſet, cumulatius, quo tua in me animi voluntas prolixior, & eruditio, longe omnium tuæ conditionis hominum cultiſſima, cum mihi, tum omnibus, qui bonas literas amant, utilior eſt, ac fructuoſior. Utraque enim Heſiodium illud inculcat,*

——— Εὖ δ' ἀποδοῦναι

Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴκε δύνηαι.

*Ut autem majore menſura poſſim, ipſa illa, quam colimus, fertiliſſima præſtat eruditio, quæ deſideriis noſtris*

*noſtris numquam plane deeſt, etiamſi non ſemper, quantum volumus, ſuppeditat. Accipe igitur, quæ dum epiſtolam ipſam legi, animadvertenda occurrerant; quæque ad ipſius meæ prioris lucubratiunculæ illuſtrationem aliud agenti aliquando obvenere. Sed ea illa animi facilitate accipe, qua ignoſcere ſtudio ſoles, qui doctos labores tuos ſummopere admirati, impari tua veſtigia paſſu calcant, adeoque non aſſequuntur. Epiſtola hæc Gallico ſermone conſcripta auctorem præ ſe fert Rondellium, virum ut hactenus mihi ignotum, ita, quantum ex hoc ſpecimine videre licuit, elegantis ingenii, multæque in his ſtudiis amoenioribus operæ, ac doctrinæ. Dedi & ipſius meritis, & publico commodo, quod illam Latine verterim: præterea, quæ mihi in mentem venere, ſubjeci; non omnia tamen, ut nequid nimis. Præcedit autem mea, quæ tempore prior fuit, commentatiuncula. Utramque ubi legeris,*

------ Sincerum mihi
Candore noto reddas judicium, peto:

*In quo lubentiſſime acquieſcam. Adjeci pro corollario marmoris antiqui inſcriptionem, ut hoc, quod non ita dudum collectarum inſcriptionum feciſti damnum, quantum in me eſt, levem; addito & illarum quoque inſcriptionum apographon, quas in Gallia partim ipſe deſcripſi, partim ab amicis deſcriptas accipe. Hanc autem acceptam fero Viro Nobiliſſ. & eximio poëtæ, Joanni Sixio, Toparchæ in Wimmenum, in* Amſtelædamenſi *Republica, Senatori & Exſcabino, in cujus Muſeo, ſi ad eam forte aliquando viſere dignaberis, & antiqua plura marmora invenies ſpectatu digniſſima, & nummorum veterum non contemnendam copiam. Interim his fruere, Vir Ampliſſime, & Vale.*

Dabam Teutoburgo,
A. CIↃIↃCLXXXV. Eid. April.



P. 265.




Preſsitque jacentem

Dulcis & alta quiês placidæque ſimillima morti. Virgil VI. Aen.

# JACOBI TOLLII

# ἜΡΩΣ ΚΟΙΜΩ΄ΜΕΝΟΣ,

ἢ

## ὝΠΝΟΣ ἘΠΙΔΩ΄ΤΗΣ.

INter Antiquitatis monumenta, quæ nobis aut longi temporis injuria, aut immanis barbararum gentium rabies reliqua fecit, ſigna ſunt, & ſimulacra, quæ plurimam mihi ſoleant afferre voluptatem. Non enim ſolum oculos oblectant, ſed & animum ſæpe inſtruunt ſalubribus præceptis, aut certe ſcientiam adaugent, quæ cognoſcendis veterum dictis, factis, ſcriptis continetur. Quare gratiſſima mihi illa accidit occaſio, quæ iſtiuſmodi generis aliquot marmora quondam obtulit. In his Cupidinis erat ſignum leoni indormientis, reflexa in ſiniſtrum humerum dextra, ſiniſtra vero duo papavera complexi, quibus lacerta adrepit. Juxta dextrum latus hæ literæ, nec plurium veſtigia viſuntur: O. V. A. R. N. M. Hic Oedipo eſt opus. Sed quamvis ego nec Davus ſim, nec Oedipus, interpretabor tamen: ſi bene, non ſine aliquo fructu: ſin male, ut alii melius. Ergo igitur ita explico: *Omnis Vis Amoris Requie Nocturna Miteſcit.* Eſt enim Somnus λυσιμέριμνος, κόπων ἡδεῖαν ἔχων ἀνάπαυσιν, καὶ πάσης λύπης ἱερὸν παραμύθιον ἔρδων, ut ait Orpheus, ſive potius *In hymnis.*



tius

l. 1. de natu. deor. c. 38. l. x, c. xi. Præpar. Euangel.

tius Cercops, ſeu Cecrops, ut quidam putant, indicante Cicerone. Sive Onomacritus, uti ex Tatione veteribus traditum refert Euſebius. Vel, ut in Galliambo Poëtarum Latinorum delicatiſſimus Catullus,

*Abit in quiete molli rabidi furor animi.*

Hercule furente act. iv. ſc ii.

Unde & a Seneca ita compellatur:

*---- Tuque o domitor*
*Somne malorum, requies animi.*

l. iii. Argonat.

Exemplum hujuſce rei luculentum occurrit apud Apollonium, ubi Medeæ Jaſonis amore ceptæ curis enarratis hæc ſubjicit:

Κούρην δ' ἐξ ἀχέων ἀδινὸς κατελώφεεν ὕπνος.

l. iii. eleg. iv.

Quin vix quidquam frequentius apud amorum ſcriptores. Hinc Tibullo,

*---- Menti Deus utilis ægræ.*

l. iv. p. 433. in Protrept. p. 125. l. 1. c. 84.

Et Achilli Tatio, πάντων νοσημάτων φάρμακον. Critiæ vero apud Athenæum κυμάτων λιμὴν, at Jamblicho ἀνά παυμα κακῶν dicitur. Cauſſa in promtu eſt; πάσης γὰρ ἀπαλλάττει φροντίδος, ut eſt apud Artemidorum in Onirocriticis. Atque hinc illa Cythiæ Propertianæ:

*Interdum graviter mecum deſerta querebar*
*Externo longas ſæpe in amore moras.*
*Dum me jucundus lapſam ſopor impulit alis,*
*Illa fuit lacrymis ultima cura meis.*

In Oreſte & ex eo Plutarchus in lib. de ſuperſtitione.

Quod autem ſomno miteſcere amoris morbum dixi, id mirifice confirmatur hiſce Euripideis; tametſi ad inſanientem ea pertineat Oreſtem:

Ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον, ἐπίκουρον νόσου,
Ὡς ἡδύ μοι προσῆλθες ἐν δέοντί γε.

Ὦ πό-

Ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν, ὡς εἶ σοφὴ,
Καὶ τοῖσι δυςυχοῦσιν εὐκταία θεός.

Ubi Oblivionem itidem ſomno adjungit, ſic ut hic Oblivionis illi ſymbolum adjectum eſt, de quo poſt paulo plura. Non enim diu huic noſtræ conjecturæ immorabimur. Symbola vero illa, quæ plus lucis admittunt, quantum in nobis eſt, illuſtrabimus, ut quid ſibi ſtatuarius voluerit, liquido appareat. Erat hic veterum mos laudatiſſimus, ea, quæ ſimpliciter atque aperte propoſita minus erant habitura voluptatis venuſtatiſque, ſymbolis involvendi: cum ut ingenia hominum diligentium & curioſorum ad ea perquirenda & penetranda excitarent, tum ut profanum vulgus ab his muſarum atque elegantioris Eruditionis ſacris arcerent. Sic inter exſtantia Romæ ſigna vetera Cupido alius viſitur, cogitabundus: quam conſilii moram ſapienter expreſſit artifex, dum eum ſedentem finxit, & dextro pede teſtudinem prementem, quæ proſerpit. Alterius exempli meminit Pauſanias, refertque Veneris Uraniæ ſimulacrum, opus Phidiæ, Elide fuiſſe, quæ & ipſa pede teſtudinem premeret. Exiſtimat Plutarchus ideo factum, quod teſtudo domiporta ſit: ut hinc femina diſcat ſe domi continere, neque re familiari neglecta per vicinorum alienaſve domos divagari. Nam, ut Gnomæ Græcorum docent,

In Eliacis poſter.

In præceptis Conjug. & de Iſide & Oſir.

Γυναικὸς ἐσθλῆς ἐςι σώζειν οἰκίαν.

Sive, ut apud Æſchylum Eteocles,

In Septem ad Thebas.

----- Μὴ γυνὴ βουλευέτω
Τἄξωθεν. ἔνδον δ᾽ οὖσα μὴ βλάβην τιθῇ.

Qua-

Syneſius de Povidentia. Quapropter Oſiris unam mulieris eſſe virtutem arbitrabatur, ſi nec corpus ejus, nec nomen janua efferretur. in quam ſententiam nonnulla etiam Philo Judæus habet, quorum nunc deſcribundi copia non eſt.

Addit & alteram rationem, qua ſilere monetur mulier, quod hoc animal lingua careat: nam ut eædem dicunt gnomæ:

*Γυναικὶ πάσῃ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.*

Simocattia quæſt. phyſ. XIII. Quia, uti veteres illi ſeveri homines exiſtimabant, pudicitiæ loquacitas non convenit: adeo ut & aves feminas, & cicadas ideo a natura mutas creatas eſſe opinarentur, ut haberet homo muliera plura taciturnitatis exempla, quæ imitaretur. Poëtæ Græci, qui non immerito *σοφοὶ* priſcis dicti ſunt, multa in hunc ſenſum protulere: inprimis autem ille feminei ſexus exagitator Euripides, cujus hi duo verſus utramque Plutarchi rationem complectuntur. in Heraclidis.

*Γυναικὶ γὰρ σιγή τε, καὶ τὸ σωφρονεῖν*
*Κάλλιστον, εἴσω δ' ἥσυχον μένειν δόμων.*

Aliquanto vero brevius Aeſchylus, in eadem, cujus paulo ante memini; fabula

*Σὸν δ' αὖ τὸ σιγᾶν, καὶ μένειν εἴσω δόμων.*

ſunt & alia id genus plura apud Lycophronis ſcholiaſtem alioſque, quæ dedita opera prætereo.

aliam alibi reddit. vid. Cartari de gli imagini de gli Dei p. 896. At licet hæ rationes bonæ ſint, nihil obſtat tamen, quominus & alia æque veriſimilis dari poſſit. Venus Urania, quod nec pueros fugit, amoris ſancti & conjugalis habita eſt præſes, longeque a Venere altera, quæ *πάνδημος* dicta,

dicta, diverſa: ut quæ nullis voluptatis aut libidinis ſtimulis uteretur; verum potius caſto quodam, puro, & tantum non cœleſti amore corda devinciret. Ea propter hanc quoque cunctabundam, tardiſſimeque feſtinantem, non ſecus atque Cupidinem nobis proponi exiſtimaverim; quod de matrimonio cogitantibus conſilia caute & lente ineunda ſint. Artemidor.l.1.

Incumbit autem, ſive indormit Leoni noſter Cupido, ut ejus poteſtas indicetur, cui ſæviſſimæ fortiſſimæque feræ ſubjiciantur. Dictum eſt Epicharmi Comici, Fulgent. III Mythol.

Δαμαςὲς ἔρως λεοντείᾳ δυνάμει θωλερός.

Et inter vetera Græcorum epigrammata Argentarii cujuſdam hi verſus reperiuntur: Stobæus c. 61. & Anthol. l. c. 27.

Αὐγάζω τὸν ἄφυκτον ἐπὶ σφραγῖδος ἔρωτα
χερσὶ λεοντείαν ἀνιοχεῦντα βίαν, &c.
---- ὁ γὰρ ἐς θῆρα δαμάζων
Ἄγριον, οὐδ' ὀλίγον φείσεται ἀμερίων.

Qua ratione ductus Arceſilas leænam ſculpſit, *aligeroſque ludentes cum ea Cupidines, quorum alii religatam tenerent, alii e cornu cogerent bibere; alii calcearent ſoccis.* Varro apud Plin. 36, 5.

Eſt & nummus Plautillæ, cujus nobis ectypon Triſtanus dedit, in quo Venus *Victrix* exhibetur, ſiniſtra palmam, dextra pomum geſtans aſſiſtente Cupidine velum ab oculis remotum gerente, & a tergo effictо clypeo, cui leonis inſculpta effigies. quæ omnia Amoris vim, & hinc *victricis* Veneris veluti triumphum ſat clare indicant. p. 243.

Hinc & ad matrem ipſum gloriantem Lucianus inducit, familiarem ſe jam leonibus matris Deum conſcenſis eos tergis, & apprehen- In Dialog. deor.

henſis jubis velut equitem agitare. θάῤῥει μῆτερ, inquit, ἐπεὶ καὶ τοῖς λέουσιν αὐτοῖς ἤδη ξυνήθης εἰμί. καὶ πολλάκις ἐπαναβὰς ἐπὶ τὰ νῶτα, καὶ τῆς κόμης λαβόμενος, ἡνιοχῶ αὐτούς. οἱ δὲ σαίνουσί με, καὶ τὴν χεῖρα δεχόμενοι ἐς τὸ στόμα, περιλιχμησάμενοι ἀποδιδόασί μοι.

in Ciri. Notum illud Virgilianum

*Ille etiam Pœnos domitare leones.*
*Et validas docuit vires manſueſcere tigris.*

in Theogon. 121. ut & illud Muſæi, Αὐτὸς ὁ πανδαμάτωρ. Et hoc Heſiodi:

Λυσιμελὴς, πάντων τε θεῶν, πάντων τ' ἀνθρώπων
Δάμναται ἐν στήθεσσι νόον·

Situs ille corporis, & dextræ manus in humerum alterum rejectio, *membris languore ſolutis*, uti de ipſo Deo ſomno loquitur Ovidius, fatigationem innuit, quæ quiete diſpungitur; non ſecus atque dextra ſuper caput reflexa requieſcentem e longo labore denotat apud Lucianum. Cujuſmodi apud Boiſſardum inter part. VI. p. 5. antiquas alias ſtatuas una Nymphæ cujuſdam. eſt hoc corporis ſitu dormientis. Nec fruſtra eſt, quod in aurem ſiniſtram dormit. Illud enim repetiti ſomni indicium, adeoque animi cura levati. Prius enim, ſi medicis auſcultandum, in dextra dormire ſalubrius, qui ſomnus ut primus, ita altiſſimus. Sed expergefactum ſemel redomire non tam facile, niſi omni cura vacuis. Nota ſunt adagia *in utramvis*, *& in dexteram aurem dormire*, & quod & hic locum habere aliquem videtur, *pedibus porrectis.* quo pedum ſitu ipſius nobis ſomni ſimulacrum exhibet Boiſſardus.

(Margin: Eraſm. in Adag.)

Pavaver ad conciliandum ſomnum, & dolores ſopiendos. Parmeno Byzantius apud Athe-

Athenæum: καθυπνος ὡς μήκωνα φάρμακον πιών.

Hinc Somni Dei revinctum papaveribus caput in antiqua ſtatua Muſei Fuggerorum. Ovidius de Nocte:

*Interea placidam redimita papavere frontem Nox venit,*

Et apud eundem Ovidium de regia Somni.

*Ante fores antri fœcunda papavera florent,*
*Innumeræque herbæ: quarum de lacte ſoporem*
*Nox legit, & ſpargit per opacas humida terras.*

Et apud Orpheum,

Ὕπνε θυμίαμα μετὰ μήκωνος.

Nec non apud Silium,

---- *Curvoque volucris*
*Per tenebras portat medicata papavera cornu.*

Cereri item tributum papaver. Teſtis gemma Gorlæi, & nummus Græcus Neronis apud Triſtanum, in quo Meſſalina Cererem repræſentat papavera & ſpicas tenens. ut omittam nummos Domitiani & Neronis apud Angelonium, alioſque apud Spanhemium, Theocritus de Cerere:

----- ἃ δὲ γελάσσαι
Δράγματα καὶ μάκωνας ἐν ἀμφοτέραισιν ἔχοισα.

Ceres enim, ut ait Servius *Jove admonente dicitur cibo papaveris orbitatis oblita*. Ovidius de Cerere medicinam factura filio Celei ἀγρυπνίᾳ laboranti:

*Illa ſoporiferum, parvos initura penates,*
*Colligit agreſti lene papaver humo.*

lib. v. B. Rhenanus in epiſt. ad Pirchaimerum L. xi. Metam. 605. Gemma Baſilid. lib. x. pag. 155. Comm. Hiſtor. in dactylioth. 117. Eidyll. xii. n. 47. Callimachus in Cererem. Faſtor. l. iv. ad Virgil.

Dum

Geor. I, 78. & V, 212. *Dum legit oblito fertur guſtaſſe palato,*
*Longamque imprudens exſoluiſſe famem.*

L. III. Præpar. Evang. Et recte *oblita* dixit. μήκων enim, ut Heſychius ait, πόατις λήθην ἐμποιοῦσα.

De nat. deorum. Galeus I. VII de fac. ſimpl. IV Georgicor. 131. I. Georg. 212. IV Æneid. 486. Plinius l. XIX, c. 8.

Quamquam aliæ quoque rationes ab antiquis adferuntur, quod nempe fertilitatis exiſtat ſymbolum, uti tradidit Euſebius; & e nummo liquet Hierapolitanorum, ac Apotheoſi Auguſti in nobili illa gemma, cujus nobis explicationem Triſtanus & Rubenius dedere. Vel quod hujus rotunditas ac turbinata figura terram in Sphæræ modum rotundam eſſe ſignificet, ut Phurnutus voluit: vel, quod credibilius, quia veteres olim papavere in cibo uſi ſunt: unde & *veſcum*, & *Cereale papaver* Virgilius appellavit: alibi vero *ſoporiferum*. Nam utroque modo convenit paſtui. Quod veteres ruſtici non ignoravere. Ii enim, quod labore & opere ruſtico fatigatis utraque corporis refectio eſſet neceſſaria, *panis ſui cruſtis papaveris candidi ſemen inſpergere* ſolebant. Egregius ea de re locus eſt apud Philoſtratum: Καὶ εἰ μὲν ὄψει τι χρήζεις, αὐτὸ ἔχεις. τό τε γὰρ μάραθρον μετέχουσι, καὶ τὸ σελίνου, καὶ ἔτι μήκωνος, ἅπερ ἐστὶν ἥδυσμα τοῦ ὕπνου.

Lib. II. Imag. in

Meminit alicubi Athenæus βολητίνου ἄρτου, qui antequam pinſeretur, inungebatur mactra oleo, & ſubtus ſemen papaveris aſpergebatur. Verum notabilior eodem libro, & huc magis faciens eſt alter ejuſdem locus. Μακωνίδων δ᾽ ἄρτων, inquit, μνημονεύει Ἀλκμὰν ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ, οὕτως:

Κλίναι μὲν ἑπτὰ, τόσαι τραπέσδαι μακωνίδων ἄρτων,
Ἐπιστεφεῖς σελίνῳ τε σασάμῳ κὴν πελίχναις πέδαισι.

Ad quem locum Caſaubonus ex Heſychio ἐνθαλάμια πλάσματα ἐκ μήκωνος καὶ σησάμης adfert: & e Petronio *verba ſeſamo & papavere ſparſa*, pro mellitis ac ſuavibus. poterat & illa ex Plauti Poenulo addidiſſe, ubi puella amaſio videtur *nil niſi laterculos, Seſamum, papaveremque, & triticum, & frictas nuces loqui*, quod ſicut illorum omnium, ita & papaveris ſapor dulcis & gratiſſimus eſt: unde & ipſum papaver toſtum cum melle in ſecundis menſis olim poſitum eſt. Adhæc hortenſe papaveris genus eſt, quod θυλακίτιν medici vocant paniſiciis accommodatiſſimum & ſaluberrimum. cap. 27, p. 214. Act. I. ſc. 2.

De hoc papaveris genere ita Dioſcorides Μήκων ἡ ῥοιάς ἐστιν ἥμερος, κηπαία, ἧς τὸ σπέρμα ἀρτοποιεῖται εἰς τὴν ἐν ὑγιείᾳ χρῆσιν, καὶ σὺν μέλιτι δὲ ἀντὶ σησάμης αὐτῇ χρῶνται, καλεῖται δὲ θυλακῖτις. l. IV. c. VI.

Quod autem pacis tempore cerealium fructuum copia erat, hinc factum puto, ut in antiqua gemma cum mater pacis Concordia effingeretur inſertis ſibi dextris, quæ inter duas ſpicas medium papaver continerent. Tum ejuſdem conciliatrix Victoria papaver, ſpicam, & gubernaculum ſibi haberet addita. Gorlæus gemma 54. Gemma 7.

Papaver porro & Lunæ ſacrum eſt, quæ noctis Dea, cum ob vim ſoporiferam, tum quod ejus extrema muris inciſis; ſeminaque ejus populi frequentiæ ſimilia ſint, tum vero ut fœcunditas innuatur, quam Luna rebus mundanis præſtat. Auſonius autem in Cupidine Cruciſixo, quod papaver Proſerpinæ quoque Porphyrius apud Euſeb de præpar. Euang. III, XI. Ælian.

l. xvi, c. 12. Hiſt. animal. dicatum eſſet; in obſcuris, & tantum non nocturnis inferorum umbris papaveri locum fecit, idque *gravidum* appellavit, dicens:

*Errantes ſylva in magna, & ſub luce maligna*
*Inter arundineaſque comas, gravidumque papaver.*

Pauſan. in Corinth. p. 103. Nec alia de cauſſa Veneri quoque idipſum dicarunt veteres, quæ plurima mortales prole beat. Unde & Veneri facientes Ovidius *tritum niveo cum lacte papaver ſumere* jubet. Cauſſa eſt in promtu; namque

*Cum primum cupido Venus eſt deducta marito,*
Faſt. l. IV. *Hoc bibit: ex illo tempore nupta fuit.*

l. I. eleg. ult. Hinc liquet, cur in re amatoria, ubi de Hylæ raptu loquitur Propertius,

--- *Irriguo ſurgebant lilia prato*
*Candida purpureis miſta papaveribus.*

l. IV. Georg. 545. Quodque magis ad ſigni noſtri facit illuſtrationem, cur Proteus apud Virgilium Ariſtæo præceperit:

*Inferias Orphei lethæa papavera mittes.*

lib. II. Qui ſcilicet oblíviſci vivus deamatæ Euridices nequiverat. Præter illas, quas memoravi, Deas, Cybele quoque papaver ſibi vindicabat: mater ſcilicet Deûm, eademque Terra, parens omnium, quæ, ut Lucretius meus canit,

*Muni-*

*Munificat tacita mortalis multa ſalute*, tom. I.
Nummi complures exſtant apud Triſtanum, pag. 138.
Spanhemium, alioſque & antiquus lapis apud pag. 625.
Boiſſardum, in quibus Cybele papaver tribui- tom. II.
tur, nonnumquam ſolum, aliquando cum ad- pag. 133.
junctis ſpicis; quod & bono Eventui factum. Tradit enim Plinius in hiſt. naturali, boni Eventus ſimulacrum in Capitolio fuiſſe, quod ſiniſtra papaver & ſpicam teneret, dextera pateram, opus Euphranoris. In Boiſſardi vero Topographia ſpei eadem aſſignata in vetuſto Part. IV.
lapide, cum hac inſcriptione: p. 120.

M. AUR. PACORUS ÆDI
TUUS SANCTÆ VENE
RIS IN SALUST. HORTIS
SPEI
ARAM CUM PAVEMENTO
SOMNIO MONITUS SUM
TU SUO. D. D.

Appoſite ſane, quum ſpem Pindarus ἐγρηγορότων Epiſt.
ἐνύπνια appellaverit; de quibus plura ad Auſo- XXIV.
nium. extrem.

Sed & *invicto mithræ* papavera cum ſpicis da- fol. XXI.
ta, ubi ex inſcriptionibus Smetianis didici: verſ.
qui idem, qui ſol, uti poſtpaulo pluribus indicabitur. Lacerta ſupereſt; neque ea fruſtra addita; vel quia eſt oblivionis ima- Plinius
go, utpote *cui animali nulla ſit memoria*. Conve- l X c. 66

Odyſſ. N. nitque adeo Somno, quem Orpheus αὐτοκασί-γνητον λήθης vocat.

lib. IV. Concinit hiſce Lucretius meus

*Hoc ideo fieri cogit natura, quod omnis*
*Corporis affecti ſenſus per membra quieſcunt;*
*Nec poſſunt falſum veris convincere rebus,*
*Præterea MEMINISSE jacet, languetque ſopore.*

Dionyſias. l. XLVII. Unde apud Homerum Ulyſſes poſt multa mala exantlata,

Δὴ τότε γ' ἀτρέμας εὗδε, λελασμένος ὅσσ' ἐπεπόνθει.

Τίκτει γὰρ γλυκὺν ὕπνον ἀεὶ πόνος, ut ait Nonnus: Sive ut idem Lucretius ait,

*---- Multo ſopor ille graviſſimus exſtat,*
*Quem ſatur aut laſſus capias.*

Vel quia perquam ſomnolentum eſt animal: unde & ἐξαμηνόβιος σαῦρος Grecis dicitur, quia hybernis menſibus ſub terra degit, ibique tamquam continuo ſopore devincta deliteſcit.

Eidyll. II. Boiſſard in Topogr. Poſſit & alia dari ratio, quia hoc animal inter venereorum veneficiorum inſtrumenta eſt. Hinc illæ minæ Simæthæ apud Theocritum, in Pharmaceutriis:

Σαῦραν τοι τρίψασα ποτὸν κακὸν αὔριον οἰσῶ.

Et in vetuſtis marmoribus frequens lacertæ a columbis, venerea item avi, dilaceratio: vel à ciconia, ad truncum myrti, arboris Veneri conſecratæ, cujus ramis columbæ inſident. Poterant hic quædam de ſcinco, quæ Lacerta Ægyptia eſt, adferri, ſi res pateretur, cu-

jus

jus apud medicos multus ad irritamenta veneris uſus eſt. In Corinthiacis.

Hæc ſcripſeram, cum aliud agenti commodum ſeſe hic locus offert Pauſaniæ; Καὶ μετ' αὐτὸ ἄγαλμα ὀνείρου, καὶ ὕπνος καταχοιμίζων λέοντα, Ἐπιδώτης δὲ ἐπίκλησιν. Quo Largitoris cognomine Jupiter quoque cultus Lacedæmone, teſte Heſychio. Et apud Mantinenſes templum habuit, eodem Pauſania teſte, ea ſcilicet ratione, quod mortalibus bona daret. Meminit & Plutarchus adverſus Epicurios. Unde id ipſum ſuſpicor eſſe Somni potius quam Cupidinis ſignum. Nam & alatus Somnus eſt, ut apud Poëtam: p. 1102. edit. Pariſ.

*Ipſe volans tenues ſe ſuſtulit ales in auras,* v. Æneid. 861.

Nec non apud Tibullum: 11. el. 1.

*Poſtque venit tacitus fulvis circumdatus alis*
*Somnus, & incerto ſomnia nigra pede.* lib. x.

Item apud Silium:

*——— Non te majoribus, inquit*
*Auſis, dive, voco: nec poſco, ut mollibus alis* in Ruffin. l. 1.
*Des victum mihi, ſomne Jovem.*

Eruntque hæ alæ, ut omnia inferorum, furvæ. Claudianus:

*Cœperat humanos alto ſopire labores* l. XLVIII.
*Nox gremio: nigraſque ſopor diffuderat alas.*

Nonnus in Dionyſiacis:

Καὶ σκιερῇς πτερύγεσσι περιστρέφιγγων δέμας Αὔρης lib. 11. el. 1.
Ὕπνος ἔην Βάκχῳ γαμοστόλος. in Hecuba.

Neque aliter Tibullus;

*Poſtque venit tacitus fulvis circumdatus alis*
*Somnus, & incerto ſomnia nigra pede.*

Ita & nox Euripidi dicitur, μελανοπτερύγων μά-της ὀνείρων.

Sanchuniathon apud Euſeb. de Præpar. Euang. l. 1, c. x. Ovid. l. 1. Metam. ſylv. l. v. iv.

Eſt enim non minus volucris, atque ipſum tempus: cujus ſimulacrum alatum eſſe neminem fugit. Quia igitur homini & ſomni data tempora, & vigiliarum, ideo Thoyth Ægyptius imaginem Saturni effinxit, quæ præter quaterna lumina:

*Unde ſuis vicibus capiebant bina quietem,*
*Binaque ſervabant, atque in ſtatione manebant,*

Totidem haberet alas, quarum binæ explicatæ, binœ vero contractæ atque demiſſæ & vigilantis quietem, & quieſcentis vigiles curas ſignificarent.

Apud Stobæum; ſerm. vi. extrema. Themiſt. Orat. ii. Lucret. l. iv. Orpheus in hymn. l. xxxi. Dionyſ. Odyſ. 1, v. 373. in Ajece l. viii. Agatronn.

Fingitur item Somnus juvenili facie, unde eum Papinius Statius *juvenem divum placidiſſimum* vocat. Euclides duos facit, unum νεώτερον καὶ μειρακιώδη, alterum πολιὸν καὶ γέροντα. Qui naturam reſpexerit humanam, cauſam facile viderit. Quod autem Leonem κατακοιμίζει, id ipſum eum λυσιμελῆ εἶναι καὶ πανδαμάτορα denotat. Ita Nonnus: Ὕπνε, τί πανδαμάτωρ κικλήσκεαι. Et ante hunc Homerus:

Κὰδδέ μιν ὕπνος ᾕρει πανδαμάτωρ,

Sophocles autem παγκρατῆ vocat. Et Sophoclem, quantum conjicere licet, interpretatus Val. Flaccus, *omnipotentem*.

—— *Teque ciebat*, inquit de Medea,
*Somne pater, ſomni omnipotens; te Colchis ab omni*
*Orbe voco.*

Nam-

Namque Somno *debile ſit corpus ; langueſcunt omnia membra.* Nec non ἄνακλις πάντων ζωῶν, ὁπόσα τρέφει δίρεια χθών.

Pyth. IX. in Ariſtot. de ſomno & vigil.

*Aufert enim ſenſus*, ut ait Cicero, *actionemque tollit omnem.*

v. de fin. c. XIX.

Ex illo vero concubitu leonis & ſomni cuivis ſtatim patebit, quam apte ὕπνος σύγκοιτος γλυκύς Pindaro dictus fuerit & eſt nobilis locus Themiſtii rationem reddentis, cur ἥδιστος καὶ γλυκὺς dicatur : Ὅτι inquit, τῶν περὶ ἡμᾶς παθῶν ὁ ὕπνος ἥδιστόν ἐστι πρῶτα μὲν τὴν αἴσθησιν ἀλγηδόνος πᾶσι σβέννυσι διὰ τὴν ἡδονὴν πολλῷ τοῦ οἰκείου κεραννομένην. ἔπειτα τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν κρατεῖ, κἂν ὦσι σφοδρόταται. at nihil σφοδρότερον leone, qui affectuum impetuoſorum ſymbolum ; præſertim, quum leo ſomni parciſſimus ſit, oculoſque habeat inter dormiendum non omnino clauſos, ſed ſplendeſcentes, qui hic plane connivent. Quam ob cauſam & Ægyptiis leonis caput hieroplyphicum vigilantis cuſtodiæ Symbolum fuit. Quin & fuere, qui leones inſomnes crederent, inter quos Manetho Ægyptius; atque ea propter dicatos ſoli, cujus oculos omnia contuentes nil fugiat. Unde illud Ovidianum:

Pierius Hier. glyph. l. I.

l. IV. Metam.

——— *Videt hic Deus omnia primus.*

Et hoc Homericum,

Ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάνθ' ὑπακούεις.

Pyth. I.

Clauſos oculos quod attinet, in re naturali atque vulgatiſſima ſuaviſſimum illud Pindari epitheton etiam hic ſomno invidere nolim, qui illum κελαινῶπιν νεφέλαν vocat. βλεφάρων ἁδὺ κλαῖστρον

Reliqua tam belle conveniunt, ut operam

ludere velle videar, ſi in illis adſtruendis longiorem poſuero. Unum eſt, in quo hæreo; ænigma illud literarum. Quod ſive ab ingenio fuerit profectum ſtatuarii, ſive ab impoſtura vendentium, quo carius emeretur, alium forte me feliciorem quandoque interpretem nanciſcetur.

FINIS.

# RONDELLII
## PROFESSORIS TRAJECTI AD MOSAM
# EXPOSITIO,
## SIGNI VETERIS
## TOLLIANI.

# DISSERTATION
# DE
# M. DU RONDEL
## PROFESSEUR à MAESTRICHT,

*Contenant l'explication d'une Antique, & envoyée à l'Auteur des Nouvelles de la Republique des Lettres.*

*DEpuis peu il m'eſt tombé entre les mains l'eſtampe d'une Antique aſſez curieuſe. C'eſt un Lion & un Garçon qui dorment enſemble. Le Lion eſt appuyé ſur une de ſes grifes, & le Garçon ſur le Lion, & tient je ne ſçay quel fruit de la main gauche. Au deſſous, il y a un Lezard qui paroît vouloir ſe jetter ſur ce fruit, & à main droite il y a ces lettres OVARNM, qu'on prétend être myſterieuſes. Comme jé revenois de lire l'Anthologie, quand on me montra cette eſtampe, je crûs d'abord que c'étoit le Cupidon d'Argentarius, qui aprés avoir bien couru à cheval ſur un Lion, ſe repoſoit paiſiblement avec ſa monture. A la verité, on neremarque ni carquois, ni fléches, ni flambeaux dans la Figure. Mais le Sculpteur pourroit bien avoir oublié toutes ces petites choſes. D'ordinaire les gens de ſon métier ne ſont pas fort exacts. Et puis, il ne faut point tant d'atirail pour reconnoître l'Amour. La beauté eſt un caractere indelebile dans ce Garçon. On n'a qu'à le voir, le cœur dit bien-tot que c'eſt luy.*

*Neanmoins, aprés avoir bien rêvé ſur les rapports, les convenances, & les proportions, qu'il pourroit y avoir*

1. Indicaveram jam hunc in Anthologia locum, verſuſque Argentarii ſubjeceram.

2. Deſcribit eam ſat luculente dormientis itidem Cupidinis Apulejus; apud quem imminens mariti capiti de-

l. v. Mileſ.

# RONDELLII

## Profeſſoris Trajecti ad Moſam

# E X P O S I T I O,

## SIGNI VETERIS TOLLIANI

NOn admodum multi dies ſunt, Vir Clariſſime, quum in manus meas ectypon incidit antiqui marmoris, valdequam, ſiquid in hiſce intelligo, perelegantis. Leo in eo viſitur, juveniſque: uterque ſomno oppreſſi. Incumbit ille pedibus anterioribus; hic leoni: tenetque ſiniſtra manu fructum neſcio quem, cui lacerta paulo inferior inhiat, & inſidiatur. Ad latus dextrum hæ literæ occurrunt; O. V. A. R. N. M. quas nonnemo ænigmaticas opinatur. Sicut eram recens ab Anthologiæ Græcæ lectione, quum hoc mihi ectypon exhibebatur, ſuſpicabar eveſtigio, Cupidinem hunc eſſe [1] Argentaii, ab agitando leone fatigatum, cumque vectore ſuo requieſcentem: quamquam nec pharetra in marmore, nec Sagittæ ejus, nec faces apparebant: cujus ſupellectilis, tamquam non magni momenti rei neglectum incuriæ adſignabam ſculptoris, abs quo hominum genere accuratam in hoc genus operibus diligentiam fruſtra exſpectes. Adhæc tanto non opus erat apparatu, ut Amor agnoſceretur: cujus indicium certiſſimum ipſa [2] formæ venuſtas facit; ſic ut ad primum ſtatim ejus intuitum ipſe nobis animus filium hunc eſſe Veneris ſubjiciat. Verum re penitius poſtpaullo conſiderata, dum quæ leonis,

decepta Pſyche *videt capitis aurei genialem cæſariem ambroſia temulentam, cervices lacteas, genaſque purpureas pererrantes crinium globos decoriter impeditos, alios antependulos, alios retropendulos.*

*avoir entre un Lion , un Garçon, un Lezard & des fruits, j'ay crû & crois encore qu'il faut que ce ſoit toute autre choſe que Cupidon. Je me ſuis confirmé dans mon opinion, par l'explication qu'un certain ſçavant homme nommé Tollius a donné à ces lettres. Il croit que O V A R N M, ſignifient ou peuvent ſignifier* Omnis Vis Amoris Requie Nocturna Miteſcit. *Mais il n'a pas pris garde, ce me ſemble, que la nuit eſt le veritable temps des Amans. C'eſt l'hoberge de l'Amour, dit Properce,*

Hoſpitium tota nocte paravit Amor.

*C'eſt les Bacchanales de Venus*, Veneris Orgia, *à ce que dit le bon homme Hepheſtion; & c'eſt la Baniére des Plaiſirs, à ce que chante un vieux Poete de la Gréce;* ἱερὸν ἡδονῆς ἄγαλμα, *&c. Vous ſçavez les impatiences des Amans. Ils diſent mille injures au Soleil; ils s'impatientent aprés les tenebres; un jour leur ſemble une année. Ainſi, Monſieur, quand ce ſeroit Cupidon, bien loin de conclure, comme Tollius, que ces lettres O V A R N M peuvent ſignifier* Omnis Vis Amoris Requie Nocturna Miteſcit, *je conclurois au contraire* Omnis Vis Amantium Requieſcens Nullius Momenti. *D'où vient cela? C'eſt, Monſieur, que*

Mili-

1. Sed ex hoc loco, qui lib. III. extremo exſtat, id ipſum Noctis epitheton vix elicias.

Dionyſia cor. l. XXXII. 2. Quid igitur faciemus illo Nonni, qui ὕπνον ὁμόσπολον ἐρώτων dixit? nonne poſt Veneris prælia quies gratiſſima eſt? quorſum igitur illa de Vulcano Virgilius?

l. Æneid.

*--- Placidumque petivit*

*Conjugis infuſus gremio per membra ſoporem.*

In Sympoſio. Nec aliter de Peleo, Catullus in Epithalamio. Nec abludunt illa Platonis de Amore:

--- Οὗτός ἐστιν ὁ ποιῶν

Εἰρήνην ἐν ἀνθρώποις, πελάγει δὲ γαλήνην,

Νηνεμίην ἀνέμοις, κοίτην, ὕπνον τ' ἐνὶ κήδει.

In Mimis. Verius igitur illud P. Syri:

*Arcum intenſio frangit, animum remiſſio.*

nis, adoleſcentis, lacertæ, & fructum inter ſe congruentia, quiſve ad ſe invicem reſpectus eſſet, examinatius expendo, repente aliter ſentire cœpi, (neque me illius etiam nunc ſententiæ pænitet) exiſtimavique, rem Cupidine longe aliam eſſe. Confirmavit eam magnopere Tollii cujuſdam, hominis non indocti, qui literas illas aut ſignificare, aut non incommode ſignificare poſſe putat, *Omnis Vis Amoris Requie Nocturna Miteſcit.* Verum enim vero non animadvertiſſe mihi videtur, nocturnum tempus amantibus omnium longe eſſe aptiſſimum. Quare & Propertius Noctem *Amoris hoſpitium* appellat: [1] *Hoſpitium*, inquit, *tota nocte paravit Amor.* & Hepheſtio, *Veneris orgia:* poëta vero Græcus, ἱερὸν ἡδονῆς ἄγαλμα. Nec te fugit impatiens moræ amantium deſiderium; uti neque ſexcenta, quæ ſoli aſſidue faciunt, convicia, dum nimis tarde in Thetidis fugiens ſinum, feſtinantium gaudia moratur, quibus hora dies, dies annus eſt. Adeo ut, etiamſi Cupidinis eſſe ſignum conceſſerim, tantum a Tollii ſententia mea diſcrepet; ut contra ea literas illas ſignificare potius cenſeam, [2] *Omnis Vis Amantium Requieſcens Nullius Momenti.* Et unde hoc quæſo? niſi quod

*Mili-*

illudque pervulgatum Ovidii:

*Quod caret alterna requie, durabile non eſt.*
*Hæc reparat vires, feſſaque membra levat.*

Sed & ipſe Cupido apud Apulejum non aliter rem gerit. *Nox aderat*, inquit hic. *& maritus aderat, primiſque Veneris præliis velitatus in altum ſoporem deſcenderat.* Pervigilium certe Veneris paucarum noctium eſt: nec ſemper *ad unius noctis exemplar pluſcula aliæ ſimiles aſtruuntur*, ut idem cum Photide ſua ad confinia lucis uſque pervigil feciſſe ſe alibi gloriatur. Vocabimus igitur Venerem in partes altera manu papaver, altera malum tenentem, auribus Rondellii inſuſurraturam; Τὸ πάντων ἥδιστον ἐν τυχοῦσι μεμεριμνημένοις, ὕπνος ἢ ὕπνος. Mileſiac. l. v. Mileſ. l. 11.

Militat omnis Amans, & habet ſua caſtra Cupido,
Attice crede mihi, militat omnis Amans.

*Vous ſçavez là-deſſus la Clinopale de Domitien.*

*Mais ſuppoſé que ce fut l'Amour, il faudroit que tous les perſonnages de la Piéce, euſſent chacun quelque caractere de cette paſſion. Ce Dieu ne s'arrête jamais nulle part, qu'il n'y laiſſe de ſes marques. Le ſouci, le trouble, l'inquietude*, Injuriæ, ſuſpiciones, inimicitiæ, bellum, *&c. ſont toûjours de ſa compagnie. Mais ici, comment diſtinguer tout cela? L'Amour dort fort paiſiblement. Autant en fait le Lion. Il n'y a que le petit Lezard qui veille. Et n'eſtce pas aſſez, dira quelqu'un, pour qu'on s'en défie? Il ne veille pas pour rien. Sans doute, à la vûë du fruit que tient Cupidon, il ſe ſera récrié QVARNM* Oeſtro Vernantis Amoris Reſiſtere Nil Miſerius. *Il en voudroit tâter le pauvre petit, auſſi bien que les plus groſſes Bêtes, & il s'imagine qu'il ne luy en prendroit pas plus mal, qu'à tous les Animaux de ſon voiſinage. Ne vous étonnez pas de cela. Tout aime dans la Nature; juſqu'aux Tigres & aux Philoſophes. Cette celebre perſonne dont nagueres vous avez fait l'Eloge, a aimé une fois en ſa vie, & je ſçay plus d'un Secretaire de ſa paſſion.*

*Cependant, tout amoureux qu'auroit pû être nôtre Lezard, je ne le tiens gueres capable de rafiner en galanterie. D'ordinaire ceux de ſon eſpece, ne diſent pas grand' choſe; Et quoy que le Sanglier qui tua Adonis nous ait appris que c'étoit pour baiſer la cuiſſe de ce garçon qu'il y avoit attaché ſes défenſes, & qu'ainſi les bêtes les plus farouches ſont capables de dire des douceurs, ſi elles ne ſont capables d'en faire, je ne croy point du tout qu'un Lezard fut aſſez enjoüé pour dire*

Plutarch. in Mario p. 417.

1. Agnoſco in his & quæ ſequuntur, facetam ingenii Gallici elegantiam.

2. Lucianus de Muſca, καὶ τὸ δῆγμα δὲ αὐτῶ, καὶ ἡ τ

*Militat omnis amans, & habet ſua caſtra Cupido.*

Ut autem de inſtituta in eum finem Domitiani Clinopale plura dicam, nec tuus, nec meus permittit pudor. Veruntamen fac Amoris eſſe ſignum: ubi igitur in ſingulis, quæ nobis hoc marmor exhibet, hujus affectus characteres, & indicia? Neque enim Deus hoc non ubique, ac paſſim ſui quædam velut veſtigia relinquit. *Injuriæ, ſuſpiciones, inimicitiæ, bellum*, ceteraque id genus alia, perpetuo illum comitantur. quæ quis hic invenerit, aut deprehenderit? ipſe placido correptus ſomno requieſcit: neque alia leonis ſpecies; Sola vigilat lacerta! Quid enim? inquit aliquis: nonne hoc ſat amplum dubitandi argumentum eſt? neque vero illa fruſtra vigilat. procul dubio namque ad conſpectum illius, quem Cupido manu tenet, fructus exclamaverit: *Oeſtro Vernantis Amoris Reſiſtere Nil Miſeritus*. Nam & ipſa illius deguſtandi deſiderio exæſtuat, non ſecus atque vaſtioris corporis animalia: nec quidquam ab eo ſibi mali metuit, quem innoxium ceteris de vicinia animadvertit, Adeo in rerum natura nihil eſt, ne quid amor te lacertæ perturbet, quod ab amore alienum ſit; ne tigrides quidem, imo nec philoſophi. Certe ille, cujus a te nuper prædicatæ multis laudibus virtutes, vir celeberrimus & amavit aliquando, & in amore, ſiqua illius arcanorum participi fides, οὐκ ἠτύχησεν. Non eſt tamen, ut ab lacerta quid elegantiarum, aut acuminis in amore exſpectes, licet illa ſtimulis incitetur, agiteturque Cupidinis. Non eſt, crede mihi, tam felix hujus beſtiolæ indoles: & id genus animalcula ad hoc ingenii decus non adſurgunt. Nam quod aper ille, cujus ſævo dente dilectus Veneri cecidit Adonis, appetiſſe ſe pulcrum femur ejus, ut Theocrit. Eidyll. XXX.

αἵματος ἐπιθυμία, οὐκ ἀγριότητος, ἀλλ᾽ ἔρωτός ἐστι σημεῖον, καὶ φιλανθρωπίας. ὡς γὰρ δυνατὸν ἀπολαύῃ, καὶ τοῦ κάλλους τι ἀπανθίζεται. In Muſcæ Encomio.

*dire une pointe, & encore moins aſſez hardi, pour toucher Cupidon ou quelque choſe de ſon équipage. Cet Animal eſt timide de ſon naturel, & par conſequent incapable de demeurer devant un Lion, qui tout endormi qu'il peut être, ne laiſſe pas d'inſpirer la frayeur, à quiconque le regarde;* feroçiam animi in vultu retinens. *Ainſi, nôtre Lezard, ou n'auroit pû dire rien qui vaille, comme un Amoureux tranſi, ou n'auroit rien dit du tout.*

*Je conclus la même choſe des fruits de l'eſtampe, que Tollius prétend être des Pavots. Cela ne s'ajuſte nullement à l'humeur de Cupidon, toujours éveillé, toûjours guay, toûjours folâtre. Paſſe, pour de Roſes, des Oeillets, du Jaſmin, &c. Mais des Pavots, Monſieur, ce deſagréable & mal plaiſant fruit, qui n'eſt venu au monde, que pour faire baailler, ou pour faire dormir, il n'eſt bon en verité, que pour des malades du* Proſedanum. *Il y a plus. On ne ſçait ce que c'eſt que les fruits de nôtre figure. Ils ont autant la mine de petites Oranges ou de petites Grenades, que de Pavots ou de Mandragores. Et ſi cela eſt, comme cela pourroit bien être, il faut que ce ſoit toute autre choſe que l'Amour ou le Sommeil. La plaiſante alternative! C'eſt pourtant Tollius qui le ſoûtient. Mais enfin malgré ce qu'il en dit, le Sommeil n'eſt point un jeune Garçon. Le Poëte que cite cet Auteur, dit tout le contraire. Auſſi eſt-ce un vieux bon homme confiné au bout de la Nature entre les bras de*

1. Si floribus hic locus foret, haberem, quod reponerem, quum nec purpureos papaverum flores in Hylæ raptu deſcribendo Propertius aſpernatus fuerit, uti ſupra oſtenſum, nec in laudanda nova nupta Catullus:

Epithal. Manlii.

*Uxor in thalamo eſt tibi,*
*Ore floridulo nitens,*
*Alba Parthenice velut,*
*Luteumve papaver.*

In Priapeiis.

qui, & alicubi id ipſum inter Priapi donaria recenſere veritus non eſt.

ut venerium illi baſium figeret , ad diluendum crimen attulit; ab eoque nos animalia etiam cummaxime fera blanditias , etiamſi facere nequeant, dicere tamen poſſe didicimus, putaſne ea de cauſſa perſuaderi mihi poſſe , lacertam vel ingenio tam faceto eſſe raturam , Τὸ πάντων ἥδιστον εὐτυχῶν μεμαχημένοις ὕπνος ἤπιος, ut elegantias loquatur ; vel tam confidenti , confirmatoque animô , ut aut Cupidinem attingere auſit , aut eorum quid, quæ de Cupidinis ſunt inſtrumentis ? Noſti, quam natura meticuloſum ſit hoc animalculum , adeoque tanti animi roboris minime capax , ut ad leonis conſpectum reſiſtere ſuſtineat ; qui , tametſi ſomno captus , terrorem intuentibus incutere non ceſſat , *ferociam animi in vultu retinens.* Unde colligo lacertam noſtram vel argutum aliquod , & omante dignum dictum dicere nequiſſet , vel omnino nil dixiſſet. Idem ferme de fructibus affirmaverim , quos hoc ectypon exhibet ; quoſque Tollius *papavera* eſſe opinatur. Quis enim ea convenire Cupidini conceſſerit , cujus agilis ſemper & vigilax natura , ſemper hilaris , ſemper blanda eſt ? cui roſæ in deliciis , & molles violæ , &

Plutarch. in Mario p. 417.

*Fleti olim regum , & puerorum nomina flores ,*
*Mirator Narciſſus , & Oebalides Hyacinthus ,*
*Et Crocus auricomans , & murice pictus Adonis ?*

Auſon. in Cupid. Crucif.

At [1] papavera , quo vix aliud triſtius germen ,



——— ἔφερον δέ τοι ἢ κρίνα λευκά,
Ἢ μάκων' ἁπαλὰν, ἐρυθρὰ πλαταγῶν' ἔχοισαν

Theocritus Eicyll. XI.

In corollis enim , aut collectione florum , non unius habetur odoris ratio , ſed & coloris : quo certe papaverum flores tam vario , tam grato , tam ſpectabili ſunt , ut cum laudatiſſimis facile certare queant de principatu. Et , ut in regio illis Tarquiniorum horto locum fuiſſe taceam , quid ? nonne Ovidius in Hyacinthi adoleſcentis longe pulcherrimi vultu morientis deſcribendo ſimilitudinem à violis & liliis petiit , iiſque papaver medium inſeruit ? Ita enim ille ;

*de l'Oubli & de la Pareſſe, à qui il faut qu'une Deeſſe faſſe entrer tous ſes rayons dans les yeux, pour l'éveiller un moment.*

radios Thaumantias omnes
Impulit, inque oculos penitùs deſcendit inertes.

*Voyez, s'il vous plait, cette deſcription, & jugez aprés, ſi cela s'accorde bien avec l'idée d'un jeune Garçon.*

Stat ſuper Occiduæ nebuloſa cubilia Noctis.
Æthiopaſque alios, nulli penetrabilis aſtro
Lucus iners. Subterque cavis grave rupibus antrum
It vacuum in montem. quà deſidis atria Somni

Secu-

*Vt ſi quis violas, riguove papaver in horto,*
Metam. *Liliaque infringat fulvis hærentia virgis,*
l. x. *Marcida demittant ſubito caput illa gravatum.*

Veneri vero, ſatis alias delicatæ Deæ, papavera non diſplicuiſſe marmora nos docent, de quibus ſupra. Sed in noſtro lapide papaverum capita dilapſis floribus jam ſemen ferunt; quod è crenis loculamentorum abunde liquet; quas in malis Aurantiis fruſtra quæras, in Punicis longe aliter videas figuratas.

De Deo Socratis. 1. Apulejus tamen Amorem & ſomnum ejuſdem generis dæmonas tradit. ita enim ille, poſtquam de Geniis. deque dìs manibus egit: *Sunt autem non poſteriore numero, præſtantiori longe dignitate, ſuperius aliud auguſtiuſque genus dæmonum, qui ſemper à corporis compedibus & nexibus liberi, certis poteſtatibus curantur. Quorum è numero ſomnus atque Amor.* Unde & in antiquis marmoribus ac monumentis ita eorumdem confuſæ ſunt imagines, ut vix ab Amore Genium, Amoremque à ſomno diſtinguas. Et eſt in promtu ratio. Nam vitæ primus autor ἔρως: vitam intrantibus, ſive inchoantibus additur Genius, adeſtque ad extremum vitæ ſpiritum: quo ſemel extincto, una perpetua omnibus dormienda nox eſt, cujus & letum, & conſanguineus leti ſopor progenies. Præterea duo hæc τὰ ἀφρονέστατα πάθη ſomnus, & Amor ut ea Heraclides Ponticus appellat Alexandro etiam magno agnita.

Heſiod. in Theogon. De Allegor. Homer.

2. Ambiguus fateor Statii locus eſt, cujus hæc verba:

aut inficetius reperias, quæque excitandæ ſolummodo nata videntur oſcitationi, conciliandoque ſomno, nonniſi *proſedamo* laborantibus conducunt. Quin & papavera eſſe, quis liquido dixerit? Aurea enim mihi potius Heſperidum mala, aut certe Punica referre videntur minora, quam papavera, aut mandragoras: & aſſentiere puto, ubi horum fructuum faciem accuratius conſideraveris. Verum fac eſſe papavera; (neque enim hoc plane negaverim) juvenis tamen ille nec Amor, nec ſomnus eſt. [1] Præclara, inquis, & feſtiva alternatio, dignaque Ovidiano ſtilo metamorphoſis. Atqui hæc Tollii ſententia eſt: quem probare mihi velim, ſomnum juvenem eſſe: [2] plane enim diverſum quid ille, quem in partes vocat poëta, de ſomno pronuntiat: quippe quem præcipitis ævi, & ſenili vultu, ad extremos naturæ fines in Oblivionis & Ignaviæ requieſcere fingit amplexibus; eique excitando Dea opus eſſe, quæ cunctis immiſſis luminis ſui radiis vix tandem ſopore graves ejus oculos aperiat.

Plin. I. xxvi, 10.



*Crimine quo merui juvenis placidiſſime divum,*
*Quove errore miſer, donis ut ſolus egerem,*
*Somne, tuis?*

Sylv. v. iv.

Nam ſi poſt τὸ *juvenis* interpunxeris, ad Statium ipſum referendum eſt. Sed hanc ambiguitatem Poëta facile tollere potuit, ſcribendo, *Crimine quo juvenis merui.* Ergo forſan ex hoc ego loco tam parum probavero ſomnum juvenem eſſe, quam è ſequenti ſenem Rondellius ſed quid illi faciet Euclidis, quem ex Stobæo attuli; ubi juniorem & ſeniorem ſomnum agnoſcit? Ita vero ille: Ἔστι δὲ ὁ μὲν ὕπνος νεώτερος, καὶ μειρακιώδης δαίμων, εὔπειστος καὶ ῥᾴδιος ἀποφυγεῖν. ὁ δὲ ἕτερος οὗτος πολιὸς καὶ γέρων, ἐν τοῖς πρεσβυτέροις τῶν ἀνθρώπων μάλιστα ἐμπνευκώς. quid Pauſaniæ loco, ubi mors & ſomnus in ulnis noctis matris infantes? ſolvam hunc nodum paucis. Somnus ex illis Diis eſt, quibus non adſignatur certa ætas, uti nec certæ ho-

Securumque larem ſegnis Natura locavit.
Limen opaca Quies ; & pigra Oblivia ſervant
Et nunquam vigili torpens Ignavia vultu , &c.

*Mais ce qu'il y a de plus convainquant , c'eſt que le Sommeil chez le Poëte que je viens de citer , ne paroît jamais ſans ſa Corne.*

Clara

hominum ætati , ſed univerſæ tribuitur. Senem quis vult? talem deſcribit Ovidius :

*Præterit hos ſenior ; cunctiſque è fratribus unum*
Metams. l. xi. *Morphea , qui peragat Thaumantidos edita , ſomnus*
*Eligit.* De quo paulo ante
*At pater è populo natorum mille ſuorum*
*Excitat artificem , ſimulatoremque figuræ*
*Morphea.*

Topograph. part III. p. 69. part. IV. p. 72. part. III. p. 48. Vultis ætatis mediæ , ac non præcipitatæ , verum potius virilis ? talem nobis marmor antiquum repræſentat apud Boiſſardum. Juvenis expetitur ? hoc vultu placide dormiens mento manu ſiniſtra ſuffulto , inverſa face in alio marmore exhibetur apud eundem Boiſſardum cum hac inſcriptione : *Et ſecura quies , & neſcia fallere vita.* nec non in alio , his ſuperſcriptis verbis : *ſomno Oreſtilla filia.* Puerum deſiderat aliquis ? plures apud eundem vetuſti lapides occurrunt , in quibus puelli alati ad inſtar Cupidinum , ſive Geniorum , facibus itidem inverſis ſomnum perpetuum vita functorum repræſentant : inprimis autem ille notabilis, in quo duo ab utroque latere ædificii, cujus clauſæ fores ſunt , adſiſtentes porrecta manu januam clauſam indicant , nec in vitam reditum ſperandum : quo mirifice illa Horatii illuſtrantur ,

*Jam te premet nox , fabulæque manes ,*
*Et domus exilis Plutonia : quo ſimul meâris ,*
*Nec regna vini ſortiere talis ,*
*Nec teneram Lycidam mirabere.*

Cujuſmodi nobis ſeu domus , ſeu templi , & alius lapis imaginem ſuppeditat , per cujus ſemiapertas fores Mercurius regreditur , qui mortuos ad loca infera deduxerat. πομπαῖος ille , de quo idem Poëta :

*Tu pias lætis animas reponis*
*Sedibus , Virgaque levem coërces*
*Aurea turbam , ſuperis Deorum*
*Gratus , & imis.*

---- *Radios Thaumantias omnes*, ait ille, L.x.The-
*Impulit, inque oculos penitus deſcendit inertes.* baid-

Adverte quæſo animum, & videſis an ea ſomni deſcriptio in ſpeciem, ſeu formam cadat adoleſcentis.

*Stat ſuper occiduæ nebuloſa cubilia noctis,*
*Æthiopaſque alios, nulli penetrabilis aſtro*
*Lucus iners: ſubterque cavis grave rupibus antrum*
*It vacuum in montem: qua deſidis atria ſomni:*
*Securumque larem ſegnis natura locavit.*
*Limen opaca quies, & pigra oblivia ſervant,*
*Et numquam vigili torpens Ignavia vultu, &c.*

Adhæc, quod ad refutandam aliter ſentientis opinionem plurimum valet, numquam ab eo, cujus meminimus, Poëta ſomnus abſque [1] cornu deſcribitur.

*Clara laboriferos cælo Tithonia currus*
*Extulerat, vigileſque deæ pallentis habenas*
*Et nox, & cornu fugiebat ſomnus inani.*



1. Eoque curvo: quo & Silius eum inſtruit Servii ſunt ad VI Æneïdos: *ſomnum novimus cum cornu pingi.* Verum nec *virga* apparet, quæ & ipſa ſomno, ſicut ſomni præſidi Mercurio, tribuitur. *E*rgo eleganter idem Statius; ad ipſum ſomnum: V. ſylv. IV.

——— *Extremo me tange cacumine virgæ.*

Et Virgilius:

*Ecce Deus ramum lethæo rore madentem,*
*Vique ſoporatum ſtygia, ſuper utraque quaſſat*
*Tempora, cunctantique natantia lumina ſolvit.* V. Æ-

2. Confundit hic Rondellius duo Pauſaniæ loca, ſeu duo diverſa ab eo memorata ſigna. Nam in hoc poſteriore, ubi pedes ſomno intorti tribuuntur, infans ipſe eſt, qui in priore; ἐμοίγε κεῖῃ, adoleſcens. neid.

3. Niſi faſtigii obſtaret inciſura, quæ in mandragoræ pomis nulla eſt, dein & magnitudo diverſa. Ita namque Plinius de Mandragoris: *Ferunt mala avellanarum nucum magnitudine.* Quod autem Iſidorus *poma* illis tribuit *ſuaveolentia in magnitudinem mali Mattiani*, exiſtimo illum de fructu Dudaim, cujus in ſacris mentio fit, accepiſſe, quem nonnulli Mandragoræ fuiſſe pomum errore ſat craſſo tradidere.

Clara laboriferos cœlo Tithonia currus
Extulerat, vigiléſque Deæ pallentis habenas
Et nos & cornu fugiebat Somnus inani.

*Et ailleurs,*

manus hæc fuſos à tempore lævo
Suſtentat crines, hæc cornu oblita remiſit.

*Et cependant cette Corne ne paroît point dans la figure, comme on en peut être aſſuré en jettant les yeux deſſus. Davantage c'eſt que ſi le Sommeil de l'eſtampe doit être celuy de Pauſanias, comme le prétend Tollius, il faut qu'il ait les pieds tortus; & c'eſt néanmoins ce qui ne s'apperçoit nullement. Ce garçon quel qu'il puiſſe être, a les pieds fort beaux & dans un état fort naturel; du moins celui qui lui reſte; & il n'y a point lieu ici de faire un myſtere ſur l'irrégularité des pieds, comme le prétendoient les Anciens, qui nous vouloient donner à connoitre par ces pieds tortus, la nature des ſonges ambiguë & trompeuſe.*

*Ce fruit pourroit donc bien être des Mandragores. Vous le ſçavez, Monſieur, elles ſont l'emblême de l'Oubli, & ont donné lieu au proverbe des Grecs. On peut dormir avec le Pavot, & ſe ſouvenir de ce qu'on a fait: au lieu qu'on oublie tout ce qu'on a fait, quand on a bû de la Mandragore, à ce que prétendent les Anciens. Lucien dit que même à dormir ſous la Mandragore, on perd la mémoire.*

*Mais d'où vient, direz-vous, qu'il faut que ce ſoit plutôt*

1. Cur igitur Virgilio, *Lethea perfuſa papavera ſomno*? an non illa uti recte hæc interpretatur Servius, *Plena oblivionis*?

2. Ignoſcat mihi Rondellius, & quos ille auctores erroris habet, interpres Luciani, Eraſmus in Adagiis, Faber in Theſauro Eruditionis ſcholaſticæ, Cælius Rhodiginus in antiq. lectionibus, aliique fortaſſe plures, ſi τὸ ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδειν, quæ Luciani verba ſunt, aliter aliquantum interpreter, idemque ſignificare putem, quod ἐκ μανδραγόρου καθεύδειν; qua phraſi idem ſcriptor alibi uſus eſt. Neque vero Mandragoras arbor eſt, vel

In Timone in Encom. Demoſthenis.

Idem alibi:

*--- Manus hæc fuſos a tempore lævo*
*Suſtentat crines; hæc cornu oblita remiſit.*

Quod tamen cornu in hoc marmore fruſtra quæras. Præterea ſi ſomni hoc ſignum eſt, cujus Pauſanias meminit, & ex eo accepit Tollius, [2] pedes habeat tortos neceſſe eſt, qui in hoc adoleſcente, quicunque is fuerit, pulcherrimi ſunt, ſituque dormientibus familiari, quantum ex altero etiam nunc integro videre eſt. Poterant hic nonnulla, ſi res & tempus paterentur de intortis ſomni pedibus ex antiquorum ſententia fuſius exponi, qui naturam ſomniorum ambiguam, & obſcuris ambagibus fallacem intortumque hoc argumento volebant denotari: ſed his in præſens omiſſis hoc potius agam, dicamque, fructus hoſce tam [3] mandragoras eſſe poſſe, (& eſſe fortaſſean) quam papavera. Ut hic ego tibi, elegantiarum harum omnium callentiſſimo, Mandragoram oblivionis eſſe ſymbolum pluribus probem, cauſſa nulla eſt, neque item ut te doceam adagium Græcis hinc olim natum. Papaver uti ſomnum conſiliat, ita [1] non tollit memoriam: at qui mandragoram bibit, ſi qua veteribus fides, rerum earum omnium, quas fecit, dixitve, obliviſcitur. Quin & memoriam amitti Lucianus ait, *ſi ſub mandragora capiatur quies.* Quod

T 4 ſi quæ-

vel altior planta, ut ſub ejus umbra dormire quis poſſit. ne caulem quidem ei tribuunt naturæ interpretes, niſi tertio cuidam ejus generi, idque perambigue. Notum autem Græcorum præpoſitionem ἀπὸ tam *a* vel *ab*, vel *ex*, quam *ſub* ſignificare, ſic apud Platonem, ἀπὸ σιτίων ϗ ποτῶν ἀλλοιοῦται. Dein nec illa Luciani ſententia eſt, Jovem memoriam amiſiſſe, verum Mandragora ſopitum nihil audire, nihil intelligere eorum, quæ in terris ſcelerum patrarentur. Reſpicit igitur ſopiendi facultatem in Mandragora potius, quam memoriam tollendi. De hac ample ſatis Dioſcorides, & adagia Græcorum: de illa vero ſomnum

l. II. de Republ.
in Stratagem. l. IV. c. 79.
l. VI de Rep. l. I. c. 68.

*plutôt des Mandragores que des Pavots. C'eſt, Monſieur, à cauſe des rapports & des convenances de toute la Figure. Et voici comment. Celuy qui dort ſeroit le Soleil, toûjours jeune, toûjours beau, toûjours garçon; & ce ſeroit ici un tableau de la Religion des Perſans, & des Medes. On l'adoroit chez ces Peuples, s'il vous en ſoûvient, tantôt ſous la figure d'un garçon, & tantôt ſous celle d'un Lion qui porte une thiare & cela juſqu'au jour que l'année finiſſoit. Alors le Lion dormoit; le Garçon faiſoit de même, tenant des Mandragores à la main, & ſeroit demeuré en cet état, ſans le Lezard qui voulant faire quelques efforts pour ravir ce fruit de la main du Dieu, l'oblige à ſe réveiller pour reprendre ſes forces & pour recommencer ſa courſe. Ainſi dans le Lion il y auroit une image de la puiſſance du Soleil; dans le Garçon toûjours jeune celle de l'éternité; dans les Mandragores celle de l'oubli de toutes choſes; & dans le Lezard le renou-*

mnum conciliandi poteſtate Plato. *τὸ δὲ γενναῖον ναύκληρον μανδραγόρᾳ ἢ μέθῃ, ἤ τινι ἄλλῳ συμποδίσαντας τῆς νεὼς ἄρχειν*, &c. & in Onirocriticis Artemidorus *δοκεῖ δέ μοι ἐν καιρῷ ἄν τις εἰπεῖν τὸ Ξενοφῶντος τοῦ Σωκρατικοῦ. Οἶνος τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ μανδραγόρας ἄνδρας, κοιμίζει.* De Mandragora Frontinus; *ejus*, inquit, *inter venenum & ſoporem media vis eſt.* Unde *medici*, teſte Macrobio, *inſomnem frigidis oblinunt, modo papaveris ſucco, modo Mandragoræ, vel ſimilibus.* De eodem Plinius: *Mandragoræ folia gravedinem afferunt etiam olfacta: quamquam mala aliis in terris mandantur. Nimio tamen odore obmuteſcunt ignari: potu quidem largiore etiam moriuntur.* Et ut ad marmor noſtrum illuſtrandum nihil deſit, ſi forte quis & hunc fructum Cupidini adjungi velit, Venus eo cognomento aliquando fuit. Ita enim Heſychius in *Μανδραγορῖτις Ἀφροδίτη*, pro quo Palmerius *Μανδραγορῖτις Ἀφροδίτη* legit. At ſi ſolis hoc ſymbolum; ſolem, ſive jovem *Μανδραγόραν* idem tibi Heſychius ſuppeditabit.

l. VII. Saturn. c. VI.

l. XXV, 13.

In comm. de Abraxax.

1. Quid? in eodem ſigno duplici ſchemate ſol adumbratus? vidiſſe me recordor in Baſilidianis gemmis a Chifletio editis aliquammulta id genus Symbola, ſed vel ſo-
laribus

ſi quœſieris, cur hos eſſe mandragoras malim, quam papavera, paucis quid ſentiam, accipe: Sic enim cunctis hujuſce ſigni ſymbolis optime inter ſe convenire ipſus fatebere. Adoleſcentem hunc, quem nobis ſomno ſopitum lapis exhibet, ſolem eſſe arbitror, qui perpetuo ætatis flore ſemper viget, ſemper pulcher ſemper juvenis eſt: adeoque imaginem hanc ab ipſa petitam Perſarum Medorumve religione. Colebant enim hæ gentes Deum ſolem, quod nec te præteriſſe puto, *Apud Stobæum, ſerm. 119.* (*Nobilis eſt; hic locus Themiſtii*: ὅτι τῶν περὶ ἡμᾶς παθῶν ὁ ὕπνος ἥδιστόν ἐστι. πρῶτα μὲν γὰρ αἴσθησιν ἀλγηδόνος πᾶσι σβέννυσι διὰ τὴν ἡδονήν, πολλῷ τῷ οἰκείῳ κεραννυμένην. ἔπειτα τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν κρατεῖ, κἂν ἴωσι σφυδρότεραι. καὶ γὰρ πρὸς ἡδονὴν οἱ φιλομȣσοι: ταῦτι δυσαναχετοῦσιν, ἐπιόντος αὐτοῖς τοῦ καθεύδειν, καὶ περιβολὰς ἐρωμένων προΐενται καταδαρθεῖν νοῦντες.) [1]. effigie nunc adoleſcentis, nunc leonis tiaram caput induti, idque ad extremum uſque labentis anni diem. Tum vero & leo dormiebat, & adoleſcens manu mandragoras continens: manebatque is *dulci devinctus lumina ſomno*, ni lacerta, ex ipſis Dei manibus hunc fructum rapere conata, [2] expergiſci illum cogeret, vireſque colligere, ac redauſpicari priſtinum iter. Sic in leone adumbrata vis ac potentia Solis; in inveſtis adoleſcentis perpetua juventa æternitas; in mandragoris omnium v. Gemmas Baſiliadian. Chiffletii. Pauſan. l. 1.

T 5 rerum

laribus radiis, vel quo alio noto inſigni diſtincta, & vel ſingularia, vel notæ ſolis effigiei addita. verum quia liber ad manum non eſt, nil certi de eo affirmare auſim. Aſſyrios vero ſolem non imberbem coluiſſe, verum barbatum, eaque de cauſſa Græcos inſcitiæ arguiſſe Lucianus refert, de Dea ſyria. plura de his omnibus Voſſius de Idololatria, & Alexander ab Alexandro in dieb. Genial. l. IV. c. XII.

2. Phryges ſolem deum opinati hyeme dormire, æſtate vero vigilare, hyeme quidem κατευνασμοὺς æſtate vero ἀνεγέρσεις βακχεύοντες αὐτῷ ἐτέλουν. Tertullianus alicubi: ſic & Oſiris quod *ſemper ſepelitur, & in vivide quæritur, & cum gaudio invenitur, reciprocatarum frugum, & vividorum elementorum*, v. Marc. Plut. de Iſ. & Oſir. p. 378. Lib. 1. ad

*renouvellement de l'année. De ſorte que ces lettres* O V A R N M, *ne ſignifieroient que* Orbes Volvuntur Annorum Renovatione Noſtri Mithræ. *Où avez-vous pris toutes ces belles choſes là, me direz-vous? De quantité de Scholiaſtes, & entre autres Auteurs d'un nommé Hoſtanés que vous ne connoiſſez peut-être pas.*

*Ce n'eſt pas avec vous qu'il faut s'arrêter, pour prouver que Mithra eſt le Soleil. Il y a long-temps que vous ſçavez ces Vers:*

Seu te roſeum Titana vocari
Gentis Achemeniæ ritu: Seu præſtat Oſyrim
Frugiferum: Seu Perſei ſub rupibus antri
Indignata ſequi torquentem cornua Mithram.

*La ſeule choſe qui pourroit m'embaraſſer dans mon explication, ce ſeroit les aîles qui paroiſſent ſortir du dos*

*rum, & recidivi anni fidem argumentantur: ſicut & arida, & ardentis natura ſacramenta leones mire philoſophantur.*

3. Quia verno tempore calore ſolis invitata e latebris iterum prorepit. unde Græcis ἡλιακὴ σαῦρα inter cetera lacertarum genera; & ἐξαμηνόβιος dicta, uti ſupra indicaſſe memini. Fuit & *ſol lacertus* teſte Porphyrio, & ſol σαυροκτόνος, de quo plura Gyraldus. Quam autem hoc ſerpentis genus amans ſolis ſit, ex eo colligere eſt, quod, ubi viſum tractu temporis amiſerit. Solis illum radiis recuperare dicatur. Ita de eo Iſidorus, & Ælianus. Contra nimios eam ſolis æſtus ſæpe vitare Virgilius prodit, apud quem in Eclogis legas:

Ariſtot. de Animal. De Abſtin. anim. De Diis. lib. XII. c. 3. de Animal. Eclog. I.

*Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant:*
*Nunc etiam virides occultant ſpineta lacertos.*

4. Hinc *anni rota* apud Virgil. lib. VI. Æn. & l. I. Æn. *Triginta magnis volvendis menſibus orbes.* ad quem locum nonnulla huc facientia Servius.

l. I. Saturnal.

1. Atqui apud Macrobium legas: *Præter hoc quoque Mercurium pro ſole cenſeri multa documenta ſunt. Primum, quod ſimulacra Mercurii pinnatis alis adornantur; quæ res monſtrat ſolis velocitatem. Nam quia mentis potentem Mercurium credimus, appellatumque ita intelligimus* ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν: *& ſol mundi mens eſt: ſumma autem velocitas eſt mentis; (unde ait Homerus* ὡσεὶ πτερὸν, ἠὲ νόημα) *ideo pinnis Mercurius quaſi ipſa natura ſoli*

rerum oblivio ; & in [3] lacerta anni renovatio. Sic ut literæ hæ nil aliud ſignificent, quam, [4] *Orbes volvuntur Annorum Renovatione Noſtri Mithræ.* Unde tibi, inquies, tantus tot elegantiarum proventus? dicam. Scholiaſtæ hunc mihi ſuppeditarunt haud pauci; & præter hos, alioſque ſcriptores multos. (*Plenius Xenophon ipſe in Convivio, ubi ita Socrates:* Τῷ γὰρ ὄντι ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχάς, τὰς μὲν λύπας ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους κοιμίζει. *quare male illic interpres*, velut mandragoras dolores ſopit: *quum vertere debuiſſet*, velut mandr. homines ſopit.) * Hoſtanes quidam auctor fortean tibi ignotus. Non ideo tamen ignotum tibi, adeoque pluribus probandum putem, mithram ſolem eſſe, ſi modo illa ante oculos obverſantur Papinii:

v. Voſſium de Idololatria Gentil. Tertullian, &c.

*---- Seu te roſeum Titana vocari*
*Gentis Achemeniæ ritu: ſeu præſtat Oſirin*
*Frugiferum: ſeu Perſei ſub rupibus antri*
*Indignata ſequi torquentem cornua mithram.*

Unum obſtat, aut obſtare videtur, & in hanc ſententiam diſceſſum remorari: alæ nimirum, quæ de tergo hujus adoleſcentis promittuntur. [1] Solem enim, ſive Apollinem alatum, neque pictum uſquam, neque

*ſolis ornatur. Hoc argumentum lucidius Ægyptii abſolvunt, ipſius ſolis ſimulacra pinnata fingentes; quibus color apud illos non unus eſt, &c.* Sed & Pſeudo Orpheus, Χρυσέαισιν illum ἀγαλλόμενον πτερύγεσσιν, & πάντη δινήεντα πτερύγων ῥιπαῖς κατὰ κόσμον dicit. Eſt enim ille Protogonus, quem ibi compellat, Amor, ſive ſol, idem Phanes ibidem, & Priapus, aliis & Adonis, & Bacchus & Horus, & Oſiris. Suidas de ſole Priapo: Τὸ ἄγαλμα τοῦ Πριάπου, τοῦ Ὥρου παρ' Αἰγυπτίοις κεκλημένου, ἀνθρωποειδὲς ποιοῦσιν, ἐν τῇ δεξιᾷ σκῆπτρον κατέχον, &c. τὰ δὲ πτερὰ τὴν ταχύτητα τῆς κινήσεως δηλοῖ. τὸν δὲ κύκλον τοῦ δίσκου τὴν περιφέρειαν· ταυτὸν γὰρ τῷ Ἡλίῳ δοξάζουσι. Immo & Hebræis ſol alatus: ſicut autem ſolis imagines, ſive ſimulacra, non unius coloris erant, ita & ipſi dies in Ænigmate Cleobuli Lindii apud Diogenem Laertium albi nigrique deſcribuntur. Ænigma vero tale eſt:

Hymno in Protogonum.

In Πρίαπος.

Εἷς

*dos du Garçon ; car le Soleil ou Apollon ne paſſe gueres pour un Dieu ailé. Il eſt vray. Mais puis que ſes chevaux en ont , & même ſes rouës , pourquoy n'en auroit-il pas auſſi ? Je me ſouviens qu'il en avoit des belles & bonnes à la journée des Tytans , lors que la peur luy fondit toute ſa divine figure , & qu'il devint le plus joli Corbeau du monde. Arachné par malice ou autrement , le dépeignit une fois déguiſé en Epervier , pour je ne ſçay quelle Demoiſelle , dont nous ne ſçavons plus le nom. Et cela étant , vous voyez bien qu'Apollon avoit des aîles quand il luy plaiſoit , & qu'il n'y avoit rien de ſi aiſé à un Dieu de ſa volée. Je vous dirois ici quelque choſe de plus ſerieux , ſi nous avions encore les Eloges d'Apollon contenus en vingt-cinq Sermons , que nous avons perdus avec pluſieurs autres Indigitamens de l'Antiquité. Je ne demeureray pourtant pas ſans réponſe. L'Hymne qu'on luy chantoit à une de ſes Fêtes , contient entre autres attributs au nombre de quatre-vint & ſeize , celuy de μυελόμορφος. Et comme on ne ſçauroit douter de cela ſur peine de l'Inquiſition Poëtique , Apollon pouvoit bien avoir des aîles , des griffes , des nageoires , &c. lors qu'il étoit queſtion de montrer tout cela , & rien autrement. Je vous diray encore une autre choſe. C'eſt qu'en Orient le Soleil étoit adoré chez pluſieurs Peuples , ſous la figure d'un Globe aîlé avec un Serpent à l'entour. Tellement que le Sculpteur de nôtre Antique , par oüi dire , ou ſur le deſſein d'un peu plus habile homme que luy , a pû inferer quelque choſe , qui appartint à Apollon , afin qu'il y eut dans ſon marbre , dequoy contenter tous les differens dévots*

Εἷς ὁ πατὴρ, παῖδες δὲ δυώδεκα, τῶν δ' ἑκάστῳ
Παῖδες τριήκοντα διάνδιχα εἶδος ἔχουσαι,
Αἳ μὲν λευκαί ἔασιν ἰδεῖν, αἱ δ' αὖτε μέλαιναι.

Alatum quoque ſolem Euripides agnoſcit : cujus hæc ex Jone :

——— ἁμ' ἡλίου πτέρυγι πλον. atque item apud Cedrenum p. 46. Orpheus ; nec non Baſilidianæ Gemmæ. Unde apud

que fictum reperias. Verum, quum & equi Solis volucres perhibeantur, & ipſis quadrigarum rotis alæ tribuantur, quid cauſſæ eſt, quare ipſi negentur Apollini? Memini certis Poëtis illum quondam non implumem viſum, quum objectus ei in gigantomachia pavor priorem formam excuſſit, & ex Apolline pulchellum nobis corvum exhibuit. Sed & Arachne, ſive illa improbitate animi id fecit, ſive qua alia de cauſſa, eundem nobis aliquando in accipitrem mutatum in tela ſimulavit, amore correptum virginis, cujus nomen ignoratur. Vides igitur Apollinem alatum, quum res poſcere videtur: nec quidquam facilius proniuſve Deo celeritatis tam volucris. Poſſent hic nonnulla majoris ponderis ac momenti argumenta in medium adferri, ni nobis injuria temporis quinque illos & viginti ſermones, aliaque complura veterum indigitamenta invidiſſet, quibus Apollinis continebantur laudes. At non ea propter tamen linguarium nobis datum puto. Si quidem hymnus ille, qui die ejus quodam feſto canebatur, inter ſex illa & nonaginta, quæ ipſi tribuit cognomina, Apollinem μυελόμορφον indigitat: qui ſi *milleformis* fuit, ecquid & alas eum aliquando, & ungues, & pinnas habuiſſe, credere cunctabimur? præſertim, quum multi illum Orientis populi in alati globi, ſerpente circumdati; fœtive, ſpeciem formatum coluerint? Non abhorret [1] à ſculptorum ingenio, adeoque & de noſtro non immerito ſuſpicari liceat, accepiſſe eum vel auditu aliqua, vel viſu in ſchemate à peritioribus ſubminiſtrato, quæ ad Apollinem ſpectantia marmori ſuo addenda puta-

Ovid. l. v. f. v. Met.
Ovid. l. vi. Met.
Ant. Liberal. fol. xxviii.

v. Voſſ. de Idolol. l. ix. c. xi.
Kircher. in Obel. Pamphyl. & menſa Ægyptiaca.

pud Prophetam Malachiam cap. Ἀνατελεῖ ὁ ἥλιος δικαιοσύνης, κ̀ ἴασιν ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ.

* De Hoſtane nonnulla Seldenus de Jure natur. & gentium p. 421. Meminere etiam Chemici in Turba; ſed & hæc ſuppoſititia, quæ illi adferunt, & ficta: atque idem cenſeo de omnibus, quæ vel ab Euſebio, vel a ſcoliaſtis ſub Hoſtanis nomine citantur, vide & Apulejum, & alios, &c.

*vots de cette Divinité. C'eſt ainſi qu'en agiſſoient les Hierophantes, du moins les Hierophantes Platoniciens. Parce qu'ils adoptoient toutes les Religions du monde, ils faiſoient repreſenter une Divinité ſous pluſieurs formes, ou prenoient la plus conſiderable parcelle de chaque effigie, ſous laquelle elle paroiſſoit en divers Païs, pour l'incorporer en une ſeule image. Ainſi, Venus à Cypre étoit homme & femme; en Aſſyrie un demi cercle de rayons; à Paphos une pyramide; à Rome tout ce qu'on vouloit. Et c'eſt de là, dit Ciceron, qu'eſt venu ſon nom;* quæ quoniam ad res omnes veniret, Venerem noſtri nominaverunt. *Ainſi, notre Mithra ou Apollon, eſt un Palet en Pœonie, un Chien & un Loup en Egypte, tous les animaux du Zodiaque en Chaldée, & en Gréce il eſt toutes choſes. Témoin cette priere des Theologiens du Paganiſme:* ἥλιε παντόκρατορ, κόσμου πνεῦμα, κόσμου δύναμις, κόσμου φῶς. *Macrobe prouve ce que j'avance, par ce Vers d'Orphée,*

Κέκλυθι τηλεπόρου δίνης ἑλικαύγεα κύκλον, &c....

*Voilà qui eſt bien étrange. Je l'avouë, Monſieur. Cependant ces Payens avoient quelque raiſon. Les Dieux ne paroiſſoient gueres en même forme à pluſieurs Peuples, C'étoit le beſoin des gens, la miſere des Peuples, les occaſions de récompenſer ou de punir qui determinoient ces Dieux à paroître ſous diverſes figures. C'étoit auſſi les Vallées, les Montagnes, les Antres, & tout autre ſejour ou de la ſolitude ou du plaiſir qui les engageoient à quitter la Cour Celeſte & à venir s'ébatre parmi nous. Il eſt certain, diſoit un Platonicien, que ſi j'avois à preſcrire des Loix à des hommes d'un autre monde que le nôtre, ou qui viendroient d'être formez par quelque nou-* *veau*

1. Sæpe namque numero οἱ χρεόπτχοι ἐν πολλοῖς εἰσὶ
De Pyth. orac. p. 400. edit. Piraſ. κομψοί. τὸ δὲ ψυχρὸν οὐ πανταχοῦ, καὶ ἀείφρον ἐκπεφύκασι, uti Plutarchus ait.

2. Fateor me longe ſemper aliter hunc locum interpretatum, eandemque mihi Venerem viſam Ciceronianam, atque illa eſt Lucretii mei, initu adventuque ſuo
l. 1.

*Omnibus incutiens blandum per pectora amorem.*

putarit : ut haberet ejus cultorum diverſitas, quod quiſque tamquam ſuum agnoſceret. Ita namque Hierophantæ ſolebant, ſaltem Platonici : qui, quod omnes omnium ritus adſciſcerent, (Tale nobis numen, ſeu numinis ſimulacrum Lucianus in Dea Syria deſcribit. Ἡ δὲ Ἥρη σκοπέοντί τοι πολυειδέα μορφὴν ἐκφανέει. Καὶ τὰ μὲν ξύμπαντα ἀτρεκέϊ λόγῳ Ἥρη ἐστί. Ἔχει δέ τι καὶ Ἀθηναίης, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Σεληναίης, καὶ Ῥέης, καὶ Ἀρτέμιδος, καὶ Νεμέσιος, καὶ Μοιρέων. Χειρὶ δὲ τῇ μὲν ἑτέρῃ σκῆπτρον ἔχει, τῇ ἑτέρῃ δὲ ἄτρακτον. καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνάς τε φορέει, καὶ πύργον, καὶ κεστὸν τῷ μούνην τὴν Οὐρανίην κοσμέουσι. ἔκτοσθε δέ οἱ χρυσός τε ἄλλος περικέαται, καὶ λίθοι κάρτα πολυτελέες. ad quem locum plura in noſtris Fortuitis.) idem numen vel varia ſpecie effingebant, vel collectis, collatiſque præcipuis ſingularum formarum à variis gentibus varie effictarum partibus, unam inde imaginem conflabant. Sic Venus quondam Cypriis mas pariter & femina; Aſſyriis radiorum ſemicirculus. (ut alii volunt umbilicus; ut rurſus alii trigonon. quod ad umbilicum, notabilis eſt hic locus Heſychii : Γῆς ὀμφαλὸς ἡ Πάφος, καὶ Δελφοί. Unde hujus ſimulacri origo arceſſi poſſit. Sed his multo plura alii, inprimis Spanhemius de Re Numn. & Marsham in Canone Chronolog. De trigono; refert illud Porphyrius ad feminal; eaque de cauſſa triangularem figuram feminis ac generationis ſymbolum, Venerique ſacram eſſe dicit apud Euſeb. in Præpar. Euang. Mallem vero hanc Auſonio meo ignotam fuiſſe, quam ut eam ex Ariſtophanis Lyſiſtrata Epigrammati nonnimis caſto incluſiſſet.) Paphiis meta, ſeu Pyramis, Romanis omnia : & hinc ille, teſte Cicerone, apud eoſdem nominis etymon & origo. [2] *Quæ autem Dea*, inquit ille, *quoniam ad res omnes veniret, Venerem noſtri nominaverunt*. Ita & Mithra noſter, ſive Apollo, diſcus aliquando apud Pæonas fuit, canis & lupus apud Ægyptios, cuncta zodiaci ſigna apud Chaldæos, & apud Græcos omnia. Teſtes hæ gentilium Theologorum preces :

v. de Junonis ſimulacro Lucian. de Dea Syria. Servius ad II. Vigil. l. III. ſatur. Macrobius. Lucian. de Dea Syria. Tacit. II. Hiſt. c. III. Serv. ad I Æneid. 724. l. de nat. Deor. c. XXVII.

*veau Promethée, je les arrêterois à l'idée que la Nature nous donne d'un Dieu. Je leur défendrois de le repreſenter en or, en argent, ou en yvoire, & encore plus de le repreſenter ſous l'image d'un chêne, d'un fleuve, ou d'un oiſeau. Je leur permettrois, peut-être, de jetter les yeux ſur le Soleil, quand il ſe leve, pour admirer cette riche effuſion de couleurs qui ſe forment des eſſais de ſes rayons. Je leur commanderois de contempler cette clarté de la Lune ſi nette & ſi douce, qui ſemble ne ſe lever dans l'horreur des tenebres que pour nous conſoler de la perte du jour. Et enfin, je leur ferois conſiderer cette Maiſon Celeſte ſi vaſte, ſi riche, ſi bien ordonnée. Mais puis que nous avons à vivre dans le Monde, & que nous ſommes les derniers venus, il faut ſe conformer aux Loix reçûës, dont nous éprouvons tous les jours l'utilité. Laiſſons donc toutes choſes en leur état. N'ôtons rien à l'opinion des Dieux. Conſervons ſeulement leurs Symboles ou leurs enſeignes, auſſi bien que leurs noms. Car enfin, Dieu eſt une Eſſence tellement au deſſus de nos ſens, qu'il eſt neceſſaire de chercher dans les Animaux, dans l'Yvoire, dans les Fleuves, dans l'Or, dans les Montagnes, dequoy nous aider à parvenir à ſa connoiſſance. A dire le vray, c'eſt une marque de nôtre imbecillité, d'agir de cette maniére, mais n'eſt-ce pas ſe racheter de cette imbecillité que de conſacrer à ce Dieu, tout ce que nous avons d'excellent. Il ne faut donc point blâmer cette diverſité de Culte & d'image. Concevez ſeulement qu'il eſt unique, qu'il faut l'aimer, & que c'eſt un crime de ne ſe pas ſouvenir de luy à tous momens. Voilà aſſez de paroles ſur ſix lettres,*

Je ſuis toûjours, &c.

1. De his deorum apparitionibus vide collecta ab Illuſtr. Spanhemio, de Numiſm. Uſu.

Ἥλιε παντοκράτορ, κόσμου πνεῦμα, κόσμου δύναμις, κόσμου φῶς. Quod & Macrobius probat hiſce Orphei :

Κέκλυθι τηλεπόρου δίνης ἑλικαυγέα κύκλον, &c.

Mirabere, ſcio; nec ſine cauſſa: verum nec ſua gentibus ratio defuit. Non enim eadem ſpecie Dii ſingulis populis [1] apparebant. Id enim & neceſſitas nonnumquam exigebat, & triſtes gentium caſus, & ipſæ, quæ ſe offerebant, debitas cum bene tum male promeritis rependendi vices occaſiones. Sed & reductæ valles, & umbroſi montes, antrave fontibus rorantia, ceteraque id genus loca vel ſolitudine ducentia, vel amœnitate allectantia, invitabant ſæpe Deos, ut, relictis cæli templis, deliciis ac voluptatibus fruerentur humanis. *Quin ego*, inquiebat olim non ignobilis Platonicus, *ſi quis alter exſurgat Prometheus, novumque mihi fingat orbem terrarum; aut ſi quis alius mihi ab hoc noſtro detur meis formandus legibus ac inſtitutis, interdicam hominibus, ne quam ſibi aliam numinis fingant ſpeciem, quam quæ nobis à natura præmonſtratur: vetemque, ut vel in auro illud ſimulent, vel in argento, vel in ebore: multoque minus patiar, aut abietis id ipſum, aut fluvii, aut avis effigie exprimi. At hoc fortaſſe concedam, ut intentis in orientem ſolem oculis ſtupendam illam colorum mille, queis primi illius ſurgentis radii aëra colluſtrant, ſuſpiciant admirenturque varietatem. Immo & intueri lunam jubeam, cujus mihi puriſſimus ac ſuaviſſimus candor non alia de cauſſa horribilis ac fœdas noctis tenebras diſpungere videtur, quam ut amiſſæ nobis diurnæ lucis aliquod quamvis tenue præſtet ſolamen. Tandem & hoc præcipiam, ut tota mente univerſam illam cœli molem contemplentur, cujus amplitudo quemadmodum vaſtiſſima, ſic & omni cultus, ac ornatus genere affluenter inſtructa expolitaque eſt, atque admirabili partium omnium diſpoſitione compoſitiſſima. Verumenimvero quandoquidem ſerior hæc ætas noſtra eſt, vivendumque, uti ſorte datum, pareamus poſitis legibus quarum utilitatem quotidie ſentimus: nec mutemus, quod mutare nefas, neque quidquam huic de Diis opinioni detra-*

Maxim. Tyr. Diſſert. XXXVIII. Philo de legat. Theodoret. de Gr. affect. p. 51. Orpheus hymno in Apoll. Porphyr. l. IV. de abſtin anim. c. IX. Servius ad I. Æneid. 333. Porphyr. de Antro Muſar. Max. Tyrius, ut ſuſpicor: ſed codex non eſt ad manum.

*trahamus: verum potius ſymbola eorum non ſecus atque ipſa nomina ſarta tecta tueamur. Eſt enim naturæ Divinæ ſublimitas longe ſupra captum noſtrum: ideoque ab animalibus, ab ebore, ab auro, à planetis, à fluviis, à montibus petendum, quod ad illius adipiſcendam cognitionem nobis eſſe poſſit adjumento.* Fateor ego perquam lubens hanc cognoſcendi numinis rationem certiſſimum eſſe mentis noſtræ imbecillitatis indicium: verum numquid non ab hac ipſa nos imbecillitate redimimus quaſi, atque liberamus, quum Deo, quidquid poſſidemus eximium, conſecramus? Minime igitur hæc cultus & imaginum diverſitas reprehendenda eſt. Illud tantum animo teneamus, & unicum illum eſſe, & amandum: &, ſi vel momentum temporis illius obliviſcamur, grande piaculum. Atque hæc ad illas ſex literas ſat multa. Vale.

## *Epicriſis*

Arguta & erudita eſt hæc explicatio, Cupere Ampliſſime: ſed ut ſuus rex reginæ placet, ita & mea mihi. Quare nil muto, & pervicaciæ convicium minime reformido, immo lubens admitto, dummodo illa mihi plures iſtiuſmodi epiſtolas extundat. Vale, Vir Præſtantiſſime, & his ingenii luſibus fave.

In

## Inſcriptio marmoris antiqui Sixiani.

Ἤλυθες οὐκ ἄβολος ἐνὶ τριςσαῖς δεκάδεσσιν
  Θεύδοτε τὰν ζωοῖς οἶμον ὀφειλομέναν·
Καί σε τὸν ἐν σπονδαῖσι γεγαθότα πολὺ μετ' ἀστῶν
  Μάτηρ αἰάζει μυρομένα πεύζαιν.
Πέτρος ὅδε ξείνοισι βοάσεται, ὡς αἰδάλως
  Ἀσφαλὲς ἀνθρώποις οὐδὲν ἔνειμε τύχα.
Εἴης τοι σὺν πατρὶ κεχαρισμένος, ὄφρ' αὖ ἐστέψω,
  Σώστρατος ἐν φθιμένοις μυρίον αἶνον ἔχῃ.

### Interpretatio:

*Sextum intra vitæ luſtrum, ſed non ſine planctu,* Vix ſextum abſolvens luſtrum.
  *Fatatum cunctis Theudote carpis iter.*
*Teque inter cives libamina feſta regentem*
  *Lætitia in media mater obiſſe gemit.*
*Hoſpes ab hoc ſaxo diſcas licet, omnia cæco*
  *Fortunæ inſtabilis vertier arbitrio.*
*At tu letus agas cum patre, ut ſic quoque laudem*
  *Plurimam apud manes Soſtratus obtineat.*

### Argumentum inſcriptionis.

Theodotus hic Prytanis fuerat, id eſt curator reip., quorum curatorum erat una de publico in prytaneo cibum ſumere. In hoc igitur convivio, die quodam feſto, cum Dîs libatum eſſet, (fortean & fœdere aliquo cum vicina civitate icto) hilarius ſemet invitaverat: verum eadem nocte vita cum morte commutata, multo cum luctu matris inſigne mortalibus documentum dederat, incerta humana eſſe, & intervenire etiam gaudiis noſtris fortunam, eaque repentino aliquo objecto caſu funeſtare. Hanc igitur inopina-

tam & intempeſtivam Theodoti mortem carminis hujus epitaphii auctor deflet.

## Notulæ.

Ἤλυθες] Quadratis omnia literis ſcripta, ſive potius inſculpta viſuntur, ita inter ſe cohærentibus, ut nullo ſpatio diſtinguantur: quemadmodum in omnibus ferme monumentis Græcis eadem continuatarum ſibi literarum ſeries apparet, abſque ullis apicibus.

ἀβόατος] Dorica dialecto, ut reliqua omnia. vox hæc planctum indicat, & vociferationes matris & agnatorum, civiumve, de fortuna querentium, ut in acerbis funeribus ſolet. ita ut de eo dici potuerit, quod in Anthologia de alio Theudoto, Κάλλιπες ἡδίστῃ μητρὶ γόους καὶ ἄχη. Sic in eadem Anthologia l. III:

> Ἀβδήρων προθανόντα τὸν αἰνοβίην Ἀγάθωνα
> Πᾶσ' ἐπὶ πυρκαϊῆς ἥδ' ἐβόησε πόλις.

Θεύδοτε] inter Arundelliana marmora ſeptimum numeratur a nupero editore, in quo item Theudoti mentio fit, qui duos amiſit filios in prima adoleſcentia. Nec liberorum ætas, nec inſcriptionis dialectus, ut hunc eundem eſſe ſuſpicemur, permittit. *Theudotus* pro *Theodotus* pervulgatum eſt, ut *Theudoſius* pro *Theodoſius* apud Claudian. l. in Ruffin.

Οἶμον ὀφ.] eſt hæc illa Horatii *calcanda ſemel leti via.* in Anthologia vero πυμάτη οἶμος, & ἑλοὰ οἶμος Ἀΐδου. atque etiam molliore multo ſenſu, ὕπνος ὀφειλόμενος.

Latini dicunt *Abire* in communem *locum.* Imo nec aliter Græci. ita κοινὸς τόπος ὁ τοὺς νεκροὺς δεχόμενος, apud Artemidor. l. 1. c. 80. Contra apud Clementem in Epiſt. ad Corinth. Petrus & Paulus εἰς τὸν ἅγιον τόπον & εἰς ὠφέλιμον τόπον τῆς δόξης, πορευθῆναι dicti. ſimili locutione uſus & Ignatius in epiſt. ad Magneſios: & in Actis Apoſt. cap. 1. 25. Judas παρέβη πορευθῆναι εἰς τὸν ἴδιον τόπον.

Ἐν σπονδαῖσι] in libationibus. fiebant illa diebus feſtis, in honorem deorum; præterea in fœderibus ſancien-dis multus earum uſus, unde & pro ipſa fœderum ſanctione nonnumquam accipiuntur, ſive pro ipſis fœderibus. Erat autem tum Prytanum officium legatos populi quicum fœdera inibantur, in Prytaneum ad ſacras epulas invitare: quod Græcis ἐπὶ ξενισμὸν εἰς τὸ Πρυτανεῖον καλέσαι dicitur. Apud Homerum legas:

A'

——— Αὐτὰρ κήρυκες ἀγαυοὶ
Ὅρκια πιστὰ θεῶν συνάγον, κρητῆρι δὲ οἶνον
Μίσγον.

Nam ante epulas ipſis primum Dîs libabant. Virgilius in IV. Georgicor.

*Pars epulis onerant menſas, & plena reponunt*
*Pocula: Panchæis adoleſcunt ignibus aræ.*
*Et mater, Cape Mæonii carcheſia Bacchi:*
*Oceano libemus, ait.*

Heſychius: σπονδὴ· ὁ ἐπιχεόμενος ταῖς θυσίαις οἶνος, συνθήκη, ὅρκος. Homerus in fœdere Menelai & Paridis:

Οἶνον δ' ἐκ κρητῆρος ἀφυσσάμενοι δεπάεσσιν

Ἔκχεον,] in mactatas agnas ſcilicet, quo ſacrificio fœdus illud ſanciebatur: ſicut apud Virgil. l. VI. Æneid. *Frontique invergit vina ſacerdos.* Claudian. l. I. de laud. Stilic.

——— *Rex ipſe micantem inclinat dextra pateram, ſecretaque telli,*
*Et vaga teſtatur volventem ſidera Mithram.*

Γέγηθεν] ex hoc verbo ſententiam hujus epitaphii elicui veram, ut exiſtimo, quæ & verſu ſexto confirmatur.

Πρύτανιν] Prytanes qui fuerint Athenis, Caſaubonus, Seldenus, aliique ſat accurate docent, urbis ſcilicet principes & Rectores, penes quos legum, fœderumque, & ſacrorum cura. ſæpe vero Πρυτάνεις quoque dicti οἱ ταμίαι, καὶ χορηγοὶ, præbitores, moderatoreſque libaminum. Heſychius: Πρύτανις, βασιλεύς, ἄρχων, χορηγός, ταμίας, διοικητής. ita enim illic legendum. ut e Suida liquet, non autem λίμνος, ut vulgo legitur. Ita ut de his dici poſſit quod de alio Cicero c. x. de Haruſp. reſponſis: *Tui ſacerdotii ſunt tenſæ, curriculus, præcentio, ludi,* libationes, epulæque *ludorum publicorum.* Diebus autem his & conventibus feſtus Naucontitarum Prytanes albatis tunicis indutos fuiſſe refert. Athen. l. IV. p. 149.

Αἴδηλως] ego hoc non tam de ſævitia fortunæ acceperim, quam de incomperto illius, & obſcuro eventu. Sic alicubi ἄδηλον πῦρ legiſſe memini; qui ignis, unde ortus eſſet, neſciebatur. Egregie vero convenit ea interpretatio voci ἀσφαλὲς, quæ certum quid & ſtabile ſignificat, & cui fidere liceat. Quid autem improviſum magis, quam repentina mors in ipſa feſti diei lætitia? quid magis incertum,

certum, quam vitæ diu duraturæ ſpes, etiamſi vires integræ ſint, & inconcuſſa valetudo? *An id exploratum cuiquam poteſt eſſe*, ait Cicero, *quomodo ſe habiturum ſit corpus, non dico ad annum, ſed ad veſperam?* idemque alibi: *Quis eſt tam ſtultus, quamvis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum, ſe ad veſperam eſſe victurum?*

Ἔειμεἵ] optime huc convenire hoc verbum videtur, præſertim Νέμεσιν intuenti, quam eandem eſſe atque fortunam doctis perſuaſum, bona malaque hominibus pro lubitu diſtribuentem, nimiamque felicitatem, voluptatemve acerbe caſtigantem: de qua nos plura ad Auſonium.

Σὺμ] pro σὺν, quia litera labialis ſequitur. Sic in Arundellianis, aliiſque Græcis marmoribus ν ſæpe in μ mutatum videas, ſequentibus labialibus μ π β φ. contra in γ, ante K, & X.

Κεχαρισμένῳ] e ritu veteri. hinc in inſcriptionibus ſepulchralibus, Ἔσπερε χαῖρε. χρηστὴ καὶ ἄλυπη χαῖρε Νικηφόρε χρηστὲ χαῖρε. &c. Εὐψύχει, & ſimilia. Latini vel *Salve Have* & *Vale* dicebant. de quo videſis Serv. ad Virgil. v. Aen. verſ. 80. & inſcriptiones Grut. & Reineſ.

Ἐστέψω] marmor accurate intuenti facile apparebit ἐφραιεστέψω in eo ſcriptum, pro quo viri quidam alias doctiſſimi, & oculatiſſimi, οἷερανεσαῖο legerant, atque *Oerane tuo* in proſa, & carmine verterant. Sed eundem & *Theudotum*, & *Oeranum* appellatum, vix mihi quiſquam perſuaſerit. non enim ita Græci. In ceteris nil difficultatis.

Arelate.

PAX AETERNA

DVLCISSIMAE. ET. INNOCEN
TISSIM. FILIAE CHRYSOGONE. IV
NIOR. SIRICIO. QVAE. VIX. ANN. III.
M. II. DIEB. XXVIII. VALERIVS. ET. CHRY
SOGONE. PARENTES. FILIAE. KARIS
SIMAE. ET. OMNI. TEMPORE. VI
TAE. SVAE. DESIDERANTIS
SIMAE.

PAX . . TE . . CUM

IVNIAE VALERIAE SERENIL
LE CONIVGI INCOMPARA
BILI LVCIVS SEPTIMIVS PRI
MITIVS CVM QVA VIXIT ANNIS
XVIII. DIES XXXVIII
MERENTI POSVIT.

Q. DELIVS. Q. F. NEO
VIVOS FECIT SIBI ƎT
SVIS.
H. M. M. H. N. S.

HIC DOR
MIT IN PACE SECVNDA
QVAE VIXIT
ANNOS XII ET
MENSES VIII DIES
XXII DEPOSITA V IDVS
MARTIAS PARENTES
FILIAE DVLCISSIMAE.

PACI ET QVIETI
ET MEMORIAE ÆTERNAE.
Q. ARISTIO CHRESTO
IVN. QVI VIX. ANN. . . .
MENS. III. DIEBVS VII.
ATERIA CHRESTE
ET ARIST. CHRESIME FRATRI

ET ARISTIA HELPIS FIL.
DULCISS. ΕΥΠΛΟΙ . .

D. M.
L. DOMIT. DOMITIANI
EXTRIERARCHI CLASS. GERM.
P. F. COCCEIA VALENTINIA
. . . JVS. PIENTISSIM.

Arelate.

Debita conjugio Apelles pia carmina ſcribit
Quam rapuit moeſto mors inimica viro.
Hæc debeat memores poſtrema in morte referre.
O requiem gratam, quam pia cura dicat.
Conjugis officium teſtatur carmine parvo
Extremumque tibi refero munus Sempronia,
Dulcis, caſta, viro reverens, pia, kara, fidelis:
Tot damna amiſſa conjuge jure fleo.
Te lapis obteſtor, leviter ſuper oſſa quieſcas,
Et mediæ ætati ne gravis eſſe velis.
SEX.POMPEIUS APELLES CONJVGI INCOMP.

INSCRIPTIONES A TERRINO V. CL.
in Parlamento Arelatenſi Senatore
ſuppeditatæ.

KARISI DAMIS
IVVENIS INNOCEN
CARISIUS.
AMPHION ALEX
ANDER HER.
COLLIBERT.

D. M.

IGNI EPICTETI
H. C. P.

IVLIAE FORTVNATAE
IVL. VALERIANVS
ET IVL. CRESCENT
ILLA ALVMNAE
DVLCISSIMAE
QVAE VIXIT AN
NIS XVI MENS IIII.

D. M.

C. PAQVI OPTATI
LIB. PARDALAE IIIIII
AVG. COL. IVL. PAT. AR.
PATRON. EIVSDEM.
CORPOR. ITEM PATRON.
FABROR NAVAL. VTRICLAR.
ET CENTONAR. C. PAQVIVS
EPIGONVS CVM LIBERIS SVIS
PATRONO OPTIME MERITO.

L. IVLI AVGVS
TALIS FABRI
TIGN. CORP.
AREL. IVLIVS
TROPHIMVS
PATER INFE
LICISSIMVS

D. M.

L. CORNEL. EVTYC
HETIS. QVI VIXIT
ANN. LXXX VIATTIVS
EVANGELVS PATRI
POSVIT.

CORNELI IVLIA
NI INFANTIS DVL
CISSIMI, QVI VIXIT
ANN. III. MENS. II. DI
ES XVII SI PRVDENS
SI SAPIENS SI QVASI
NON DATVS. CORNE.
EVTYCHES FILIO AMAN.

D. M.
A. VILLAE
GRATAE
ALLAIVS AVG. LIB.
VXORI OPTIMAE.

D. M.
VALERIA LVC.
LVCILLA
CN. CORNEL. LVCILIAN.
ET PROTOCTETO CONT.
PIENTISSIMIS
ET EUTYCHIAE.

1. contubernalibus

POMPEIAN.
PIENTI.
CHRYSANT.
HEMIS VXOR.

MEMORIAE
L. ROMANI
ADRASTI
POMPEIA
VENVSTA
CONJVGI
KARISSIM.

A. BABBI M. F.
TERE. BENIGNA.

MEMORIAE ÆTERNAE.

D. M.
Q. COMINI HERMOPHILI
Q. COMINIVS SEVERINVS
PATRONVS LIBERTO PIENTIS-
SIMO PONENDVM CVRAVIT
ET SVB ASCIA DEDICAVIT.

AVRELIO EVSEBIO
QVI VIXIT ANN. XX.

MENS.

MENS. VI DIES XVI.
AVREL. ALEXANDER
FILIO INCOMPARABILI.

DIS MANIBVS
P.
SEMPRONIAE
Q. FILIAE
TERTVLLAE.

D. M.

IVLIAE C. F. TERTVLIN.
FLAM. COL. APTA.
L. VALLIUS ATILLIN, L. Grut.
NEPOS.

D. M.

CORNELIA AECNE
SIBI VIVA POSVIT.
HAEREDES
CONDENDAM CV
RAVER.

D. M.

HIC JACET EX . . . ABERIA . . .
FELICI . . . . . . HANC CON . . .
IVN . . . . . . . DRI-CVM QVO
VIXIT CASTA VIRO . . SORTITA PER ANNOS
ATTIVS . . . . . . OBITAE. .
—— REQVI . . . . . . ARAVIT.

IVLIAE LVC. FILIAE TVRRANIAE
VIXIT ANN. XX. MENS. VIIII.
QVAE MORIBVS PARITER ET
DISCIPLINA CETERIS FEMINIS
EXEMPLO FVIT AVTARCIVS
NVRVI. LAVRENTIVS VXORI.

SEX. L. M. IVLII. C. E.
PARENTIBVS IVS.

I. O. M.

I. O. M.
CONSERVATOR.
SEX. L. IVLI
VICTORIS VOTO
DICAVIT.

IVLIA ZOSIME
C. POMPONIO POLYCARPO
MARITO PIENTISSIMO
ET SIBI VIVA POSIVT.

—— VS, CVM QVO VIXI XXXX ANN.
SINE VLLO AEMVLO.

M. E ꝗ. . . PRAEFECT. . . PROMAG. F. PROVINCIÆ. NARBONENSIS. . . AQVITANICÆ. ADIVTOR CASSI MONT. . . . PROCONS. G. PROVINTIÆ AVRELII FLACCI PROV. . . . ITEM. CASTRENSIS PROVINCIÆ ARELAT. . . M. ETTII RVFI MAG. EQVI. . TRIB. MILITVM VI. SACERDOS CAES VIENE DEM. F. X. DO HONORI . . EI STATVA EQVESTRI ORNA. . . PRO. AVG. EPIS. RE. . - - HEL. VER. M. ELECTVS. AVR. ACCIPIENDOS IN PRO. AQVITANICA.

Inſcriptio A°. CIↃ IↃ CLXXI.
Coloniæ reperta.

D. M.
C. SEVERINIO VITALI VETERANO
HONESTE MISSIONIS EX BF. COS.
LEG. XXXV. SERVERINIA SEVERINA
FILIA PATRI CARISSIMO ADSEREN
TE VITALIANO HILARIONE LIBERTO
FACIVNDVM CVRAVIT.

In Veſtigiis Aſciburgii reperta.

TIB. IVL. CARETIS F.
SDEBDAS DOMO TVRO
MISSICIVS EX COH.
SILAVCIENSI IV
H. S.

H. S. E. TIB. IVL. ANIUS
F. C.
ET PRIMIGENIA
LIB. ANNO. III.
H. S. E.

à St. Eſtienne à Vſez

| | |
|---|---|
| D. M. | D. M. |
| Titia | T. SpuriI. vol. |
| Philematio | Gratini |
| Viva ſibi et | T. Spurius |
| Suis fecit. | VitaLIs |
| | Patrono |
| | rariſſimI exempLI |

---

à la barriere,

| | | |
|---|---|---|
| C. Domitio | C. Domitio | Laurino |
| Paterni F. | Paterno | Celti F. |
| militi leg. xv. | | |

Laurinus ceLTi F. heres TesTamenTo rogaTus.

---

| | | |
|---|---|---|
| D. M. | D. | M. |
| L. Petroni | C. SAA. | ..Tere |
| Luciniani | onicio | ntio ſ |
| Petronia | Sabino | ecundo |
| Rhode ... | T. Severa | T. Sev. ƎR. |
| Piiſſim... P. | con. & | a P. P. P. |
| | UB. Afro | |
| | dite F. | |
| | P. P. | |

---

au Duché.

| | | |
|---|---|---|
| | | P. |
| D. | D. M. | D. M. |
| Betutiae | Comagiae | L. Portio L. F |
| Olimpinae | Comagl Fil | Vol. IINIRO |

Sex.

| | | |
|---|---|---|
| Sex. Betutius<br>Euprepes<br>Libertae op<br>timae & ſibi | Severae<br>L. VALerius<br>GENVALIS<br>Uxſori<br>OptMÆ | Militi leg. Aug<br>Optioni<br>Signifero |










...D CLXIX
*...ntus circiter ...rbem passibus ...i extractus.*

A° X MDCLV
*supra urbem e nemore imperiali Neomagensium effoſſus.*

*Semimiliari infra urbem repertus.*

*Inſcriptio* A°. ClↃIↃCLXXI
D. *Coloniæ reperta.* M.

.SEVERINIO VITALI VETERANO
HONESTE MISSIONIS EX BF. COS.
LEG. XXXV. SEVERINIA SEVERINA
FILIA PATRI KARISSIMO ADSEREN
TE VITALIANO HILARIONE LIBERTO
FACIVNDVM CVRAVIT.

D. M.
*Sex. Valeri*
*Eraſiſtrati*
*Valeria M. F.*
*Marcella Patrono*
*P.*

D. M.
*Segeia decumine*
*Cornelia*
*Verina matri*
*piiſsime*
*poſuit.*




D. M.
*Sextiæ Severæ*
*Q. Julius*
*Valentinus*
*conjugi*
*Kariſſimæ*
*defunctæ annorum*

D. M.
*Pompejæ*
*Terentiæ*
*P.... oma Etes*
*uxori*
*optimæ.*

# CAP. XXXI.

SÆpenumero accidere ſolet, ut, dum aliud quærimus aliud inveniamus. Id ipſum & mihi nuper evenit. Quum enim Hippocratis noſtri librum de Aer. Aq, & locis reſpicerem, incidi in caput 43: ubi de Scythis agit impotentia in re Veneris. Ἔτι τε πρὸς τουτέοισιν, inquit, εὐνουχίαι γίγνονται οἱ πλεῖστοι ἐν Σκύθῃσιν, καὶ γυναικεῖα ἐργάζονται, καὶ ὡς αἱ γυναῖκες διαλέγονταί τε ὁμοίως. καλεῦνται δὲ οἱ τοιοῦτοι ἐνάρεες. Οἱ μὲν ἐπιχώριοι τὴν αἰτίην προστιθέασι θεῷ, καὶ σέβονται τουτέους τοὺς ἀνθρώπους, καὶ προσκυνέουσι, &c. Redditque porro rationem hujus rei naturalem, nimirum venarum retro aures inciſionem, quo remedio plerique uti ſoliti fuerunt, iſchiade correpti ab aſſidua equitatione. Floruit eodem tempore, nimirum circa initia belli Peloponneſiaci, quod anno 1. ol. 87. inchoatum eſt, Herodotus Halicarnaſſeus. Hic de iiſdem Scythis eadem ferme tradit quod ad morbum: ſed cauſam perpetrato ſacrilegio aſſignat. Οἱ δὲ ait de illis ab Ægyptiaca expeditione redeuntibus, ἐπεί τε ἀναχωρέοντες ὀπίσω ἐγένοντο τῆς Συρίης ἐν Ἀσκαλῶνι πόλι, τῶν πλεόνων Σκυθέων παρεξελθόντων ἀσινέων; ὀλίγοι τινὲς αὐτέων ὑπολειφθέντες ἐσύλησαν τῆς οὐρανίης Ἀφροδίτης τὸ ἱρόν. τοῖσι δὲ, καὶ τοῖσι τουτέων αἰεὶ ἐκγόνοισι ἐνέσκηψε ἡ θεὸς θήλειαν νοῦσον. Videtur autem Hippocrates Herodotum recitantem audiviſſe, vel jam editam legiſſe hiſtoriam, quandoquidem ſeu Deo, ſeu Deæ, hunc non eſſe adſcribendum morbum exiſtimat; & uti dixi, naturalem ejus rationem reddit. Citat hunc Herodoti locum nobiliſſimus Criticus Longinus περὶ ὕψους, aitque periphraſin hanc ἀμίμητον eſſe. Unde nec

ipſe, quis ille morbus eſſet, cepiſſe mihi ſemper viſus : & quicunque in eum commentati ſunt, conſimili in errore verſati. Recte igitur me facturum putavi, ſi quæ mihi ad hunc Longini locum ſect. XXVIII, vel ut alii diviſere, XXV, antea notata fuerunt, his ſubjicerem. Tanaquillus Faber καζωμήνια interpretatus, ut homo dum vixit, perfacetus fuit, omnique Græca & latina urbanitate mirifice excultus, opprimere lectorem naſum jubet. Boileau, qui libellum hunc in Gallicum ſermonem inſigni cum elegantia, tum eruditione tranſtulit, de hæmorrhoidum fluxu accipit : quod ei ſcilicet, non ſecus ac mihi, incredibile videbatur, hoc poſſe morbo mares tangi. Sed me quidem hominis non incelebris idem affectus meliora docuit. Favebat Boilavio non diſſimilis in ſacris literis hiſtoria, licet ab eo non animadverſa, quæ in eadem gente accidit, lib. I. Samuel. c. v. ubi Philiſtæis ob arcam fœderis interceptam immiſſæ hæmorrhoides. Narrantur enim aurei ab iis culi conſecrati. Sic & Deuteronomii cap. XXVIII idem morbus inter pœnas numeratur, quas Moyſes Iſraëlitis Dei verbis denuntiat, ab lege Deique veri cultu deſciſcentibus. Sed hic mihi morbus non magis femineus quam virilis videbatur. Quare in initio ad dyſenteriam referebam, cujus virus & teter odor τοῖς καζωμηνίοις non male reſpondet. Verum & hic utrique ſexui communis. Diſpulit tandem ex oculis tenebras Philo Judæus, uſque verum viderem effecit. Is enim in libello ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος, de Diogene hanc hiſtorialam refert : λέγεται γοῦν, ὅτι

θεα-

θεασάμενός τινα τῶν ἀνεμώνων, ὃν θηλεία νόσος εἶχεν, ἐκ τῆς ὄψεως οὐκ ἄῤῥενα, προσελθὼν ἔφη, σύ με πείω. σὺ γὰρ ἀνδρὸς χρείαν ἔχειν μοι δοκεῖς. ubi ὁ θηλείαν νόσον ἔχων is eſt, qui apud Pollucem lib. VI, c. XXX, Κίναιδος, ἀνδρόγυνος, θῆλυς τὴν ψυχὴν, γύννις. Et convenit hæc explicatio interpretationi Herodoti, qui lib. IV, c. 67, eoſdem ἀνδρογύνους fuiſſe dicit, & a Venere τὴν μαντικὴν didiciſſe : ſic ut illi quaſi Veneris Galli fuerint. Erat autem Aſcalon urbs Palæſtinæ, in qua Cayſtrus Pentheſileæ filius Derceto uxorem duxit, ex eaque Semiramidem genuit. Unde natus illic Veneris cultus, quam Derceto fuiſſe e Diodoro, aliiſque diſcimus. Erat in vicinia in Libani montis vertice aliud Veneris templum, de quo Euſebius de laudibus Conſtantini : Γύννιδες γοῦν τινὲς, ἄνδρες οὐκ ἄνδρες, τὸ σεμνὸν τῆς φύσεως ἀπαρνησάμενοι θηλείᾳ νόσῳ ἐκ τὴν δαίμονα ἱλεοῦντο. Sed & apud Iſraëlitas ſub regibus Aſtartæ Veneris lucus fuit, cujus antiſtites effeminati, & exſecti, uti ex Hieronymo & Aquila interprete Seldenus docet Synt. II, c. 2. de Dis Syris. His liquere puto, quanto in errore verſatus ſit Longinus, periphraſin hanc inimitabilis elogio condecorans : qua de Cinædis apud Græcos & Latinos nil protritius.

# JACOBI TOLLII
## De
## FONTIBUS ELOQUENTIÆ
# ORATIO.

*Sereniſſimo ac Potentiſſimo Principi, Domino,*

# DOMINO FRIDERICO GUILIELMO,

*Marchioni Brandenburgenſi,*

Sacri Romani Imperii Archi-Camerario

ET

ELECTORI,

*Supremo* DUCI *in Boruſſia,*

Magdeburgi, Cliviæ, Juliæ, Montium, Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiorum & Vandalorum, ut & in Sileſia Croſnæ & Carnoviæ

DUCI,

Burggravio Norimbergenſi,

PRINCIPI

Halberſtadii, Mindæ & Camini,

COMITI

Hohentolleræ, Marcæ, & Ravensbergæ,

DOMINO

Ravenſteinii, & Territoriorum Leoburgii & Butovii &c. &c. &c.

Ut &

SERENISSIMO PRINCIPI

ac DOMINO,

DOMINO

# FRIDERICO

*Marchioni Brandenburgenſi*,

Dignitatis Electoralis, Gloriæ Brandenburgicæ & Paternarum Ditionum Heredi,

*Dominis meis Clementiſſimis*,

*NAtura ita comparatum eſt, SERENISSIMI PRINCIPES, ut, quum purior æther fulſit, nitidique ſolis radii illuſtre torpentibus aquis lumen infundunt, vitali ſimul illæ tepore incaleſcant, & diſcuſſis diſſipatiſque, queis turbabantur, iterum liquefactæ auctorem fortunæ melio-*

*lioris repercuſſa imagine omnium oculis è veſtigio repræſentent. Quod in aquis natura, id in oratione mea ratio, quæ naturæ nonnunquam æmula eſt, effecit: & ſicut in illa benefica irradiantis gratiæ Veſtræ favoriſque vis ſentitur, ita & ipſa Auguſta Nomina Veſtra, pro imaginibus ſacrorum vultuum, cunctorum obtutibus oſtentare non ceſſavit. Majus illa decus adſciſcere ſibi non potuit: melius officioſæ gratæque voluntatis documentum anguſti temporis iniquitas negavit: Nam quæ debetur plena gratiarum actio, SERENISSIMI PRINCIPES, eam tam contractis includi ſpatiis beneficii Veſtri amplitudo non patitur. Deſtinatus igitur illi cum volente DEO, Veſtroque adſpirante favore, latior campus eſt: & cum Lucretius meus,*

*Longinuſque in publicum exibunt, non modo patentius æquor explicandæ pandent prolixiſſimæ dediti dicatique animi mei voluntati: ſed & alter exemplo, præceptis alter, eam qua menti, qua orationi meæ ſufficient ſublimitatem, quæ neque Majeſtatis Veſtræ Celſitatem, neque benignitatis magnitudinem dedeceat. Aſſiduis interim ſupremum Numen precibus fatigabo, ut* SERENISS. ELECTORALEM *domum omni felicitatis flumine inundet, ac tam ſalutares Germaniæ, Chriſtianæque reipublicæ Heroas humanis rebus ſalvos & incolumes, quam diutiſſime intereſſe patiatur. Ita vivam,*

*Sereniſſimis Nominibus Veſtris*

Devotiſſimus

JACOBUS TOLLIUS.

# JACOBI TOLLII
## *ORATIO INAUGURALIS* DE
# FONTIBUS ELOQUENTIÆ.

FONTES rivoſque non admodum largos, quorumque modica tantummodo altitudo per umbroſas convalles, & opacos montium amfractus leni murmure decurrens camporum plana perennibus laticibus rigat, ſi quando de cælo minus imbrium depluit, atque æſtas præter ſolitum torrida ferventibus ſolis radiis ingenuam telluris humiditatem exhauſit, adeo ſenſim conſumi, & ad hanc aquarum penuriam redigi ſæpenumero videmus, ut in ipſis fontes fontibus quæramus; quærenteſque non reperiamus. Hæremus igitur ſtupore defixi, miramurque illas undas, quæ vitrea ſua pelluciditate cum oculos, tum animos ſpectantium recreare, & reficere ſolebant, cultaque agrorum ſata, & hortorum blanda germina temperato humore fœcundare, ita evanuiſſe, ut earum deſiderio non modo remotior ſeges langueat, ſed & in ipſis riparum ſuperciliis nata, ac veluti domeſtica gramina marceſcant; florumque, quorum læta, & omni colorum lumine diſtincta varietas admirabili ſpecie atque elegantia cum ipſa laticum amœnitate paulo ante de pulchritudine certaverat, vegetus ille, vividuſque nitor triſti primum, lethalique pallore obducatur, ac tandem ſparſo per omnia quaſi membra languore deficiat, & emoriatur. Sed quid ego fontes memoro, quid rivos? quum ingens

Ao. Mdc Lxxxiv. gens illud bicornis Rheni flumen, cujus hac hyeme longe lateque effuſam alluviem, velut vaſta quædam altius attollentis caput Oceani æſtuaria ſtupuimus, adeo exhauſtum, adeo ſuis ſpoliatum undis Ao. Mdc Lxxii. ante hos annos duodecim viderimus, ut & ſaltu tranſmitti potuerit, & ad memoriam diræ Bataviæ meis ſiccitatis per tranſverſum illius alveum aratrum duceretur. At ubi denuo familiaris & ſolita cœli benignitas redit, demiſſique largiter imbres per terræ poros ac meatus diditi, diſſipatique, fontium venas intrant, redit & fontibus rivisque prior facies; redit & agris diſcuſſo ſquallore priſtinus decor; & herbis ac floribus vita redintegratur: omniaque veluti renata juveniliore vultu renident, ridentque: & quæ paulo ante vix ſemetipſa a pernicie atque ab interitu tuebantur, grata jam ubertate fœcunditateque luxuriant. Habetis hic, Auditores, fortunæ meæ imaginem, non artificum manu fictam, ſed in hoc liquido fontium ſpeculo naturali ſimulatione tamquam in tabella expreſſam, atque adumbratam. Nam qui quondam, dum clementior aura adſpirabat, patriæque meæ ab cælo bene erat: de qualicunque hac pectoris mei ſcatebra non gravia aquarum pondere prona flumina, ſed mediocres & ſufficientes irrigandis eorum, qui audiebant, animis rivulos effundere ſolebam, erepto repente cæli favore, & continuato per ſat longum tempus torrentis ſideris afflatu exarefactus, atque ad ignobilem tenuitatem exinanitus, vix ipſe me noveram, requirebamque veterem illam copiam, qua quondam inter æquales non contemnenda fama prædicabar. Verumenimvero quandoquidem mihi jam nunc Divina providentia dimota peſtilentis aëris pernicie novam ætheris ſpeciem patefecit, & mitiora Sereniſſ. Principum ſidera aperuit, quorum benigniſſimus influxus, almos ac vitales ciens imbres, in altiorem, nobiliotemque priſtino decoris & honoris gradum me repoſuit, non tam reſtitu-

tu-

tus mihi videor, quam renatus; & novo, atque luculento leniter per ſaxa, per obices tralabentium aquarum agmine hortos, & arva, ſalutari humore imbuturus; & diſpertita per omne florum genus aſpergine, roſas, lilia, violas, narciſſos, anemonas, & quidquid porro haruncce terræ propaginum vel colore blanditur, vel odore delectat, una cum virentibus herbis, lætiſque ſegetibus in dias luminis oras educturus. Qua ſpe, ampliore forſitan quam deceat, dum mihi ipſe blandior, ita velim de animi mei ſenſu exiſtimetis, Auditores, non ea me eſſe arrogantia, ut meis tantum viribus tribuam, aut ingenio meo tantum ſumam: verum divina fretum benignitate, favoreque Sereniſſ. Principum ſubnixum, concipere non indecoram auctoribus ſuis animi fiduciam, qua memet ipſe ſuperaturum me confidam, & impoſito duplicis Profeſſionis oneri ſuffecturum. Ex hoc fonte hæc de Fontibus Eloquentiæ profluet Oratio: quam rogo æquis attentiſque & auribus, & animis accipiatis. Nobile argumentum eſt, & ſiquod aliud, ad hanc rem, & ad hoc tempus cumprimis accommodatum: Quod quoniam duplici ſcaturigine diſtinctum, duobuſque ortum capitibus cum ingenii divitis, & a natura ad eloquentiam facti, tum ingenuarum artium ac ſcientiarum diſciplinæ, in unum ampliſſimum atque largiſſimum flumen confluit; quod deinde plurima cura & labore exercitationis augeatur; ego quoque orationem hanc in tres partes dividam: ac primum de ingenii copia; tum de liberalis & omnigenæ eruditionis affluentia; ac tandem de longæ & aſſiduæ exercitationis adjumentis, pro loco ac tempore quambreviſſime differam.

Sed antequam ad ipſum orationis filum deducendum progrediar, occurrendum mihi quorundam hominum ſtupori atque ignorantiæ videtur, qui, quum vel minus ingenio valeant, vel idipſum li-

teris

teris humanioribus non admodum excoluerint, primum hanc unam ac laudabilem putant eſſe eloquentiam, quæ celeri linguæ volubilitate ingentem verborum vim evomat potius, quam effundat: quæ ut recens deflata fortaſſe placeat, ita excuſſa nil ſolidi ſenſus contineat, & ad artis tamquam ad ſolis lumen admota, & inſpecta penitius, ab accuratâ & exacta bene dicendi ratione tantum diſtare deprehendatur, quantum aqua intercute turgens corpus à ſano robuſtoque differt: in quo bonus & incorruptus vitio ſanguis per omnia membra vim, vigoremque vitalem, æqua temperie diſpertit, venaſque ac nervos, & oſſa, integra valentique carne conveſtit. Dein, ſi jam in majore eruditionis luce verſantur, eam, quam ſe noſſe putant, eloquentiam veram, & ab hac, quam modo perſtrinxi, inani projectaque loquacitate ſeparatam atque diſtinctam, amplis illis quidem uberis, ac plenæ, atque affluentis orationis, veruntamen anguſtis nimium, & plurimum intra ſpatioſiſſimos, quos poſſidet, limites, coartatis finibus circumcludunt. Eſt enim, ut hunc errorem primum refutem, immane quantum diſcrimen inter Eloquentiam & Loquentiam: quarum illa facultas eſt ornate, & apte, ſive congruenter, bene cogitata explicandi; hæc quicquid in ſolum venerit, maleve cogitatum fuerit, commode, facileque, & cum nonnulla ſæpe verborum pompa profundendi. Notiſſimum eſt Salluſtii de Catilina dictum, quod non recentiorum tantum, ſed & veterum Criticorum ingenia plurimum exercuit: *Catilinæ*, inquit, *ſatis eloquentiæ, ſapientiæ parum.* Contendunt eorum plerique, Salluſtio *ſatis loquentiæ* ſcriptum, non *eloquentiæ*: quod *eloquentiam* in hominem inſipientem cadere non poſſe cenſebant, cujus, ſicut reliquarum bonarum artium, fundamentum eſſe *ſapientiam* à Magiſtris Philoſophis didicerant. Sed pace mihi Valerii Probi, pace A. Gellii, & eorum

omnium,

omnium, qui in eorum ſententiam pedibus ivere, dixiſſe liceat, magno illos in errore verſatos, qui non ad etymon vocis, & familiarem, uſitatamque loquendi rationem potius, quam ad reſtrictam doctorum hominum interpretationem Salluſtium reſpexiſſe arbitrati ſunt: quum & *libidinoſam eloquentiam* Fabius, & *lucroſam* Auctor commentatiunculæ de cauſſis corruptæ Eloquentiæ, *ſanguinantemque* dixerit: ut alia multa omittam argumenta, quorum hic non eſt commemorandi locus. Neque vero eapropter non præclare Julius Candidus, & junior Plinius *eloquentiam* à *loquentia* ſejunxerunt, illamque improbis hominibus, & quibus, ut Catilinæ, *ſapientiæ parum*, diſertis licet & facundis eripuerunt, ſoliſque eam ſapientibus ac probis viris propriam dicarunt. Verum accuſanda hic potius eſt Latinæ linguæ inopia, & Græcæ contra ea opulentia, ſummopere laudanda, atque prædicanda. Nam quum Eloquentia vera facultas ſit, uti paulo ante diximus, eleganter atque congruenter bene excogitatam animi ſententiam exprimendi: nemo autem recte cogitet, niſi qui ſapientia pectus imbutum habeat, & inſtructum; hanc cogitandi, cogitataque explicandi rationem, vimque dicendi, veteres Græci σοφίαν primum, id eſt, ſapientiam; dein multo etiam magis enucleate λογιότητα, virumque eloquentem λόγιον appellarunt; quibus vocibus cum *ratio* continetur, tum *oratio*, qua utraque divinæ homines originis admonentur, & à brutis animantibus diſtinguuntur. Poſſem, ſi res hujus temporis eſſet, latius evagari, & interioris eruditionis armaria excutiens, de Mercurio artis inventore, & apud gentiles præſide eloquentiæ ac tutelari Deo, nonnulla in medium afferre, cui hoc ipſum Λογίȣ cognomen ab antiquis tributum didicimus: poſſem cum principum in Europa vigentium linguarum collatione in patriæ linguæ laudes ire, quæ Græcæ copiam, pro-

proprietatemque, quam proxime æmulatur; & ex hac, quæ vera eſſet Eloquentia, oſtendere: poſſem & de Rhetoribus *hordeariis*, aliiſque id genus vitioſæ orationis affectatoribus fuſius diſſerere: ſed quod adeo multa reſtent dicenda neceſſario, ut nec his omnibus tempus hoc ſuffecturum videatur, ad alterum memet convellendum, detrahendumque animis errorem conferam; eorum nimirum, qui Eloquentiam in ſola atque unica abundantia atque ubertate ſermonis ſitam eſſe arbitrantur. Exſtat & apud Virgilium Famæ, & apud Boëthium Philoſophiæ deſcriptio, quarum & hæc & illa poëtica fingendi licentia velut in Dearum numerum relata,

*Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.*

His Eloquentiam comparabimus, quæ & ipſa humum pedibus nonnunquam premit, parteque ſui depreſſa ſectatur; at, ubi ſemetipſa erigit, caput in auras attollit, ipſumque æthera ſublimi vertice perrumpit. Quod autem porro de Fama Virgilius,

——— *quot corpore plumæ,*
*Tot oculi, totidem linguæ:*

Quid? nonne ipſa Eloquentiæ quaſi delineatio eſt, & ad vivum expreſſa imago, cujus tam oculata prudentia, cujus tam varia ac multiplex ſermonis forma eſt, & ſpecies, quam ipſa rerum varietas immenſa, & nullis unquam finibus terminata? Quid? quod non modo non ſemper affluens eſt Eloquentia, & multa verborum copia redundans, verum etiam pro rerum uſu atque tempore aliquando plane muta. Muta Eloquentia! obmurmurabit forſan aliquis, & riſum vix tenebit. Immo vero, Auditores, evenit aliquando, ut obmuteſcat, & plus ſilentio efficiat, quam longa, compoſitaque, & accurata oratione impetrare valuiſſet. Demetrium ferunt Philippi Macedonum regis penultimi filium, quum in Senatu Romano ab Ætolorum, aliarumque

que Græciæ gentium legatis objecta patri crimina diluturus eſſet, pudore & verecundia obmutuiſſe, adeoque hoc ipſo ſenatum commoviſſe, ut muto filii patrocinio delicta patris donarentur. Caſu factum, inquiet aliquis. Quid ſi id ipſum artis opus fiat? An vero artis non eſt imitari naturam, eamque preſſo pede ſequi? An Ajacis illud apud Homerum in Necyomantia ſilentium non omni dicendi facultate vehementius, non omni etiam acerbiſſima oratione aſperius eſt? Jam illa Didonis apud Virgilium tacita Æneæ apud Inferos averſatio, ullane potuit humani ingenii facundia repræſentari? Prudentiſſime igitur, & ad Eloquentiæ leges appoſitiſſime, duo illi Poëtarum utriuſque linguæ Græcæ Latinæque Principes, ad exemplum Timanthis, ſilentii velo affectus illos truces & perturbatiores odii, iræ, indignationis obnupſerunt, quod eos nullo eloquii penicillo exprimi poſſe videbant, & effingi. Et ut Eurydices apud Sophoclem, ut apud eundem Deianiræ arte ficta, & ad imaginem Naturæ adumbrata ſilentia prætereamus, nonne, ubi rurſus ab hominibus ad naturam reflectere & retorquere oculos libuit, in ipſis nonnunquam amnibus quidam tanquam mutus aquarum curſus, ac veluti ſilentium occurrit? nonne in Europa Rhodanum, in Aſia Tigrin, Nilum in Africa, ingentia omnes flumina, illam ipſam rapidarum undarum molem, illoſque contortos vortices, & ruentia quaquavorſum agmina, quibus paulo ante oppoſitos aggeres perrumpebant, & ingentem per agros ſatorum, arborum, villarum ſtragem dabant, occultare ſæpenumero cernimus, & oculis noſtris ſubducere, ſubireque tellurem, longo inde terrarum intervallo rurſus erupturos? An vero & illa tum eſſe flumina negabimus, cum ſubſidunt, neque jam amplius conſpectui noſtro patent? Atqui divinum illud mentis lumen, cujus acies oculorum corporis aciem innumeris partibus ſupe-

ſuperat, quodque omnia abdita tanquam aperta contuetur, ſub terris etiam labentes fluctus perſequitur, rimatur, contemplatur, & hæc ſtupenda naturæ miracula intimis ingenii ſenſibus ad perculſionem primo, mox & ad imitationem quam proxime poteſt admovet. Sed quid ego ſilentia memoro vel mœſta tantum; vel verecunda, vel irata? nonne omnis animi affectio uno quandoque vultu omni ſermonis eloquentia facundius & efficacius explicatur? Nonne unicus oculi conjectus ad inſtar vibrati fulminis intima ſæpe pectoris penetrat, percellit, exanimat? quod ſi nonnunquam

*Pro fato patuit vultus iniquior,*
*Et vidiſſe ſat eſt Herculeas minas,*

quænam, obſecro, orationis truculenta comminatio; quod ſævi, fulminantiſque oris tonitru huic vel celeritati conferri poſſit, vel violentiæ, ſicubi erudita induſtria perſonam naturæ induerit arti, & adſcititio terrore velut nativo Eloquentiam circumdederit? Tranſeamus ad molliora, & à vultu ad alios non minus mutos animi interpretes declinemus. Demetrio Syriæ Regi capto à ſe, & liberaliter habito, quum iterato ex Parthia fugam tentaſſet, iteratoque è fuga retractus eſſet, ad exprobrationem puerilis levitatis, Parthorum Rex aureos talos miſit. Potuitne ulla verborum contumelia gravior excogitari? Scytharum Rex Dario per legatos vel prælium, vel terram & aquam petenti, ſagittas quinque, & cum his avem, murem, ranam miſit. Potuitne ulla per feciales armorum bellique denuntiatio triſtior ac terribilior ad aures, quam hæc ad animum Regis tacita imminentis exitii comminatio accidere? Ægyptii gens ſapientiſſima, omnem ſacram & profanam ſcientiam hieroglyphicis quibuſdam notis, & animalium plerumque figuris, doctis & initiatis cognoſcendam exponebant; profani vero vulgi intellectui licet in propa-

tulo

tulo poſitam ſubtrahebant. Potuitne ſagacius aliquod, vel prudentius conſilium inveniri, quam quo mutis ſignis omnis arcanæ ſapientiæ doctrina explicaretur luculentiſſime, ſimul & occultaretur? Ad hæc multa ſæpe in oratione, licet illa ſit eloquentiſſima, aures noſtras prætervehuntur, nec inhærent: at quæ oculis ipſis ingeruntur, quorum ſenſus eſt acerrimus, ea plerumque etiam aliud agentes advertere animum cogunt, penetrantque & inſidunt penitius, neque tam facile elabuntur. Mutæ Eloquentiæ ſubjungam mutæ proximam; vocalem illam quidem, ſed unius tantum vocis promam, quæ nec ipſa, quales olim Dithyrambicæ, ridiculæve Comicorum, tricubitalis erit, ſed unius tantum literulæ. Quum Philippus Alexandri, Macedonum Rex, ea ab Lacedæmoniis per epiſtolam petiiſſet, quæ libera civitas, & Lycurgi legibus ſuperba, concedere vel nolebat, vel ſalva libertate dignitateve non poterat, ut ab incepto illum propoſito non tam demoverent, quam dejicerent, non conciſo ſuo dicendi genere παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, reſponderunt, ſed unicam tantummodo ſcytalæ literam inſcripſerunt: &, quod neque Demoſthenia δεινότης, neque ſonora Æſchinis magnificentia impetraſſet, inopinata ac præfracta negandi formula extorſit. Quod ſi quis hoc gentis ingenio verborum ſemper parciſſimæ aſſignandum potius arbitratur, quam judicio: quid? num & elegantiſſimo Poëtæ Philoxeno orationis luculentæ copiam defuiſſe exiſtimabimus? qui, quum eum junior Dionyſius in lautumias conjeciſſet, quod non modo non laudare carmina tyranni vellet, ſed nec audire quidem ea ſuſtineret, quærenti per literas Dionyſio, ecquid jam pœniteret, epiſtolam totam ſola illa litera negitante O conſcribillatam remiſit. Videbat ſcilicet vir acutiſſimus, neque conſtantiam ſuam animi ab adulando remotiſſimi, neque tyranni, omniumque, quos aut

pertulerat, aut timere poterat ab tyranno, crucia-tuum ac tormentorum contemtum ulla ſe verborum qua gravitate, qua abundantia, ſat efficaciter exprimere valere: verum inveniendum aliquid, & excogitandum, quod ipſa ſui novitate atque vehementia immanem ferumque tyranni animum percelleret atque perturbaret. Ab unius literulæ vocula ad unicam plurium literarum vocem; ab unica voce ad unicam ſententiam veluti per gradus adſcendam. Cæſar Julius, qui primus Imperium Romanum unius Principis ſubjecit arbitrio, eam multis, & iis quidem reconditis literis, & exquiſitis, ſummoque ſtudio atque diligentia bene loquendi laudem aſſecutus, ut inter perfectiſſimos & eloquentiſſimos Oratores a Cicerone referatur, quum tumultuantes milites ad officium revocare vellet, non prolixo, meditatoque ſermone, ſed unica tantum voce totam ſedirionem diſcuſſit. *Quirites*, inquit; & hac una appellatione, velut ſparſo inter concitatas apes arenæ manipulo, omnes iras, & omnes animorum motus compeſcuit. Et hæc quidem mitis, & tempori ſervientis ducis unica vox fuit; at illa ducis alterius plena terrore, & omni verboſæ orationis aſperitate minacior ad Locrenſes unica ſententia: *Cicadæ vobis humi canent*. Cujus licet ambiguus auctor ſit, neuter tamen ignobilis, ambo ingenio validi, ſive is Dionyſius fuit, ille, cujus modo meminimus, Siciliæ tyrannus; ſive Steſichorus, quem Homero in carmine & virtutis & gloriæ proximum æmulum Fabius prædicat; ſententiæ vero ipſius vehementiſſima brevitas a duobus doctiſſimis ac graviſſimis artis Rhetoricæ ſcriptoribus Ariſtotele & Demetrio Phalereo, ſeu potius Alexandrino, omni etiam efſuſiſſimæ atque redundantiſſimæ orationi fuit antelata. Quod ſi igitur una ſententia, ſi vox unica, ſi unica litera, ſi ipſum denique muti oris ſilentium ab Eloquentia non eſt alienum, quid? ab

illane vel conciſum dicendi genus, vel exile ac gracile excludemus? atqui nihil nobis facilius fuerit, quam vel nobiliſſimis ſapientiſſimarum gentium exemplis, vel graviſſimis eruditiſſimorum hominum teſtimoniis ac præceptis demonſtrare, illam ipſam vel breviter vel tenuiter eloquendi rationem non modo inter genera Eloquentiæ eſſe numerandam, ſed & illi, quam nonnulli ſolam laudant, plenæ atque amplæ dicendi facultati multis ſæpe locis, atque temporibus eſſe præferendam. Recurramus iterum ad naturam fontium atque fluviorum, & in eorum varia magnitudine, quid verum ſit, videbimus. Quum enim vel Cydnum intuemur Alexandri magni periculo & Friderici Ahenobarbi exitio nobilitatum, vel Mæandrum vagis erroribus in ſe recurrentem, vel Alpheum Arethuſæ ſubter Jonii maris undis veſtigia perſequentem, vel Acheloum & antiquitate fluminis, & Herculea injuria, & filiabus Sirenibus celeberrimum, ceteroſque id genus fluvios poëtarum carminibus, aut hiſtoriarum monumentis commendatos, num ideo eos amnium albo expungimus aut eradimus, quod nec Padi, nec Iſtri, neque Nili, neque Gangis amplitudinem habeant & altitudinem, verum potius eorum honori aſſurgant, ſubmiſſiſque illos aquis, tanquam majorum gentium flumina, ceu numina, adorent? Quid? quod & hi, qui exiliores, & fontibus proximi fluvii, plerique cummaxime liquidi, amœni, auriferi, gemmiferi ſunt? & ut has naturæ dotes aliquis aſpernetur, quibus æquo animo carere eſt, certe ad levandam ſitim, ceteroſque neceſſarios humanæ vitæ uſus, nil dulcius eſt, nil ſalubrius illa pellucentium fontium rivorumque nitida puritate, ludentium in flava glarea virentibus herbulis intermiſta piſcium agmina oſtentante. Quare ſicut nec lacus paluſtres & putridi, utut late patentes ac diffuſi vivorum fluminum numero merentur accen-

ſeri; neque item facundia, ſive illa ex impuro pectore profluat, ſive nullo artis ac rationis vel igne animata ſit, vel ſale condita, veræ eloquentiæ nomen obtinere ac tueri poteſt: ita contra ea tenuia, exilia, aut non nimis alta fluenta, dummodo viva ſint, & naturali calore exſurgant, ſive ea proprie accipiantur, ſive per tranſlationem ad eloquentiæ naturam explicandam deflectantur, non indecora generi ſuo ſunt; & ſi non ſummo faſtigio proxima, certe non abjecta, neque contemnenda: ſed in illo ſæpe honoris ac dignitatis gradu collocata, ut ſplendore ſuo elatiora, & in ipſo altitudinis culmine conſtituta vel ſuperent, vel exæquent. Disjectis igitur & amolitis, quæ obſtare videbantur, ad ipſos Eloquentiæ fontes adeamus; quos duplici capite ingenii & eruditionis exſilire diximus, inque unum alveum confluere.

Illuſtris quondam cum apud Græcos, tum apud Latinos, artis ſcriptores quæſtio fuit, Utrum natura plus ad perfectam, omnibuſque ſuis numeris abſolutam eloquentiam conferret, an doctrina? omniumque una ferme hæc ſententia fuit, alteram alterius opem poſcere, eaſque amice conſpirantes, & quaſi vinculo matrimonii nexas, eximium ac præclarum fœtum edere, cujus vita in omne ævum prorogetur, quique formæ emendatiſſimæ venuſtate, ſpectatores in admirationem ſui rapiat, deſiderio incendat, amore inflammet, ac tandem ſui potitos in altiſſimum gloriæ faſtigium elevet, & extollat. Sed hæc natura, Auditores, non eſt noſtri arbitrii, neque noſtræ res poteſtatis. Doctrinam, ſtudium, laborem, diligentiam afferre ipſi poſſumus: naturam ad eloquentiam habilem & aptam dare nobis non poſſumus. Cæleſte ea donum eſt, ea fonte divinæ manans benignitatis. Vulgare quidem dictum eſt, *Oratorem fieri, Poëtam naſci*: ſed minus verum, & inter illa referendum quæ benigna interpretatione lenienda ſunt. Nam

ſi Eloquentia noſtra vel voluntate, vel induſtria, acquiri, paratique poſſet, vanæ & ineptæ forent graviſſimorum hominum querelæ, ſeculi cujuſque ſui infelicitatem deplorantium, cui vel nullus, vel rarus Orator obtigiſſet: nec perpetua laude ſemperflorentia Demoſthenis & Ciceronis nomina inviſas aliis fulgore ſuo tenebras offudiſſent. Scilicet ut in omni rerum natura, ita & in humano ingenio mira quædam indolis varietas elucet:

*Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ:*
*Arborei fœtus alibi, atque injuſſa vireſcunt*
*Gramina.*

Sed hoc noſtrum eſt, noſmet noſſe, id eſt noſtram explorare naturam, noſtra indagare, ac dignoſcere ingeniorum momenta, quo illa vergant potiſſimum, & quo inclinent: quid ferre, quid ſuſtinere queant, & quid perferre, quid perficere: eaque ſi ad Eloquentiam propendere & quaſi facta eſſe deprehendantur, omni deinceps doctrina, cura, atque ſollicitudine comere, fingere, exornare. Quare qualis iſtiuſmodi natura, qualeve ingenium aut ſit, aut eſſe debeat, operæ eſt cognoſcere. Philoſophi quum hominem deſcribunt, conſtare eum dicunt ex animo & corpore, *quorum alterum nobis cum Dis*, inquit Salluſtius, *alterum cum belluis commune eſt.* Hujus animi partem principem eſſe mentem, cui duplices virtutes adſignant, ingeneratas & voluntarias: ingeneratas docilitate contineri & memoria: voluntarias illas eſſe quatuor pervulgatas, Prudentiam, Juſtitiam, Fortitudinem, & Temperantiam, quippe quæ a libertate rationis proveniant, qua nil in homine divinius. Græci, a quibus omnis hæc doctrina fluxit, docilitatem, alteram illam ingenii partem, duobus etiam vocabulis paulo, ni fallor, dilucidius explicant, dividunt eam in ὀξύτητα & ἀγχίνοιαν id eſt, in acumen, & verſatilitatem, ſive celeritatem: ſic ut is *ingenio-*

*ſus* merito dicendus ſit, aut, ut Platonis utar verbo, εὐπεφυκὼς, qui & ingenii acumine celeritateque polleat, & memoria. Acumine ad inſtar teli omnia penetrantur, perſpiciuntur, cognoſcuntur: celeritate multa brevi tempore percurruntur: memoria, quæ jam comprehenſa perceptaque ſunt, quaſi fida quadam appoſita cuſtode continentur, conſervanturque. Ceterum ſicut uſus valentiſſimus loquendi magiſter eſt, atque efficaciſſimus, ita & hic obtinuit, ut & judicium ad perfectæ rationis normam exactum, arteque perpolitum, quod proprie ad prudentiam pertinet, ad ingenium referatur: atque item magnificentia, quæ fortitudinis ſpecies eſt, rerumque magnarum & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione agitatio, atque adminiſtratio. Ejuſmodi igitur ingenium, talemque naturam requirimus, quæ hiſce ſive dotibus animi ſive virtutibus, ſi non ampliſſimis, mediocribus minimum, vel paulo etiam ultra mediocritatis gradum elatis, prædita ſit, & inſtructa: quæ quo grandiores auctioreſque fuerint, eo etiam laudabiliores, magiſque exoptabiles cenſendæ ſunt. Qui metallorum naturas rimantur, & exploratrices arcanorum hujus univerſi cogitationes ſuas in intima terræ demittunt, non modo *fulgorem reverentur ab auro*; ſed & puritatem in eo admirantur, & pondus, & ductilitatem, & ex æquabili humidi & ſicci, calidi & frigidi, ſeu potius Acidi & Alcali, temperie invictam, & inexſuperabilem adverſus omnem vim elementorum, firmitatem & conſtantiam: cujus quanto ditior vena eſt, tanto ea metallicolis ſolet eſſe acceptior. Huic argentum proximum numerant, argento cuprum; cupro metalla reliqua: quibus quanquam ſuum ſingulis pretium eſt, & eximia dignitas, attamen ita primæ partes auro judicio intelligentium tributæ ſunt, ut, quod proxime ſuccedit metallum, longo demum illud ſequatur in-

intervallo. Aurum igitur potiſſimum ab omni hominum genere prædicatur; aurum votis omnibus exoptatur; aurum certa fide, totoque pectore adamatur: & hinc illa per comparationem deducta eloquentiſſimorum virorum cognomina *Chryſoſtomi* & *Chryſologi*, quod eorum vel os aureum eſſe videretur, vel aurea ex ore fluens oratio. Olim, quum obtuſiora homines, quam nunc, pectora geſtarent, χρύσεα χαλκείοις mutata legimus: at his aureis temporibus tam fatuum quemquam repertum iri vix puto, qui vel eloquentiam, vel cognomen *Euphradæ*, aureæ vel dicendi facultati, vel inde promerito cognomini præferat: neque item tam excordem, adeoque mentis oculos auri ſplendore præſtrictum, qui non utriſque divinam eloquentiam anteferat *Theophraſti*: qui non ad Platonis, ſi facultas ſuppeditet, pervenire gloriam malit; cujus ſermone uſurum Jovem fuiſſe, ſi Græce loqui voluiſſet, veteres Græci jactitabant; quemque Marcus Tullius ob illam auguſtam cæleſtis eloquii majeſtatem Oratorum ac Philoſophorum *quendam quaſi Deum* appellare non veretur. Atqui hic idem Plato duos affirmabat in homine eſſe motus; externum unum, qui pulſu agitaretur alieno: alterum ſuum, qui per ſe ipſe, ac ſua ſponte moveretur, & priore divinior ſolis ineſſet animis. Hunc motum, quod is omnis a calore proficiſceretur, *igniculum* Philoſophi appellarunt, & *auræ divinæ*, id eſt, ætheris *particulam*: qui, quo purior eſſet, & mobilior, atque celerior, eo quoque illum origini ſuæ propiorem eſſe, atque diviniorem. Hic ignis eſt, cujus ope Pericles tonare, fulgurare, totamque miſcere Græciam dictus fuit: hic ignis eſt, qui ex anhelo Demoſthenis ore perculſura reges fulmina vibravit: hic ignis eſt, qui Ciceronem contra hoſtes patriæ, Catilinam & Antonium, æſtuantibus ira animis, armiſque inſtruxit; illum proſtravit, hunc ambuſſit, & ingenti fragore univerſum terrarum orbem implevit. Sed

hic ignis, quamquam cæleſtis, non ſemper fulmineus eſt, non ſemper iracundus, non ſemper horriſonus: eſt & leni ſplendore mitius coruſcans; eſt & minus ſæpe fulgens. Habet enim quiddam cum cognato æthere commune: qui, quum totus collucentibus aſtrorum ignibus dictinctus ſit, ornatuſque, quorum immenſæ ſunt plerorumque magnitudines, numeroſiſſima tamen eorum diverſitate, non minus quam ipſa pulchritudine, admirabilis eſt. Neque vero, ſi ſol omnia ſua luce colluſtrans diem ceteris eripit, aureuſve pleno lumine prænitentis lunæ vultus noctem ſibi pæne ſoli vindicat, non ideo minoribus ſideribus ſuus honos, ſuumque decus eſt. Quid? non illa ſat ampla, non illa omnibus animis amplectenda laus eſt, qua Catulliani juvenes Heſperum ſuum cohoneſtant?

*Heſpere*, inquiunt, *qui cælo lucet jucundior ignis?*

Atqui ab hoc quidem lucidiſſimo aſtro Latinæ linguæ paupertati parva quædam ſcintillula Græcæ Linguæ affluentiæ alluxit, quum eum Latini quoque *Luciferum*, ſicuti Græci φωσφόρον, appellarunt. Reliquis autem planetis, ut de ſideribus aliis taceam, detractus plane ſuus honos a Latinis, quem Græci cumulatiſſime congeſſerant, Saturnum φαίνοντα, Jovem φαέθοντα, Martem πυρόεντα, Mercurium στίλβοντα dicentes atque ſuam cuique ac peculiarem, ac tametſi pro varia luminis magnitudine diverſam, veruntamen præclaram & decoram appellationem tribuentes. Ut igitur ſiderum, ita & ingenii igniculorum magnitudo diverſa eſt, & ab hac magnitudinis eorum differentia diverſi in eloquentia gradus dicendi facultatis; veruntamen ſua ſingulis & propria laus & gloria, qua velut ex alto radiantia ingenia perpetua luce micant, & refulgent. Quærat hic aliquis, cui non nimia ingenii vis & altitudo a natura obtigerit, quique nihilo minus ad illam laudatam Eloquentiæ excelſitatem

ad-

adſpiret, ecqua illa vel malignitas naturæ, vel defectus, arte aut ſtudio corrigi, ſarcirique poſſit, & ingenium aliquo modo augeri, attolli, & amplificarii? Occurram lubens huic tam bonæ menti, & porrigam ultro auxiliatrices manus. Quum animus noſter liquidus, purus, & ab omni labe intactus, in hoc corpus terreno principiorum genere confectum, tamquam in domicilium, immigravit, vigens illa ac vivida vis ejus, prout hoc magis minuſve impurum eſt atque inquinatum, magis minuſve retunditur, inficitur, infirmatur: illaque, qua cenſebatur, agilitas, & celeritas, gravitate, tarditateque corporeæ molis, velut injectis compedibus, conſtricta impeditur. Accedit ad hoc corporis contagium varia aëris ac cæli, ſub quo naſcimur, & degimus, affectio; unde vitalis corpori hauritur ſpiritus: accedit varia alimentorum qualitas, quibus corpus nutritur, atque educatur: accedunt hinc utplurimum enati corporis morbi: accedunt ipſius animi ægritudines: accedit prava liberorum educatio, vivendi diſciplina, ſtudiorum ratio, & hinc mala ingeniorum conformatio: accedunt vitia ſeculi, corruptique luxu & inertia mores publici: accedunt utriuſque fortunæ vices; & infinita alia, quibus animus humanus de ſuo integritatis ac bonitatis ſtatu dejici, & ingenium malo contagio lædi atque depravari ſolet. Quemadmodum igitur ſalientium aquarum rivi immunda circa ipſa ora illuvie obſiti, obſtructique, a ſordibus repurgari poſſunt, & tergeri, multiſque modis ita adjuvari, ac reſtitui, ut largiore dehinc, & liberaliore alveo defluant: ſic & ingenium plurimis poteſt & remoris liberari, & adminiculis ſublevàri, quo majus robur colligat, & auctum viribus in ampliſſimam granditatem excreſcat. Ut enim de puriſſimi atque ſubtiliſſimi aëris delectu nonnihil dicam: quid niſi craſſus aër βοιωτίαν ὗν, rudentiaque *Arcadiæ pecuaria*, facetæ *Attici naſi* urbanitati deridenda propinavit? quid

niſi maligna cæli temperies *Sardos venales; alium alio nequiorem*, adagio notandos tradidit, & non minus noxium gentis ingenio, quam gravem & peſtilentem corporis valetudini, ipſaque etiam terræ germina triſti amarore venenantem ſpiritum per omnem inſulam diffudit? Unde niſi ab eodem vario cæli habitu, ac more, inuſtæ ſingulis gentibus ſuæ animorum notæ? Unde *Græca*, unde *Punica fides*? unde τρία κάππα κάκιστα; unde *fallaces Ligures*? unde *feminei molleſque Phryges*? unde *Pelaſgorum ruſticitas*, unde *avaritia Romanorum*, unde *Gallorum temeritas*, niſi ab aëris, ſub quo vivebant, diverſa ac diſſimili temperatura? Quare, quemadmodum ſpiſſus, & ignavus, & impurus aër ingenii vigorem obtundit, & infringit, & gravi quodam torpore devinctum opprimit: ita contra ea purus, lucidus ac tenuis, & excitat ingenii igniculos, & alit, & adauget. Aëri, qui ſpiritus pabulum eſt, ſuccenturientur cibi, qui pabulum corporis. Nam quo & hi tenuiores ſunt, & ſimpliciores, ita & ad optimum animi non ſecus atque ipſius corporis habitum deprehenduntur aptiſſimi. Ubi enim ſanguis per venas, & ſpiritus per arterias diditi ſunt quam defæcatiſſimi; & hinc ad arcem corporis & animi ſedem delati; tum vero rector corporis animus quaſi ſatellitibus illis utitur vegetis, acribus, intentis, & ad omne miniſterium & officium paratiſſimis: quorum alias officina nimia corporis mole, ingluvie, & dubiis, ac ſaliaribus cænis aucta, & exaggerata, ſubmiſſis in cerebrum craſſis, & noxiis vaporibus obſtruitur, atque obſtipatur. Non enim temere eſt, quod Epimenides Cretenſes γαστέρας ἀργοὺς appellavit. Nam niſi vir ille ſapientiſſimus albos ingluvie ventres, deſides etiam, & ἀέργους eſſe animadvertiſſet; & in illis nobis ventribus, ſeu corporibus, λευκὰς φρένας, ut illas Pindarus vocat, id eſt, ſtupidas & bardas animas immorari, ancipiti convicio populares ſuos minime notaviſſet. Jam vero

quod

quod & eodem illos verſiculo κακὰ θηρία eſſe dixit; quid aliud indicare voluiſſe videtur, quam & culta hominum ingenia ad intractabilem brutorum degenerare feritatem, ſi quando ſublimia, & ad intuendum cælum data ora ad paſtum abjecerint, eaque intemperantiæ, atque voluptatibus gulæ mancipio dederint? Renunciet igitur hiſce neceſſe eſt, & de neceſſariis etiam corpori alimentis nonnihil aliquando amputet, qui ingenium alere animum induxit ſuum, ejuſque magnitudini ſervire. Quod qui faciet, is, quod in vetere verbo eſt, de eadem fidelia duos dealbabit parietes, ſimulque & corporis bonæ conſulet valetudini, & mentem mole noxia levabit. Nil autem ingenio tam pernicioſum, quam mala corporis affectio, ſi qua Democrito, ſiqua medicorum principi Hippocrati fides: quorum præceptis obſecutus Chryſippus helleboro prius purgaſſe caput fertur, quo acrioribus animi ſenſibus ad diſputandum uteretur. Verum, ut animi mentem morbi corporis infeſtent, & infirment; ut illam omni modo obterant & ſuffocent, tanto tamen ipſius animi ægritudines morbos corporis peſtifera lue antecellunt, quanto & propiores ſunt, & interius penetrant. Diſcite ex una omnes. Quid eſt, quod omnes ingenii nervos tam inſenſibiliter ſuccidat, quid eſt, quod omnem Eloquentiæ ſplendorem tam plene obſcuret, & obſcuratum obſtruat, & quaſi ſepeliat, quam mœror? Etenim quum Eloquentia cœtibus hominum gaudeat, iiſque formæ ſuæ pulchritudinem, dignitatem, atque elegantiam cum omni pompa ornatuque oſtentare geſtiat, & in oculos ingerere: mœſtitia contra ea diverſiſſimas in hac vitæ fabula ſibi partes ſumit, & ſub Homerici Bellerophontis perſona *ipſa ſuum cor edens hominum veſtigia vitat*, cœcoque murmure triſte ſilentium rodens, uſum ſibi linguæ ipſa eripit, animumque natura excelſa affectantem gravitate ſua ad horridam, ſordidam, incultam, contemtamque deprimit humili-

mili-

militatem. Corpus noſtrum Græci σῶμα, quaſi quoddam animæ σῆμα, id eſt, ſepulchrum, appellarunt: quod id ipſum ad priſtinam, unde demitti illam exiſtimabant, animæ ſedem comparatum ſepulchro potius, quam domicilio ſimile videretur. At quanto hoc illi æquiore jure nomen aſſignabimus, ubi mœror omne ingenii lumen exſtinxerit, memoriam eripuerit, judicium corruperit, magnificentiam exanimarit, adeoque velut hedera amplexu ſuo omnes animi vires enecuerit: ſic ut ille ipſe animus, quem non modo *æternum* ſapientiſſimi cum Philoſophi, tum Poëtæ, verum etiam *Deum* dictitarunt, *ſepulchri ſimilis nil niſi nomen retineat*? Quare qui naturæ ſuppetias ferre deſiderat, jacentemque erigere & attollere, abjectas iſtiuſmodi animi affectiones, tanquam tabes & pernicies ingenii, & ex ingenio erumpentis eloquentiæ abarceat & expellat; hoſpitemque blandiorem & multo benigniorem in earum locum admittat lætitiam; quæ per ſe ipſa ſermonis dives eſt, & omnis ornatus atque elegantiæ affectatrix. Quid ego hic porro de prava educatione, ceteriſque, quas partim enumeravi, partim conjectandas reliqui, ingenii corruptelis agam, dicamve enucleatius? Sentio enim jam ſic, Auditores, orationem meam aliquanto longius, quam par fuerat, extra præſcriptas ſibi lineas excurriſſe. Quare, quæ ſuperſunt, in tempus opportunius dilatis, revocabo illam in ſua ſpatia, &, quos potiſſimum in eloquentia campos laudatus ingenii fons pererret, exponere aggrediar. Protritum, & pervulgatum eſt, Artem Oratoriam quatuor partibus conſtare; quarum quæ prima eſt, Inventio ad acumen potiſſimum pertinet ingenii, & ad fertilitatem: altera, quæ in diſponendis orationis partibus verſatur, tota judicii eſt; tertia elocutio cum ad ingenium, tum ad judicium pertinet, adeoque utrique communis eſt: quarta & ultima pronunciatio tota videtur eſſe memoriæ: licet & hic judicio locus

ſit,

ſit, quo velut fulcro pars omnis Eloquentiæ ſuſtentatur. Totum igitur illud ſpatium, quod non argumenta tantum ad perſuadendum idonea complectitur, verum etiam omnem rerum & verborum infinitam multitudinem continet, ingenii noſtri celeritas percurrit; ſuppeditatque poſſeſſori ſuo tam felicem eloquii copiam, ut etiam nonnunquam ſit faſtidio. Ex his opibus, & ex hac inexhauſta penu, judicium quam aptiſſima quæque & optima deligit, arcemque occupans rationis, velut de quadam ſpecula, per omnem ſubjecti æquoris planitiem ad inſtar Homerici Jovis mentis lumina dimittit: ac, tamquam in campo imperator, non modo haſtatos in prima acie, principes in media, triarios in extrema collocat; velites, & levis armaturæ milites procurrere in hoſtem, eumque ad pugnam laceſſere; equitem in dextrum lævumque cornu ſecedere jubet: ſed & ordines ſingulos, imo ſingulos milites, tirones, veteranos, evocatos, explorat, examinat, probat; probatoſque, & admiſſos ita diſponit, ut in omnem occaſionem intenti, paratique, vel irruentem undequaque hoſtem ſuſtinere poſſint, vel conſiſtentem movere gradu, vel cedentem pellere, atque agere in fugam, vel fugientem profligare. Quid de ſuſpectorum auxiliorum dimiſſione; quid de inutilis lixarum, calonum, ſcortorumque caſtrenſium turbæ ſubmotione; quid de impedimentorum circumciſa mole; quid de eorundem contemta jactura, adeoque de omni imperatorio judicio prolixius diſputare opus eſt, quum nemo non eloquentiam ſua etiam habere caſtra fateatur, & ore ac lingua militare: qua plura, quam ferro, agmina proſtrata atque protrita legimus; urbeſque totas, quid urbes dico? imo univerſa regna, atque imperia, & ſervata, & ſubverſa? Verum non militum tantum, ſed & armorum, quibus milites ornentur, habenda cura eſt, & invenienda, parandaque eloquentiæ ſententiarum, ac verborum lumina, cultuſque, quibus in

pugna

pugna uſus eſt. Intuemini, Auditores, ut ne alios memorem, unius Alexandri Magni exercitum fulgentibus armis, primum ferro ad victoriam, mox & argenteis clypeis ad oſtentationem. Sed ubi hunc intuemini, conſiderate & ipſos milites, deſignatos jam tum victores Aſiæ & triumphatores orientis. Quid videtis, quæſo? militeſne, an militiæ magiſtros? ordinumne ductores, an ſenatum alicujus priſcæ reip. vel qualis Romanus Cyneæ viſus? Unde hic armorum fulgor? unde hæc militiæ decora? nonne ab ipſius Imperatoris ingenii ſollertia, judicii pondere, animi magnitudine? Quare date mihi Magnum Alexandrum, & ego vobis Eloquentem dabo; cujus copiæ, id eſt, cujus oratio magnifica, culta, ornataque ſit; & ſimul manu ſtrenua, & ad omnem animi altitudinem facta: in qua ſunt, quæ emineant, quæ ordines ducant, quæ ceteris imperitent. Verum nec unum requirimus, aut poſcimus Alexandrum: ſint Miltiades, ſint Themiſtocles, ſint Epaminondæ, ſint Fabricii, Fabii, Germanici, Corbulones, Aëtii, Belliſarii: ſint his etiam minores duces atque imperatores; ſed ſint ingenio, judicio, animi ſublimitate pollentes. Fruſtra enim Eloquentiæ fores pulſabuntur, ſi natura inepta & difficilis aditum negaverit. Reginam veteres Eloquentiam finxerunt; ſed quis rex, aut quæ regina ſine miniſtris aut amicis ab admiſſione? ſic & ad hanc reginam nemo veſtrum admittetur, niſi cui ingenium palatii fores aperuerit, judicium adeundi tempus indicarit, magnificentia compellandi fiduciam dederit, memoria dicenda ſubjecerit. Tum vero vos amica manu blandoque vultu præfecta prætorio propius, & ad ipſum deducet Eloquentiæ ſolium, admovebit ad oſculum, ſuaque commendatione, ut in amicorum vos illa numerum referat, ut aurea vos donet corona, ut veſte purpurea, ut aureo cingulo, impetrabit. Quæritis, quænam hæc Præfecta prætorio Eloquentiæ ſit, Auditores? Eruditio eſt, alter

Elo-

Eloquentiæ fons, ut ordine poſterior, ita prior copia, & dignitate. Ex hoc enim fonte longe etiam beatior, quam ex ingenii ſcatebris, rerum & verborum abundantia erumpit, unde ſacra pariter & profana Eloquentia ampliſſimum, & pulcherrimum corpus facit: tum vero in utraque ipſius ingenii Eruditio moderatrix eſt, atque gubernatrix. Sed Eloquentia ſacra illud præter profanam habet præcipuum, ut ea divino nonnunquam ſpiritu ita animetur, ut omnem humani ingenii, & eruditionis apicem tranſcendat, &, velut ex ipſo cælo motis miſſiſque tonitrubus ac fulminibus, ſuſtineri nullo modo poſſit, nullaque illi dicendi facultas ulla ex parte comparari. Ab hac aſpiratione, & ab hoc afflatu divino, qui mentem, quam inſedit, ita implet, ut alienata, & furori proxima videatur, Eloquentiam hanc noſtram ſecernemus; quæ ab ingenio profecta ab eruditione incrementum ſumit; & ubi jam exercitatione confirmata eſt, atque omni ſui parte perfecta, tam multis tamen partibus illa divina inferior eſt, quam multis fœtentes cœnoſæ paludis aquæ a ſuaviſſimis & ſaluberrimis Nili fluentis ſuperantur. Hujus admiratione perculſus Auguſtinus non paulo ante memoratos Demoſthenem aut Ciceronem, ſed Paulum in ore, ſicut Romam in flore, & Chriſtum in carne, inanibus & a ventis auferendis votis videre exoptabat. At ſicut illa perrara, ita contra ea frequens Eruditionis humanæ in Eloquentia ſacra uſus eſt, quæ ſcientiarum & artium cognitione continetur. Moyſen utique arcana Ægyptiorum ſapientia non ſine ſupremi numinis cura atque providentia imbutum inſtitutumque ſacræ nos literæ docent, ſanciundi cum populo ſuo fœderis ab ipſis incunabulis deſtinatum conditorem. Quid? num alia de cauſa Eſaïas optimis in aula regia diſciplinis innutritus eſſe exiſtimandus eſt, quam ut eo clariore deinde voce naſcituri Chriſti caneret Evangelium? Num Paulum alio conſilio ad Gamalielis pedes eductum at-

que

que eruditum fuiſſe veriſimile eſt, quam ut ſtupenda poſtea facundia Chriſtum crucifixum gentibus prædicaret? Quare cum trium nobis eruditiſſimorum hominum exempla ſacra ſcriptura reliquerit, quorum primus naſciturum generis humani ſervatorem ſymbolice repræſentarit, alter naſcentem in cunis tanquam digito monſtrarit; tertius jam natum, & omnia ſervatoris munia exſequutum, gentibus prædicarit: dubitandumne adhuc nobis exiſtimabimus, eruditionem ad Eloquentiæ ſacræ perfectionem non tantum perutilem eſſe, ſed & unice quandoque neceſſariam? Unde enim niſi ab arte conſummata acutiſſimum illud Apoſtoli gentium ῥητορικὸν στρατήγημα quum aram *Ignoto Deo* inſcriptam, velut anſam arripit orationis, qua religioſum Athenienſium animum laudando, illorum ſibi benevolentiam conciliet, ut ipſius reliquum ſermonem audiant, invectæque peregrinæ religionis crimine, abſolvant? Ex quo alio fonte fluxit illud Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, qua nulla vox ſuavior Athenienſium auribus accidebat, nulla blandius & aures & animum eorum permulcebat? Unde illud alterum commentum, quum in Concilio Phariſæorum & Sadducæorum Chriſti, ſuamque cauſam acturus, Phariſæum ſe dicit, & Phariſæi filium, qui de ſpe & reſurrectione mortuorum judicaretur? unde illa ad Agrippam regem eloquentiſſima ſui defenſio? unde illud blandiſſimum exordium, quo ſe beatum prædicat, quod eum gnarum conſuetudinum & diſceptationum Judaïcarum judicem habiturus foret? unde illa in Epiſtolis ex optimis Græcis poëtis petita teſtimonia, ex Arato, Epimenide, Menandro, niſi ex illo, quem laudamus, uberrimo fonte Eruditionis? quid multa? quæ melle dulcior, quæ nivoſis torrentibus contortior, quæ telo penetrabilior ſit oratio, multum habeat ingenii neceſſe eſt, ſed multo etiam plus eruditionis. Illa namque non res tantum, quæ dicendæ erunt, & aptas rebus exprimendis voces ſubjiciet;

ſed

ſed & ab ipſis elementis per literas, ſyllabas, voces exorſa, omnem compoſitæ orationis cultum & ornatum pandet: illa ſicut prata omnigenos flores, ſic ipſa infinitam troporum & figurarum fundet varietatem; illa quid deceat, quid conveniat, & quo quidque genere orationis tractandum ſit, indicabit. Hac nixus auctor, qui Jobi nobis hiſtoriam heroïco carminis genere detexuit, tam magnifica, tamque eximio rerum & verborum apparatu comta, & per omnia dicendi genera, ſeu characteres, diſpenſata facundia ſublimitatem argumenti adimplevit, ut ad inſtar aquilæ ſæpe nubes perrumpat, elatoque volatu ipſum cælum petens admirantium ſpectatorum aciem oculorum animi effugiat. Hac pleni Pſalmorum ſcriptores, & in his Princeps Propheta Rex, uberrimo alias & abundantiſſimo Platonis ingenio præſtantiſſima quæque ſubminiſtrarunt Philoſophiæ ejus ornamenta, & eximias illas de Deo, Deique cultu ſententias ſuggeſſerunt, quibus omnium ferme Philoſophorum ſectis admirationem abſtulit, &, quod Epicuro ſuo gratius quam verius tribuit Lucretius, *omnes præſtinxit ſtellas exortus uti ætherius ſol.* Hac fultus epiſtolæ ad Hebræos Auctor tanta aſſurgit Eloquentiæ altitudine, ut in ipſum cælum raptus JESUM illic Dei filium ad dextram Majeſtatis ejus ſedentem in excelſis non ipſe modo contueri, ſed & nobis quoque oratione ſua quaſi ante oculos ponere videatur. Hac freti, ut inferiora quoque tempora attingamus, Ariſtides, Juſtinus Philoſophus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Euſebius, Arnobius, Tertullianus, Lactantius, gentiles potiſſimum: Irenæus, Athanaſius, Epiphanius, Baſilius, Gregorius uterque, Chryſoſtomus, Cyprianus, Hilarius, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, & innumeri alii, cum Græci, tum Latini, priſcæ Eccleſiæ Doctores, hæreticos & ſchiſmaticos oppugnare, & erroris convincere adorti ſunt. Hac adjuti & hi, & horum veſtigia legentes minores, utriuſque Teſtamenti no-

dos ſolvere, dubia explicare, antiquitates enarrare, dogmata proponere, corruptos hominum mores caſtigare, emendare, & fingere in melius aggreſſi ſunt. Quanto cum fructu, quantoque operæ pretio, vel ſola Eccleſiæ hoſtium invidia indicaverit; & imprimis apoſtatæ Juliani: qui, quum gentiles ſuos ſuis ipſos gladiis jugulari cerneret, confoſſamque aſperatis Eruditione Chriſtianorum telis falſam, quam deſerta vera amplexus fuerat, religionem brevi finituram animo præviderer, artium ipſis ac diſciplinarum ſcholas præcluſit, velut erepturus arma, quibus tam fortiter & tam feliciter adverſus Euangelicæ veritatis hoſtes uterentur. Multum ille nocere voluit: plus tamen nocuit inſequentium temporum barbaries: & quemadmodum bona noſtra tum demum intelligimus, cum illa amiſimus; ita quoque, quid Eruditio præſtantibus ingeniis ad Eloquentiæ abſolutam perfectionem conferat, continua per decem circiter ſecula deploratiſſimæ ignorantiæ dominatione didicimus: donec tandem poſt longiſſimum tempus oppreſſa Eruditio caput rurſus extulit, luceque ſua illius caliginem diſcuſſit, ſcelerum omnium & ſuperſtitionum cubilia detexit, immundoque ac turpi ſitu deformato ſacræ Eloquentiæ vultui novos honores afflavit, & in priſtinum dignitatis, majeſtatiſque ſolium, una cum vera pietate repoſuit. Suppar ſacræ profana eſt, quæ vel Reipublicæ ſervit utilitatibus, vel reorum innocentiæ ſuccurrit, vel ſcholaſticis exercitationibus dicata eſt. Multiplex quidem illa videtur, attamen una Eloquentia eſt, vario vultu, prout hanc vel illam ei perſonam Eruditio induerit, ſago togæque, foro & ſcholis æque utilis, æque neceſſaria. Officulum olim ludicrum fuit, quo veſtibularum variis coagmentis mille formarum ſpecies ſimulabantur; aut elephantus bellua, aut aper fulmineo dente, aut anſer volans, aut latrans canis, aliaque hujuſcemodi innumerabilia, quæ alius alio ſcientius variabat. Sed ut peritorum concinnatio miraculum erat, ita

con-

contra ea imperitorum junctura ridiculum. Ad hanc formam Eloquentia eſt, Auditores, quæ, licet una ſit, in mille formas variatur, ab erudito ad miraculum, a rudi & imperito ad irriſum. Nec diſſimile eſt, quod de Proteo quondam Poëtæ fabulati ſunt: in varias illum ſe figuras vertere ſolitum, ut nunc leo eſſet, nunc fera tigris, nunc unda, nunc ignis. Sed rectius illi, , qui regem Philoſophum fuiſſe tradiderunt; id eſt, qui bene faciendi ſimul & bene dicendi teneret diſciplinam: cui nihil facilius, quam, prout & res, & tempus, & auditor poſcere videbantur, quovis orationem modo flectere, mutare, invertere, atque in omne formarum genus transfigurare. Quod ne cuiquam incredibile videatur, literas conſiderate, quarum cum verus numerus non ultra ſedecim porrigatur, has tamen literas varie tranſpoſitas centies millies & ducenties mille myriadas ſyllabarum producere minuta quorundam otio ſuo abutentium Græculorum curioſitas deprehendit. Quid igitur de ipſa ſyllabarum tantæ multitudinis multiplici tranſpoſitione dicemus, e quibus omnis iterum vocabulorum varietas exſurgit tam innumera, quam infinita eſt rerum multitudo, quibus ſignificandis inventæ illæ ſunt, & in uſum protractæ? Quorſum hæc omnia? inquiet aliquis. Ut hinc intelligatis, Auditores, illum, qui Eruditionem ingenio adjunxerit, ad omne ſibi genus Eloquentiæ viam ſtraviſſe. Principem in Poëtica Eloquentia locum omnis poſteritas Homero tribuit: & unde quæſo, niſi ab infinita omnium rerum & ſcientiarum cognitione? Eruditi viri eſt Homeri eruditionem noſſe, atque intelligere: neque quiſquam tam felici ingenio fuit, qui non plura aliis in eo animadvertenda reliquerit, quam ipſe animadverterit. Adeo inexhauſta in hoc poëta omnifariæ doctrinæ copia eſt, ut, quum omnes ex illo fonte Poëtæ, Philoſophi, Oratores innumeros rivulos in ſuos quiſque hortulos derivarint, divitiæ ejus damnum nullum Sentiant, ſed eadem ſemet abundantia ſuſtentent.

Reperire itaque in Homero eſt omnem Eloquentiæ varietatem, divinam, humanam, civilem, imperatoriam, forenſem, publicam, privatam, naturalem, moralem, elatam, humilem, mediocremſ, amplam, conciſam, aſperam, lenem, acerbam, ſuavem, cultam, ruſticam, prudentem, inſanam, verecundam, impudentem, & in quaſcunque formas alias orationis diverſitas diſtinguitur. Succedat Principi Græcorum Poëtarum nepotum Romuli diſertiſſimus Orator. Quanta in hoc & quam varia Eloquentia? hic in eo Philoſophum agnoſcas, illic Oratorem: alibi civium rectorem, tutoremque reipublicæ: alibi imperatorem, alibi Juriſconſultum, alicubi & vatem. Vertumnum hunc in Eloquentia Latina dixeris, ut Homerum Protea in Græca. Cumulatiſſima hic erat dicendi ſeges, patenſque Eloquentiæ campus, ſi vel per potiſſima tantum ire liberet præſtantium hominum exempla, qui non uno, ſed multiplici dicendi genere floruerunt. Occurrunt enim, & ipſa ſe ingerunt clariſſima nomina, Alcæi, Sophocles, Xenophontes, Catones, Julii Cæſares, Juliani: principes omnes in ſua quiſque Repub. principes in multiformi eloquentia: occurrunt lucida Philoſophiæ ſidera Platones, Ariſtoteles, Theophraſti, Senecæ, Plutarchi: occurrunt eximia medicinæ decora Hipocrates Galeni, Celſi; occurrunt diligentiſſimi naturæ interpretes Plinii: qui tamen omnes hanc ſuam plurimæ diverſitatis, & differentiæ Eloquentiam ab omnigena fluxiſſe Eruditione, uberis ingenii divitiis adſtructa, ingenue præ ſe tulerunt. Quare, quicunque bonam mentem amatis, & ad Eloquentiæ perfectionem viam affectatis, addite ingenii dotibus bona doctrinæ; conjungite, & in unum alveum ambos hoſce Eloquentiæ fontes corrivate. Prætereo hic multa conſulto, Auditores, quod his omnibus, quæ de una arte oratoria, a qua, velut a magiſtra, ingenium ad Eloquentiam formandum eſt, dici poſſint, non modo non hæc hora, ſed ne dies quidem ſuffi-

ciat: omitto, quantus ab hiſtoria apparatus, quantus a temporum notatione, quantus a cæli terrarumque orbis deſcriptione, quantus ab antiquitatibus gentium, quantus a ritibus, inſtitutis, moribus, linguis adornari poſſit. Taceo univerſam rationem ac methodum, qua ſicut apes e floribus mella, ita ex omnibus artibus ac ſcientiis elegantiarum floſculos ſtudioſa juventus colligat; collectiſque uti, frui condiſcat; ſive ea ſacris operetur, ſive forenſi militiæ nomen dederit, ſive medicinam excolere decreverit, ſive Philoſophiam adamarit, ſive literas humaniores amplexa fuerit: quæ ſi ſingula latius enarranda forent, facile conjectura perſpicitis, non anguſtioribus orationem hanc meam terminis includi poſſe, quam quibus ipſa rerum amplitudo circumſcribitur.

Reſtat ultima pars orationis, quæ in diligenti & aſſidua Eloquentiæ ab ingenio ſuppeditatæ, & ab eruditione perfectæ exercitatione conſumitur. Utar hic, Auditores, ea libertate, quam veſtra mihi cum æquitas tum humanitas videtur polliceri. Nam quod hic ſermo meus non Profeſſorum, Doctorumve, aut quos altior eruditio ad aliquem dignitatis gradum provexit, ſed unius ſtudioſæ juventutis commodis, atque utilitati dicatus, deſtinatuſque ſit, eapropter extremum hoc illius membrum ita pertractabo, ut converſa ad hanc nobiliſſimam Adoleſcentium ſtudioſorum coronam oratione ſimul & perorem. Vos igitur florentiſſimi ætate & ingenio Adoleſcentes, e quorum vultibus indolis ad ſumma natæ vigor igneus effulget, adeſte animis, &, quid ad Eloquentiæ perfectioris tuendæ augendæque perpetuum tenorem, jugis & indefeſſa faciat exercitatio, paucis cognoſcite. *Non minor eſt virtus*, ait familiaris ætati veſtræ poëta, *quam quærere, parta tueri*: & in Pyrrho, quem alterum ab Alexandro ſummum Imperatorem ſummus ipſe Imperator Hannibal nominabat, id vitium veteres notavere, quod parta imperia tam facile amiſerit, quam acquiſierit. Grandia erant illius regis con-

 ſilia,

ſilia, &, ſi verum dicendum eſt, immodica. Non enim Græciæ tantum, & Macedoniæ, ſed & Siciliæ, & Italiæ, & Africæ, & Hiſpaniæ, & plurium fortean regnorum, ac regionum imperium animo agitabat: ſed quum & Græciæ, & Macedoniæ, & Siciliæ ſibi regna ſubjeciſſet, & jam prælio victor Italiam armorum terrore quateret, ad eorum, quæ cum tanta nominis ſui fama atque gloria acquiſierat, conſtabiliendam poſſeſſionem animum non adjecit. At quanto ſapientior Ninus, qui totius Aſiæ a ſe primum perdomitæ imperium perpetua poſſeſſione firmavit? quanto prudentior Semiramis, quæ non contenta acquiſitos viro regni terminos tueri, & Æthiopiam imperio adjecit, & Indiam adjicere tentavit? Ad hoc exemplum vos quoque Eloquentiam ingenio & eruditione partam ſumma cura atque induſtria tuemini, augete, amplificate. Hæc cura, & hæc induſtria, quæ aſſiduo uſu & exercitatione continetur, illam vobis facultatem præbebit dicendi, ut non modo bene, id eſt, ſapienter, & ornate, quicquid animo conceperitis, eloqui poſſitis, ſed & quovis tempore, loco, modo, & ad quoſvis, ſumma cum audientium admiratione verba facere. Philopœmen fuit nobiliſſimus Achæorum Imperator, qui cum hoſtis deëſſet, non ignaviæ ſe tradebat ac deſidiæ, ſed partitis cum Lycorta legato copiis, nunc a ſiniſtro illum latere, nunc ab dextro, nunc a fronte, nunc a tergo, nunc in montanis, nunc in campeſtribus locis, nunc primo crepuſculo, nunc medio die, nunc ſub ſeram noctem, nunc cum ſolo pedite, vel equite, nunc permixto peditibus equitatu, tanquam hoſtem occurrere, & adoriri ſe jubebat, ut ad omnes veros hoſtilium copiarum impetus ſemper eſſet paratiſſimus. Qua arte ac diligentia non modo ſe invictum hoſtibus præſtitit, verum etiam, quum non maximæ gentis dux eſſet, ut inter maximos ſeculi ſui imperatores numeraretur, effecit. Ergo ut ille belli foriſque, ita vos contra ea

domi

domi, & in Muſeis veſtris, hoſtem vobis ipſi fingite, veſtriſque cum illo armis, id eſt, ſtilo decertate. Nulla enim res eſt, quæ tantum ad bene dicendum conferat emolumenti, tantumque facilitatis, quam ſtilus: nulla res eſt, quæ, ubi ad veram pugnam ventum fuerit, paratiorem victoriam conciliet. Quid ego hic e Cicerone, Fabio, A. Gellio, aliiſque optimis auctoribus, quæ illi præclara atque egregia de frequenti ſtili uſu & exercitatione aſſidua congeſſere, excerpam? Cur non potius, quia exempla non minus quam præcepta diſcentium animos juvant, Apellis vobis exemplum ſimul & præceptum ob oculos ponam? cui nulla dies, quin lineam duceret, abibat, quique nullam diem ſine ducta linea abire debere diſcipulos admonebat. Præclarum Ciceronis teſtimonium eſt, quod induſtriæ perhibuit Iſocratis: ex illius ſchola, velut ex equo Trojano meros Principes exiiſſe. Atqui hic tantus vir, qui ea dicendi facultate præditus fuit, ut etiam *Pater Eloquentiæ* appellaretur, quum pudore a dicendo ac ingenua timiditate quadam refugeret, aſſidue tamen ſtilum exercuit, aliiſque orationes, quibus in judiciis pro ſe uterentur, ſcripſit: &, quum ad undecenteſimum ætatis annum vitæ illi terminum fata prorogarent, in ipſa illa extrema ætate, anno ſcilicet nonageſimo quarto, egregiam illam orationem, quæ PanAthenaïcus inſcribitur, compoſuit. Stilo igitur exercendo tempora veſtra impendite: & ubi ſtilo feſſa manus, excipiat hujus vices non minus utilis exercitatio declamandi. Audiviſtis, puto, aliquando de conſularibus Ciceronis diſcipulis: legiſtis ipſum Ciceronem, Senecam, Fabium, Plinium, Petronium, & immane illud declamandi veterum ſtudium cognoviſtis. Fruſtrane hunc ſumtum laborem exiſtimatis? fruſtrane frequentatas recitationes, & corrogatos auditores? fruſtrane inſtituta certamina Eloquentiæ? Quod ſi igitur illa omnia non fruſtra olim, ſed conſervandæ ipſis augendæ-

que non tantum bene , verum etiam expedite dicendi facultati fuere , ſint ea certe nunc quoque excitandæ diligentiæ , & induſtriæ veſtræ ad imitandum. Sed imitamini optimos quoſque : & ex hac imitatione cultiſſimi eloquii nata conſuetudo ad ambones vos comitabitur eccleſiarum : aderit ad ſubſellia judicum : ſequetur ad cathedras Academiarum : & , unde maximum decus , ubi ad Optimates , ubi ad Principes , ubi ad Reges & Imperatores aliquando verba faciunda erunt , adſiſtet illa ad latus , eamque dicendi copiam & magnificentiam ſubjiciet , ut attoniti ob ora veſtra ora obvortant ſua , ac tandem extra ſe rapti exclament : Hic , hic eſt *flos delibatus populi , Suadæque medulla*. Videtis , Adoleſcentes nobiliſſimi , multa undique colligi poſſe , quibus ad induſtriam ac laborem etiam ſegniſſima ingenia excitari queant. Quod ſi ego nunc conari velim , & hujus temporis anguſtiis nullo judicio abutar , & eximiæ veſtræ ingeniorum indoli , ſuapte ad omne inclytæ laudis decus aſſurgenti , ſim injurius. Quare , quod unum mihi ſupereſſe video , brevi me flexu ad Deum convertam , eumque, qui unus omnium bonorum Fons eſt locupletiſſimus , comprecabor , ut hanc vobis bonam mentem velit eſſe perpetuam , mihique ad illam porro excolendam , irrigandam , fecundandam , idoneam ſuppeditare corporis & animi firmitatem. Tum vero Conventui huic Ampliſſimo ſalutem , Academiæ proſperitatem , Principibus Sereniſſimis , & univerſæ Principali familiæ , felicitatem integram , interminam , intemerandam plena manu largiri dignetur , & hæc mea vota liberaliore etiam atque cumulatiore indies benignitate ſuperare.

FELI-

# FELICISSIMO ADVENTUI SERENISSIMORUM PRINCIPUM CLIVIÆ.

*Ergo certa fides : nec, qui vagus oppida rumor*
*Implevit, jamnunc populi deludet amorem,*
*Spemque metumque inter fluitantia pectora torquens.*
*En tibi jam denſus ſe tollit in æthera pulvis,*
*Splendidaque obſcurans radiantis lumina ſolis*
*Indicat adventare* DUCEM. *Conſurgite* COLLES
*Clivoſi, & PATRIÆ properate occurrere* PATRI.
*Pande tuas hilaris, bellax* VESALIA, *portas,*
*Atque triumphali poſtes obducere lauru*
*Feſtina. Venit, ecce venit* DUX *maximus, & huic*
*It comes Auguſto proles dilecta Parenti,*
*Auguſtæ & Matris ferme unica cura* PHILIPPUS.
*Jam procerum, jam plebis ovans ſe turba per agros*
*Effudit. Ruit hinc nullo diſcrimine ſexus*
*Imbecilla ætas, pueri, innuptæque puellæ.*
*Inde gravis matrona ſui ſecura pudoris,*
*Nec caligas metuens, caligatorumque procaces,*
*Laſcivaſque manus. Maturis ruſtica pubes*
*Frugibus immiſſam falcem abjicit; almaque diti*
*Proventu ſibi jam ſordentia deſerit arva.*
*Omnibus idem ardor, ſtimulataque pectora amore*
*Ferre ſalutiferis cupiunt fida oſcula dextris.*
*Ipſe etiam lecto circumdatus agmine* RHENUS
*Naiadum, Dryadumque, & quæ pede celſa protervo*
*Perſultant agiles denſis juga conſita ſylvis,*
*Secum una Satyros, & agreſtia numina Faunos,*
*Panaque, ruricolamque Palem, Cereremque potentem*
*Ducit, & Auguſti pronus veſtigia lambens*
PRINCIPIS ADVENTUM *gratanti ſuſcipit ore.*

*Obvia ſurgenteis molliſſima flamina longe*
*Proſpirant Zephyri, mulcenteiſque aëre blandæ*
*Temperie æſtivis conſternunt ſtrata viarum*
*Floribus, & Dominæ venientis nuncia portant*
*Signa Deæ Veneris. Solitus ſævire per æſtus*
*Sponte ſuos ardens ſubducit Sirius igneis,*
*Invictoque* DUCI *jam ſe ſubmittere geſtit.*
*Candidius cælum gemmanti luce refulget,*
*Et conſpiratas in publica gaudia nubeis*
*Dimovet, ex alto ſollemnia læta theatro*
*Mutatis inter ſe partibus applauſuras.*
*Tu quoque Phœbe pater Teutiſco Helicone relicto*
*Non poſtremus ades, non ſolus. Te Dea Cypri;*
*Cyprida pennati circumſtipantur Amores,*
*Et Jocus, & Charites, ter ternaque turba Sororum,*
*Junctaque cum Muſis pariter Tritonia Pallas.*
*Dicite io Pæan, linguiſque favete; canoros*
*Solvit in ora modos Latoius: Optime* PRINCEPS
*Salve: Tuque etiam tanto digniſſima Patre*
*Progenies Salve. Ut votis Vos omnibus omneis*
*Expetiiſſe juvat! quam magna atque una voluptas*
*Eſt populo, eſt nobis, ſacros cognoſcere vultus!*
*Tuque Parens, veneranda cui jam tempora veſtit*
*Canities, quam pulchra Tibi, viridiſque ſenectus,*
*Robuſtæ haud etiamnunc conceſſura juventæ,*
*Seu Te Martis amor deſueta in prælia ad arma*
*Evocat, aut populis ſacrata reſolvere jura*
*Eſt opus, imperiove tuendo impendere curas!*
*Agnoſco ingenteis animos, quique emicat ignis*
*Ex oculis, validam teſtantia lumina mentem.*
*Agnoſco fortem dextram, victricia late*

Ro-

*Robore quæ quondam Herculeo circumtulit arma :*
*Sarmata quam tremuit , quam Suecus ſenſit , & unam*
*Expavit , Batavûm raperet cum mœnia , Gallus.*
*Pïerides , hæc illa manus , quæ mille tropæa*
*Fixit ; & Arminium Germano reddidit orbi ,*
*Civilem Batavis. Hæc te , Wageline , tepenti*
*Conjugis eripuit gremio , non illa parantem*
*Prælia. Quid tibi tunc animi , fortiſſime , cum te*
*Præfectum copiis , vegetaque ætate valentem ,*
*Deprenſum in lecto,mox nudum ante agmina victor*
*Siſteret, ipſe ſenex , Princeps, inſomnis, in armis ?*
*Tale decus, memini, ni ſors adverſa negaſſet ,*
*De Duce Romano virtus Germana ferebat ,*
*Cum Sacrata ſuum Cerealem Claudia blando*
*Necteret amplexu , nocturnaque bella cieret.*
*Hac dextra extorta eſt acri Pomerania Sueco ,*
*Captaque ſunt duro Stettinia mœnia bello.*
*Perpetuam nobis dedit hæc in carmina , Muſæ ,*
*Materiem ; noſtramque chelyn , cum fortia tanti*
*Facta* DUCIS *reſonat , priſcorum ingentia regum*
*Geſta cani putat admirans Parnaſſia rupes.*
*O populi ſpes una Tui , mitiſſime* PRINCEPS ,
*Invictam hanc facilis pia ad oſcula porrige dextram.*
*Accipe propitius gratantia vota Tuorum.*
*Nota illis , & nota orbi Clementia , cunctos*
*Qua capis , & captos multis potiore triumphis*
*Æternum hæſuri Tibi ſubdis vinculo amoris.*
ADVENTU REPARATA TUO, FREDERICE , *rediſſe*
*Sentiat hic populus* FELICIA TEMPORA : *Teque*
*Auguſtoſque, Titoſque inter, cognataque Nervis*
*Nomina Trajanos , Antoninoſque referri*
*Permitte ; & virideis inter Tibi ſerpere lauros ,*

*Quæ*

*Quæ* PATRIÆ PATRI *debetur civica quercus.*
*Tu quoque, qui imparibus Patris veſtigia calcas*
*Paſſibus, & vultu magni certiſſima prodis*
*Signa Ducis primo*, PRINCEPS, *in flore juventæ,*
*Auctibus immenſis in avitas creſce*, PHILIPPE,
*Virtutes: tantumque Tuos feliciter audax*
*Æqualeis ſupera, quantum viburna cupreſſus,*
*Aut humileis anteit quercus præcelſa myricas.*
*Exemplo Tibi ſit* FREDERICUS, *ſit* LODOÏCUS,
BRANDENBURGIACÆ *Fratres duo ſidera Gentis.*
*Ille quidem in Patriæ ſuccedit pondera curæ*
*Abſentis, populique ſibi data frena capeſſens*
*Electorali jamnunc proludit honori,*
*Fulgida virtutum radiatus tempora luce.*
*Hicce ætate minor dotalibus imperat arvis,*
*Indolis egregiæ. Tibi tanta exempla ſequenti,*
*Mox ubi Te populis imponent fata regundis,*
*Gaudebit ſenior juveni parere*, PHILIPPE,
*Nobilitas: urbeis gaudebunt ſubdere colla*
*Imperio: credentque ſibi Saturnia rurſus*
*Secula purpureis Parcarum currere fuſis.*
*Dixit, & in tenues abiit Latoïus auras.*

CAR-

# CARMEN SECULARE
In
Trecenteſimum primum NATALEM
Perilluſtris & Celeberrimæ
ACADEMIÆ HEIDELBERGENSIS,
qui XXVII dies ſt. Gr. Menſis Octobris
A°. CIↃ IↃC LXXXVI.
Celebrantibus

## FESTI SOLLEMNIA

Sereniſſimis ac Celſiſſimis Principibus,
Dominis, Dominis,

## PHILIPPO GUILIELMO,

D. G. Comite Palatino ad Rhenum, S. R. I. Archi Theſaurario, & Principe Electore, Bojoariæ, Juliaci, Cliviæ, ac Montium Duce, Veldentiæ, Sponhæmii, Marcæ, Ravenſpergæ, & Morſæ Comite, Dynaſta Ravenſteinii, &c. &c. &c.

ACADEMIÆ PATRONO,
&

## FREDERICO GUILIELMO,

D. G. Comite Palatino ad Rhenum, Duce Bojoariæ, Juliaci, Cliviæ, ac Montium, Comite Veldentiæ, Sponhæmii, Marcæ, Ravenſpergæ, & Morſæ, Dynaſta Raſteinii, &c. &c. &c.

ACADEMIÆ RECTORE MAGNIFICENTISSIMO, inante diem XXV Novembr.

Qui Sereniſſ. Principis PHILIPPI GUILIELMI NATALIS.

# CARMEN SECULARE.

I Mea, quo cupidæ mihi non licet ire, Camoena.
I, quo blanda vocant Te invitamenta Sororis,
Quo Pater ELECTOR,quo Princeps Filius,almæ
Ipſe Academiæ PATRONO ſub Patre RECTOR,
Clementi ſimul & perhonora voce rogando
Publica ſollicitant noſtros ad gaudia alumnos,
Ad [1]. *viſunda ſemel* ſpectacula. [2]. I, pede fauſto
Carpe viam,ominibuſque bonis,atque auſpicibus Dîs,
Præpetibus liquidum ſubnixa per aëra pennis
Grata PALATINIS adlabere ſedibus hoſpes.
*Tertius en decies denorum* vertitur orbis
Annorum: celerique novos aperire meatus
Mobilitate avet, ac ſpatio patefacta recenti
Proxima perpetuo decurrere SECLA rotatu:
SECLA Academiæ primam ſignantia lucem
HEIDELBERGA Tuæ: qua lux non ulla refulſit
Pulchrior, aut meliore umquam numeranda lapillo.
Agnoſciſne notam inſignem rutilante metallo,
Quam variæ pictis exornant undique gemmis
Margine faſtorum radianti luce colores?
Agnoſciſne manus felicia ſigna benignæ,
Tempora fundati teſtantia ſigna LYCEI,
Temporaque, augurio queis candidiore dicatam
Et Phoebo Patri, doctiſque Pieriſin Ædem
Alma PALATINI ſacravit cura RUPERTI?
Et certe agnoſcis. Neque enim, mea Muſa, diei
Non potis es meminiſſe, pios qui *primus* honores,
Incanas thuris glebas, & olentia myrrhæ
Germina diruptis gemmas lacrymantia truncis,
Verbenaſque ſacras veſtris adolevit in aris:
Et [3]. *Capitolinos* longe ſuperantia *Agonas*

Pol-

1. *Juſſerat & Phœbo dici, quo tempore Ludos*
*Fecit, quos ætas adſpicit una ſemel.* Ovid.

2. Eliſio neglecta ob abundantiam temporis dato per colon ſpatio.

3. Qui quinquennales a Domitiano inſtituti. Inter ce-

Pollentum ingenio certamina pulchra virorum
Inſtituit, ſeris repetunda nepotibus, atque
Volventeis[1]. CENTUM ſemper celebranda per annos.
Sed quæ illa inſolita eſt ſpecies, quæ priſca parentum
Facta revolventi mentem perturbat, & omneis
Excutit attonitæ ſenſus, lymphata fatigans
Pectora? Quo me Phoebe rapis? jam cernere templa
Auratis videor late fulgentia tectis:
Jam modo purpureo Procerum florentia cultu
Agmina Principibus circumfuſa ire per urbem,
Plauſibus, ac feſta teſtantem gaudia voce:
Fervere & anguſtas turba ſtipante plateas,
Nicrigenæ viridi conſtratas fronde Lyæi:
Muneraque ipſa Dei largis ſalientia rivis
Lubrica præcipitum pervolvi ſtrata viarum.
Jam media eximiæ feror in ſpectacula pompæ:
Arduaque alternis facundæ prælia linguæ,
Nunc Grajis conſerta modis, nunc miſta Latinis,
Nunc pede conſtrictis numeris, nunc lege ſolutis,
Audio, & ingenti reſonantia templa boatu;
Dum paribus certant animis, & pondera rerum
Ponderibus verborum æquant, multoque fragore
Fulminibus crebris permiſta tonitrua volvunt
Dilecta ingenii, ſtudiique illuſtria fama,
Nomina, Caſtalidum cultis operantia ſacris.
Prima quidem LAUDES ſunt argumenta RUPERTI
Principis. Hunc PATREM, FUNDATOREMque LYCEI,
Hunc ſpatio contracta brevi *pomœria* perquam
Magnificam in ſpeciem, & formam ſe Principe dignam,
[2]. *Prolatis* veteris laxantem *Mœnibus* Urbis,

1. In-

tera *certabant etiam & proſa oratione Græce, Latineque.* Sueton.

1. *Seculares* alias Rom. ludi *undenos decies* poſt *annos* redintegrabantur, quamquam hæc intervalla temporum ab impp. minus accurate obſervata ſnnt.

2. A°. MCCCXCII. quamvis hic mihi ſuſpecta ſi-

1. Inter ſemideos, & tutelaria gentis
Numina connumerant: tum longo ſtemmate clara
Sanguinis Auguſti repetentes nomina, 2.OTHONES
BOJOAROS memorant: illum virtute, fideque,
Bojariæ Duce proſcripto metuiſſe LEONE
HENRICO imperium: 3. hunc per conjugialia jura
Et Soceri, & patrium, primum ſub faſcibus unis
Rexiſſe, & gemini jungentem 4 *inſignia ſcuti*
ELECTORATUM domui invexiſſe paternæ.
Sed Te propatrui veſtigia celſa prementem
Atque omni decorum florentem laude, RUPERTE,
Anteferunt proavis; Romanaque ſceptra, remoto
Dedecore Imperii VENCESLAO, ardua bellis,
Ardua diſſidiis totum lacerantibus orbem,
Egregiis olim meritum virtutibus æquant
Vel Tibi, ſed meliore, 5. HELVI, fatique benigni
Omine; vel Tibi, ferali qui cæde 6. prioris
Cæ-
des annalium.

1. Solebant olim conditores, inſtauratoreſve urbium inter Heroas referri. Diverſus ab hoc S. Rupertus regia Francorum ſtirpe oriundus, Dux Palat. Rheni ab Uſuardo appellatus, Bavarorum Apoſtolus, qui vixit circa extremum ſeculum ſextum.

2. Otho Comes Palatin. a Wittelſpach virtute ſua in Mediolani obſidio præſtita Bojoariæ inveſtituram ab Imp. Frederico I, cujus erat Aulæ præfectus, promeruit, Anno MCLXXX, proſcripto Henrico Leone Bojoariæ & Saxoniæ Duce, qui Imperatorem pecunia corruptus in Italia deſeruerat.

3. Otho Ludovici Bavari F. Othonis N. Agnetem uxorem duxit filiam Henrici Com. Palatini, Henrici Leonis nepotis; atque ita Palatinatum ad Rhenum dotalem Bavariæ adnexuit, Ao. MCCXV.

4. Poſtea, Carolo V. concedente, tertio rubro & vacuo inſertum pomum crucigerum a Frederico II Elect. Pal.

5. Helvius Pertinax, vir & Imp. optimus, a militibus prætorianis intra octogeſimum octavum imperii diem interemtus eſt.

6. Aureliani, qui fraude Mneſthei ſecretariorum notarii a familiaribus ſuis occiſus eſt.

Cæſaris in vacuum veniſti voce Senatus
Imperium, [1] AUGUSTO TACITO FELICITER, OMNES,
Milite (perrarum) concorditer acclamante.
Tempora quinetiam feſti præſentia SECLI
Temporibus quartidecimi, quo ſumma poteſtas
Auguſtum gemmante caput diademate vinxit,
Comparat excultæ ſtudiis ſollertia curæ.
Proxima materies duplici ſe cardine pandit;
Carceribuſque emiſſa patens ſe effundit in æquor,
Auguſto capiti geminam carptura coronam,
*Non marceſcentis* florentia ſerta [2] *amaranti*,
Et ſemper viridis *genialia* germina *palmæ*.
Illa immortalis ſignumque & nuncia laudis
Grandia, Sancte Senex, & inexſpectata faventis
Cæli dona, Tua Tibi pro PIETATE repenſa,
ELECTORALEM redimit præcincta Tiaram.
O merito dilecte Deo, Celſiſſime Princeps,
Quem patrius NATO viventem tradere frenos
Imperii perſuaſit amor! quænam illa, PHILIPPE
GUILLELME, eſt pietas? queis hauſta, aut cognita faſtis?
Queiſve perita libris annalibus? Omnia longæ
Quum monumenta vetuſtatis, quum priſca revolvo
Geſta Ducum, Regumve celebria facta requiro,
Una Parætonii par indulgentia Regis
Lagidæ occurrit [3] PTOLEMAEI, quem PHILADELPHO
Regia tradentem natorum ſceptra minori



1. Formulæ acclamandi.

2. Coronæ ex *amaranto* omnibus bonæ, Diis ſacræ, quia immarceſcibilem colorem obtinent.

*Palma* nuptiis dicata propter nexum, & perpetuam floriditatem.

3. Ptolemæus Lagi F. Alexandrini regni in Ægypto conditor, præterito filio majore Ptol. Ceranno, regnum in minorem Philadelphum vivus tranſtulit.

Vidit, & obſtupuit Pharii levis accola Nili.
At Tua non eadem ratio, quæ, [1] CAROLE, faſces
Imperii Fratri, mox cetera regna PHILIPPO,
Partibus æquatim factis tranſmittere adegit.
Proſpera perpetuis quondam ſucceſſibus, atque
Ipſa favore ſuo, quæ ſemper maxima, vota
Præveniens, at jam ſolita levitate recedens,
Urebat fortuna animum, & ſuſpecta futuri
Anxia ſollicitis quatiebat pectora curis.
Sic adamata quies: poſita eſt ſic gloria ſummi
Culminis, infractam ſubiere ubi tædia mentem.
Altera CÆSAREI felicia vincula portans
CONJUGII, rurſum gemino præfulget honore:
Teque maritali conjunctum fœdere CÆSAR
Et Patri oſtentat GENERUM, Natoque Paterni
Participi decoris FRATREM, ADFINEMque JO-
ANNI.
Hic medio campi ſpatio velut incita fertur,
Immittenſque ſibi totas facundia habenas
Percurrit LEOPOLDE Tuos AUGUSTE triumphos.
Hic Tibi Pannonius cæſorum corpora Thracum
[2] ARRABO ſanguineis volvit jam pulchrior undis,
Et veteris laxans abrupta repagula ripæ
Barbaricis tumidus cumulatæ ſtragis acervis
Inflatas oſtentat aquas, atque imputat ISTRO.
Hic ſe ingens aperit rerum ordo, bellaque longa
Et triſti fraudum ſerie meditata Tyranno;
AUSTRIACO imperio tantum non ultima, ſi non
Fata Deum, ſi non melior fortuna ſtitiſſet
Horrendos ſcelerum nexus, immaniaque auſa.
Tantum dira valet, ſtimulata cupidine cæca
Ambitio, Divum contemtrix, prodiga honeſti.
Hic Tua victricis fidei decora alta, VIENNA,

Hic

1. Carolus V fratri Ferdinando Imperii, filio Philippo vero regnorum Hiſpaniæ &c. arbitrium tradidit, Anno MDLV.

A°. MDCLXIV, quo egregia de Turcis parta victoria.

Hic Tua in extremis conſtantia rara periclis,
Quum fera terribili ſonitu tormenta rueneis
Quaſſarent muros; cæciſque incluſa cavernis
Accenſa obſtanteis lacerarent fulmina moles.
Hic Tua conciſis trepidantia gaudia TURCIS,
Omnibus & templis ſuſcepta, ſolutaque vota:
Hic STARRENBERGI Præfecti provida cura,
Hortatrixque operum virtus, belliquc laborum,
Atque animi invictum robur, deriſaque ſævis
Horrida verba minis, ferro contuſa feroci,
Splendida magnifico præbent ſpectacula cultu.
Quid decus antiquum memorem, SOLYMAN-
NIAque arma
[1] Tercentum Auguſtam cingentia millibus Urbem,
Cervici depulſa, fremens quum CÆSARE foedæ
Adventante fugæ præberet terga Tyrannus,
Exitium minitatum urbi, nimiumque cruentam
In ſua caſuram metuens merita agmina cædem?
Bellatrix, non iſta Tibi, clariſſima quamvis,
Gloria præcipua eſt: non hæc, animoſa VIENNA,
Unica laus mandanda Tuis annalibus. Illa,
Illa Tibi multo laus eſt præclarior, omnique
Eloquio major, conſummatiſſima vincens
Ingenia, Heroum quod Te tot lumina, quod Te
Crudeli exitio totidem eripuere [2] Camilli,
CÆSARIS AUGUSTI LEOPOLDI ſacra ſecuti
Auſpicia: ardenti Tibi quod virtute JOANNES,
Regali, patrioque ſolo, ſolioque relicto,
Præſtitit ultricem dextram; qua vindice tellus
[3] Sanguine TURCARUM totiens madefacta PO-
LONA eſt,



1. Ao. MDXXIX, quo terrore adventantis Imp. Caroli V Suleimannus obſidionem repente ſolvit, octoginta circiter ſuorum millibus deſideratis.

2. Urbem Romam, ſeu potius Capitolinam illius arcem, a Gallis ultimo periculo admotam, cæſis ad internecionem hoſtibus Camillus obſidiene liberavit.

3. Ao. MDCLXXIII, XII Nov. & nunc, dum hæcre-

Vindice qua obſidio munita eſt capta CHOCIMUM.
Vos quoque GERMANI pulcherrima Sidera Cæli,
Martia Triga DUCUM, Regum generoſa propago,
SAXO potens, dives BAVARE, & fortis LOTHA-
RINGE,
Veſtra hujus tanti decoris præfervida virtus
Participes fecit concordi concita niſu.
Veſtras nixa genu dextras amplexa VIENNA
Grata [1] SALUTAREIS appellat; preſſaque figens
Oſcula, [2] GRAMINEAM SERVATÆ porrigit
URBIS.
O felix LEOPOLDE, cui tot fulmina belli
Hoſtileis ſternunt acies, populoſque priores
Reſtituunt, regnumque extenſis finibus [3] AUGENT!
Jam Te STRIGONIUM, jam Te VICEGRADIA
Regem,
Jam PESTUM, jam Te VIROVICIA, WAIT-
ZA ſalutant:
Jam redit ad veterem Dominum NEUHEUSELA:
jam, quæ
Regia Pannoniæ clariſſima, BUDA ſub ipſis
Expugnata oculis multa cum cæde repulſi
VISIRI ſupplex, CÆSAR, Tua juſſa capeſſit;
Fatalem agnoſcens numerum, quo [4] ſeptima duro
Chri-

ſpicio, & ad Typographum mitto, nobili rurſus de Tur-
cis & Tataris victoria relata.

1. *Soteres* Græcis Reges appellati, quibus ſalutem ſe debere profitebantur. Sic & *Salutaris* Jupiter in vett. inſcript.

2. *Graminea* corona imperatori ab exercitu data, quem obſidione liberaverat.

3. Impp. Rom. PERENNES, vel SEMPER AUGUSTI, quamquam a *Sanctitate* potius, quam ab AUGENDO imperio ita dicti. Attamen

*Hujus & augurium dependet origine verbi,*
*Et quodcumque ſua Juppiter* AUGET *ope.*
AUGEAT *Imperium noſtri* DUCIS, *Augeat annos.*
Ovid.

4. Septenarii numeri vis ferme infinita eſt. Buda, poſt-

Chriſtiadum obſidio cinxerunt mœnia caſtra,
Poſtquam iterum ſubiit ſervo jugaTURCICA collo.
Tota hæc, BOJOARE ELECTOR, LOTHARINGEque PRINCEPS,
Gloria jam Veſtra eſt: niſi quod cedentibus ipſis
In partem veniat laudis fortiſſimus Heros,
Ille meus PATER, & PATRONUS, & unicus ALTOR,
Ille meus FRIDERICUS amor GUILIELMUS, & orbis.
Tempora qui denſa cinctus victricia lauro
Fortunamque ſuam, ſimul & delecta virorum
Agmina ſubmittens, pulchro conamine BUDÆ
Turritos aperit muros, & prima ſuorum
Robora diffractis infundit mœnibus urbis.
Sic præeunte, viamque aliis monſtrante SCHONINGO,
BRANDENBURGIACA tandem virtute recepta
BUDA PALATINIS cantatur ſubdita LUDIS.
Publica perpetuæ ſequitur præconia famæ
Privata ingentem in cumulum, cæloque minantem,
Congeries exſtructa: ſuo quam divite cenſu
Sufficit exſuperans SACRI COMITIVA PALATI:
Quæ modo per veteres faſtos ab origine prima
Sollerti deducta manu, priſciſque [1] MAGISTRIS,
CÆSAREÆ ſummam ſibi CURAM vindicat AULÆ.
Mox & ad Imperii FINEIS dimiſſa tuendos
Belligeras arcet genteis, crebriſque bicornem



quam a Suleimanno primum per fraudem A°. MDXXVI occupata fuit, recepta eſt anno ſequente, mox iterum amiſſa A°. XXIX, eodemque, item IC, CII, CXXXV, LXIX, & LXXXIV, fruſtra obſeſſa, tandem hoc anno multo cum gemitu Turcarum recuperata ad priſtinum obſequium rediit.

1. Comites ſacri Palatii *Magiſtri* etiam, & *Curæ Palatii*, ſive *Curopalatæ*, dicti, item *Illuſtres*, & *Comites primi ordinis intra Conſiſtorium*, & *Comites domeſtici primi ordinis*, in vett. inſcript.

Præſidiis firmans [1] *prætento limite* RHENUM,
CÆSARIS ipſa VICEM ſubit, imperiumque gubernat
Abſentis, rapidove migrantis in æthera fato.
Crevit partus honos, & adulta potentia ſenſim
Proxima adæquavit cœlo faſtigia REGUM:
Promeruitque legi ſua per, SEPTEMque VIRORUM
Arbitria, Occiduum ſceptro qui temperet orbem.
Te tamen illa magis, proprio quam culmine, celſum
Exſultans caput ad radiantia ſidera tollit:
Te COMITEM arcana fatorum lege, PHILIPPE
GUILLELME, impoſitum gratans ſibi, victa fatetur
Vota ſua, & Paphia velat ſibi tempora [2] myrto.
Et merito: ſic illa jubet celeberrima terris
Copia virtutum, PRINCEPS, opulenta Tuarum.
Sic jubet illa Tuo quæ toto plurima voltu
MAIESTAS auguſta ſedet: cui candida ſuavi
Temperie BONITAS ſe admiſcet: & inde perenni
Inlabefacta manet populi reverentia amore.
Accedit parili vinclo connexa ſeveræ
JUSTITIÆ mitis CLEMENTIA; & aſpera molli
Jura manu moderans, creſcit creſcente ſenecta
Principis; atque ipſis vireis ſibi ſumit ab annis.
Sublimem ſolio AMELIA ELISABETHA Maritum
Adſidet, atque illuſtre caput redimita coruſco
Eorundem decorum nimbo, ſe Conjuge dignam
Oſtentat populis: & habetur Conjuge digna.
Excipit ingentem Patrem JANUS GUILIELMUS,
Sola ætate minor: raraſque in Principe dotes,
Victorem luxus animum, mentemque pudicam,
Ingenium peracre, & vivum, ſpirantiaque altum
Pecto-

1. Notæ *prætentura militum ad tuendas Rheni ripas*, & imperii limites.

2. *Myrtus* Veneri VICTRICI ſacra; unde & *ovales* ex ea coronæ factæ.

Pectora, & ardenti contacta cupidine laudis,
Parque animo corpus, formaque habituque decoro
Conſpicuum ; ſparſumque per omnia membra vigorem,
Grande incrementum Patriis virtutibus addit.
Hic hæret, pendetque animi, deprenſa duorum
Feminei ſexus decorum facundia ſorte: &
Tene prius dicat, dubitat, MARIA ANNA, Marito
Subjungens, cui Te nexu fortuna jocundo
Perpetuum junxit: canat an, quæ Fratria, Gloſque,
AUGUSTI Conjux eſt ELEONORA, priorem.
Tu dubitare vetas; atque ipſa aſſurgis honori
AUGUSTÆ, venerans Patriæ faſtigia ſedis.
Illa omneis inter ſanctiſſima virgo puellas,
Illa omneis inter Conjux caſtiſſima matres,
Fortunam meruiſſe audit, thalamiſque potita
CÆSAREIS, fœti numeroſo pondere ventris
AUSTRIACAM FUNDASSE domum, tituloſque Mariti
[1] FELICIS, PATRISque bono geminaſſe recenti.
Huic comes AUGUSTI FERNANDI Filia famæ
Excelſo inveheris curru, perque ora virorum
Eximio clari eloquii celebrata nitore,
Dulcia [2] vittalem morum fers præmia [3] olivam:
Candida, ſancta, pia, ingenioſa, pudica, benigna;
Et longe ante alias omneis mitiſſima Princeps,
Pulchraque formoſum redamans, ut amata, Maritum.
Jungitur AUGUSTÆ Princeps innupta Sorori:



1. Sollemnes tituli Impp. *FELIX*, *Pater Patriæ.*

2. *Vittæ* crinales inſigne matronarum, ac Pudicitiæ ſymbolum.

3. *Oliva* coronata olim Junonis, Conjugii præſidis Deæ, ſacerdos: bonaque eſt conjugibus, pacis & concordiæ ſymbolum, ac longæ vitæ.

Voſque animo, virtute & amore, ut ſanguine FRA-
TRES
Plena fuſa manu capitis libamina laudum.
Sed Tu præcipue, RECTOR FREDERICE; Tuumque
Cuncta Academiæ præcerpit SECVLA nomen.
Proxima pulſati tandem ſpatia ultima campi
Extremos, præclara, jubent donare labores,
HEIDELBERGA, Tibi. Priſca indagatur origo
Nominis: anne illud dederint [1] PAGANICA CA-
STRA
Romana metata manu: [2] COLLESNE frequenti
MYRTILLO celebres. Poſitæ tum conditor urbis
Quæritur obſcuris denſa caligine faſtis.
Mœnia dein prolata, atque Arcis prima ſuperbæ
Fundamenta: Domus ſacræ: tandem ipſa Lycei
Tenuia principia, & clari memorantur alumni.
Nec Tu negligeris parva, atque ignobilis [3] INGA:
INGA perantiquis contermina GRINNIBUS: IN-
GA
Æternum chartis victuræ proxima MARSÆ.
Hinc tibi MARSILIUS Batavo de ſanguine AB IN-
GA,
HEIDELBERGA, Tui fertur formaſſe Lycei
Prima rudimenta: & primi NATALIS honorem
Principis auſpiciis primus celebraſſe RUPERTI.
Ultima divinus numerus certamina [4] claudit.
Tota hic dimotis velis arcana pateſcunt

Py-

1. *Heidenberg.*

2. *Haidelberg.*

3. *Inga* vicus in inſula Batavorum prope Rhenas, oppidum Trajectini Dominii, Tacito *Grinnes.* *Marſa* illi vicinus tractus: unde oriundus, & Ingæ natus altuſve Marſilius primus publico ſalario ipſi conſtituto Ludum literarium Heidelbergæ aperuit, adeoque primus ejus Lycei plantator fuit. Scripſit præter alia nonnulla, comment. in Ariſtotelem.

4. Συμπλήρωσις, καὶ τελείωσις, καὶ κατάκλεισις ἀριθμῶν.

Pythagoræ: hic ſimplex [1] MONAS, hic DECIES repetita,
Atque iterum DECIES, toties [2] PERFECTA refertur,
Et ſummo ſacrata Jovi. Jam TERTIA, Muſa,
SECULA vos tangunt, & numina veſtra fatentur.
Vade igitur, lætumque diem, ſollemneque feſtum
Concelebra: turbæque tuarum immiſta ſororum
Phœbeas firma voltuque & murmure voces.
Ille quidem ornatas templi delapſus in aras
Auribus accipiet placidis pia [3] VOTA precantum:
Plurimaque, atque annos vincentia SECLA ſacrarum
Annuet [4] Alituum: vos [5] MULTIPLICATA referte
Hæc DECIES: & Hamadryadum longiſſima vitæ
Tempora fatali florendi includite cyclo.

1. I, X, C numeri Jovi ſacri, qui omnes in *ſeculi* ſpatio continentur. *Novies* igitur numerus ſacer in tribus ſeculis. Muſæ vero primum *teſnæ*, poſt *ter ternæ*. Auſon.

2. *Denarius* Pythagoricis *perfectus*, *Deus*, *Sol*, *cælum*, *ævum*, imo & OMNE.

3. *Vota* olim ſollemnia in *quinquennium*, atque etiam *decennium*, pro ſalute reip. & Impp. incolumitate ſuſcepta, ut in eodem ſtatu maneret.

4. Sacræ Phoebo alites ſunt Cornix, Corvus, & Phoenix. De his, earumque ætate carmen eſt Heſiodium apud Auſonium.

5. In antiq. numiſm. frequens VOT. X. MULT. XX. VOT. XX. MULT. XXX, &c.

Illuſtriſſimæ & Celeberrimæ
ACADEMIÆ Electorali Palatinæ HEIDELBERGENSI, Sorori Dilectiſſimæ, L. M. L. F.
Electoralis Clivorum ACADEMIA
TEUTOBURGICA, excipiente
Iacobo Tollio, e Grinnibus Trajectino,
M. D. & in eadem Academia Hiſtor.
Eloquentiæ, & Gr. L. Profeſſ. Ordinario.

# IN NATALEM LXXII
## Sereniſſimi ac Celſiſſimi Principis, D.D. PHILIPPI GUILIELMI, D. G. Comitis Palatini ad Rhenum, S. R. I. Architheſaurarii, & Principis Electoris, &c. &c.

### ODE.

HUc huc corollas, huc date pampinos;
Huc vina plenis fervida poculis:
Huc flava thura, quoſque dives
Mittit Arabs populis odores.

Huc ferte ſalſæ primitias molæ:
Huc ferte ſacris mellea adoreis
Permiſta liba. Imponite aris
Inſolitos ſolitoſque honores.

Verbena caſtum circumeat caput,
Et pura crineis vitta coërceat,
Quicunque ſacri eſtis miniſtri,
Ingenui pueri, & puellæ.

Prætexta ſtricto libera vinculo
Per membra collo lactea defluat:
Nuduſque circum aras calenteis
Pes numero moveatur apto.

Priſco PHILIPPI Principis aureus
Ritu colendus lætus adeſt dies
NATALIS. Hunc lyra canora,
Hunc chorea celebrate molli.

Certis modorum carmina legibus
Adſtricta claris vocibus aëra
Rumpant ſonanti concinentis
Ore chori Genitale feſtum.

Red-

Reddant loquacem proximi imaginem
Colles recurvis vallibus obviam:
Spargantque valleis ambientis
Flumina per ſinuoſa NICRI.

NICER ſed eccum cornua jam ſua
Glaucis opacans frondibus impedit;
Hilariſque ad hoc ſollemne ſacrum
Naïadas vocat ore blando;

Et, quæ propinquis culmina montibus,
Et, quæ recluſis roſcida fontibus
Antra, & cavos tenent receſſus,
Numina, ſemideoſque Faunos.

Adſunt vocatæ cum Satyris Deæ;
Patriſque votis accumulant ſua:
VIVAT PHILIPPUS GUILLIEL-
MUS;
VIVAT; & innumeros per annos

Soſpes, valenſque, & perpetuum vigens
Seram ſenectam robore vivido
Florentis exigat juventæ,
Præſidium Imperii, & ſuorum.

Sancti ſacratus proxima Principis
NATALIS omni tempore gaudia
Præcellat, & redintegrata
Lætitia exſuperet priorem.

Audi precanteis, o Pater Optime:
Concepta caſto fac rata carmine
Hæc ſupplicum vota, & benigno
Numine conſtabilita firma.

Honori Sereniſſimi Principis
D.D.C.Q. JACOBUS TOLLIUS.

I N-

# INDEX
# RERUM & VERBORUM.


A.

Accipiter quid in Chemia. 212
Acerbi tumuli. 78
Achelous limoſus. 183
—— abſterget Alcmæoni furorem. 41
Acheloi etymon, & fabula attributa. 57
—— pocula. *Ibid.*
—— Alkali in Chemia. *Ibid.*
Achilles nono anno ad Lycomedem miſſus. 46
Achillis fabula Chemice explicata. 257
—— haſta. 184
—— immitis & inexorabilis animus. 103, 105
—— Oſſa in aurea Vulcani amphora condita. 258
Acida abſorbentur ab Alcali. 249
Acidum terram devorans Eryſichthon. 7
Acre ex calido & ſicco conſtat. 155
Adraſti etymon. 41
Adraſtia Nemeſis *Ibid.*
Adyta in templis *ſine tecto.* 189
Ægyptiorum dies v intercalares. 11
—— dii piloſi. 67
—— dii quinque. 11
Ægyptus terra Philoſophica. 67
Æliæ Læl. Criſpis ænigma. 89
Aër, Amor, ἔρως, naſcitur ex aqua per ignem attenuata. 139
—— πρωτόγονος. *Ibid.*
—— διφυής. 89, *Ibid.*
—— concavus. 176
Æra pulſa in defectu Lunæ. 201
Æſculapius barbatus. 47, 176
—— Jupiter. 47
Æſtas in Chemicis. 164
Æſtus maris explicatio. 77
Ætas florida gratioſa. 96
Ætatis flos εἰαρινὸν δῶρημα in Virgin. 93
Æthiopia terræ phil. in opere ſymbolum. 67
Æthiopica Bacchi expeditio. 187
Æthiopicæ Oſiridis expeditionis explicatio. 67
Æthiopum Rex Cepheus. 259
Agones quinquennales. 11
Agnus Atrei Chemicus. 198
Αἴδηλον πῦρ, cujus origo ignoratur. 309
Alæ Solis. 298, 299, 300
—— Somni nigræ. 277
Alba terra Philoſ. 258
Albedo Chemicorum quid? 208
Albus Lucifer. 97
Alcaheſt verus Philoſ. 248
Alcalia abſorbent Acida. 249
Alcali Thetis, Meſtra, Dea Syria. 7, 8
Alcimede mater Jaſonis. 57
Alcmæon Adraſti filius. 41
Aliqua, ſc. parte, via. 78
Amenthes Ægyptiorum, dans & accipiens. 210
Amiculi Iſidis varius color. 194
Amor. *Vide* Cupido.


Amor,

Amor, aër, διφυὴς, OMNIA. 89
—— Aër, filius Saturni & Rheæ. 139
—— circulo comparatus. 196
—— dormiens. 261
—— & ſomnus dæmones ejuſdem generis. 290
—— fugit vetulas. 96
—— magnes Phil. 196
—— oſculo ſignificatus. 251
Amori feræ, imo & Philoſophi cedunt. 287
Amphiarai ara, & fabula Chemice expoſita. 39
Amphora aurea Vulcani 258
Andromedæ fab. Chemica. 259
Angues. *Vide* Dracones.
Animi magnitudo etiam in hoſte ſuſpicitur. 108
Anni initiorum docendorum Eleuſine quinque. 10
Annus Ægypti olim 360, dein 365 dierum. 11
—— Phil. x menſium. 47, 50
Anſere Iſidi factum 60
Antigones erga fratrem Polinicen amor. 37
Antimonialis Mercurii purgatio per Alcali. 249
Antra in Chemia. 171
—— Nymphis ſacra. *Ibid.*
Anubis fil. Oſiridis. 163
Anus cur ingratæ. 94
—— res Amori inimica. 96
Aonii montes. 165
Aper Adonidis femur oſculari cupiens. 287
Aperturæ in templis. 238
Apis Ægypt. quinquennium vivebat. 12
Apollo *ἀκειρεκόμης, χρυσοκόμης*. 65
—— Ægypt. *lupus* & *canis*. *Ibid.*
—— Chaldæis cuncta *Zodiaci ſigna*. 303
—— *Cneph*. 301
—— decimo menſe opus Chemic. abſolvit. 46
—— Ἰνίος. 5. Lycæus. 164
—— *μυελόμορφος*. 301
—— Pœonibus diſcus. 303
—— Φάνης, Οὐρανός, κλαδοῦχος, συμπλήρωσις, terminans decachordi harmoniam. 50
—— Φοῖβος. 66
—— Thurius. 209
Apollinis *Enſis*, *arcus*, & ſagittæ. 184
—— Indigitamenta deperdita. 301
Appetentiæ maris & feminæ cauſa. 91
Aprilis ab *aperiendo*. 5
Aqua ante delubra veterum. 201
—— Brachmanum exploratoria. 231
—— de re venerea. 81
—— Empedocli Φιλότης. 89
—— & *Igni* interdictum exulibus. 181
—— Principia rerum. *Ibid.*
—— & *Ignis* varie adhibita. 88
—— initium rerum & terminus. 88, 89
—— in pompa prælata, ab Ægyptiis. 201
—— nec igne caret, nec motu. 88
—— omnis glutinoſa. 89
—— prima materia in creatione. 89, 138
—— rerum principium ſecundum Thaletem. 82
—— à virginibus regiis Segobrigum ſponſis offerri ſolita. *Ibid.*
—— viva novæ nuptæ pedes loti.

loti. 87
Aqua viva precantes manus abluebant. 180
Aquæ melioris lacus. 143
—— & vini temperies. 55
—— vetularum putrent. 95
—— deficiente calore putrorem contrahunt. *Ibid.*
—— furtivæ dulces. 81
Aquila Jovis. 46
Ara in medio lacu lapidea. 142
202
—— ſertis coronata, & odoribus accenſis calens. *Ibid.*
—— maxima Herculi conſecrata. 42
—— Ara Veſtæ in medio templo. 51
—— Deæ Syriæ in medio lacu. 51, 202
—— Latonæ in medio lacu. 142
—— Saliniformis Herculis. 45
Aræ celſiſſimæ Jovi ſtructæ. 47
—— humiles Veſtæ, Terræ, Mari. *Ibid.*
—— in medio templo. 184
—— ſine ignibus. *Ibid.*
Arborem hortenſem perdere Oſiridis cultoribus nefas. 82
Arbor hortenſis ſymbolum generationis. *Ibid.*
Arbores acido abundantes, ignis ſymbola. 106
—— in tutela ſuorum deorum. *Ibid.*
Arca Deucalionis. 171
—— Deucalionis, Oſiridis, Jaſonis, Tenis, &c. Chemica. 258
—— Oſiridis expoſitio. 296
Arcus Phœbi, facultas acida. 98
—— Philoſoph. 184
Argenteæ ſagittæ ſolis. 98
Argenteus color ſymbolum pulchritudinis. 97
—— in luna quid ſignificet. 98
Ἀργυροδίνης πλωειός. 97
Ἀργυρόπεζα Thetis. *Ibid.*
Ἀργυρότοξος Sol. 98
Aries aureus. 181
Arion equus natus ex Neptuno & Cerere. 129
—— Herculi datus à Neptuno. 130
Aroueris filius Solis. 205
Arva Actæa. 165
—— Chemica. 143
Aſima. 67
Aſinus Sol, Thartak. 196
Aſo regina Æthiopiæ. 67
Atergatis ſemipiſcis. 203
Aves calidiores ſalaces. 60
Aurea corona Pandoræ. 186
—— Venus. 187
—— omnia in templo Hierapol. *Ibid.*
—— Apis. 188
—— pluvia Rhodi. *Ibid.*
—— monile Eriphyles. *Ibid.*
—— Aries Atrei. *Ibid.*
—— —— Phryxi. *Ibid.*
—— Amphora Vulcani. *Ibid.*
—— vannus & ſiſtrum, ac cymbium Iſidis. *Ibid.*
—— canes Junonis. *Ibid.*
—— ſagitta & fuſus Dianæ. *Ibid.*
—— ſpecies ignis. *Ibid.*
Aurei mali fabula Chemica. 256
Aureum femur Pythagoræ. 204
Aurora rutilis capillis ob ſplendorem. 66
Aurum Cybelæ, ſeu Rheæ proprium.

prium. 197
Auſtrina mundi plaga fici filio ab Ægypt. depicta. 82
Autumnus abſolutio operis Chemici. 202

B.

BAal Samajim, rex, ſeu Dominus cælorum. 199
—— hermaphroditus. *Ibid.*
Bacchi Cantharus. 43
—— Expeditio Æthiopica. 187
—— Sacra nocturna. 198
—— Vannus. 190
Bacchus βυγζυής. 199
—— Δενδρίτης. 85
—— Εὔδενδρος. *Ibid.*
—— ex India boves adduxit. 209
—— in hædum mutatus. 67
—— λικμητὴς, λικνίτης. 190
—— Oſiris. 84
—— Συκίτης. *Ibid.*
—— ταυρόμορφος. 209
—— ταῦρος. *Ibid.*
—— ταυροφάγος. *Ibid.*
—— Φλοιὸς, Φλιὼν, Φλὺς, Φλυδὺς. *Ibid.*
Baculus Plutonius. 98
—— ramus aureus. 99
Barba quid in Chemia? 70
—— caloris & virilitatis ſignum. 176
—— Jovis Æſculapii. 47
—— indicium maſculi ignis radiorum. *Ibid.*
Barbata Venus. 214
Barbati Jupiter, Æſculapius, Apollo, Bacchus, Venus, Fortuna, Saturnus. 176
Barbatus Apollo. 220
—— Dionyſus. *Ibid.*
—— & imberbis. *Ibid.*
Baſilii Valentini laus. 189
Bemajim Hebr. defectivum. 87
Bias avus Eriphyles. 41
Bidiæi Lacedæmone V. 12
Bos Cadmæa. *Vide* Vacca.
—— & ſus quinquennis in luſtrat. 11
Boves ex India à Baccho adducti. 209
—— Geryonis Chemici. 259
—— Neptuni. 209
—— Solis. *Ibid.*
Brachmanum Aqua exploratoria. 231
Buſiridis etymon. 69

C.

CAdmi fabula Chemice expoſita. 252
—— jaculum & haſtile. 114
Cadmo quinque ex Spartis ſuperſtites ſocii ad condendas Thebas. 13
Cadmus Leo ab oriente, Draco ſine alis. 14
Cæli color cærulus. 100
Cælum ἀρχὴ τελευτή τε πάντων. 4
—— Philoſ. 179
Cæpe in Chemicis ſpiritus acres corrodentes. 203
—— creſcunt decreſcente luna. *Ibid.*
Cæpis abſtinebant Æg. ſacerdotes. *Ibid.*
Calaſiridis etymon. 68
Calidum omne nutritur modico frigido. 93
Calix πεντάπλοος epheborum Athen. in Oſchophoriis præmium. 14

Calor

Calor humidus ſemen omnium rerum. 88
Calvi Lunæ in deliciis. 70
Calyptra Pandoræ. 186
Canis inſigne armor. Anubidis. 163
——— in Chemia. *Ibid.*
——— Mercurius. *Ibid.*
Cannæ circumdantes aram Latonæ. 143
Cantharus Liberi Patris. 43
Capilli & barba cana ſenis Baſiliani. 197
——— feminei capitis decus. 70, 71
——— humentes Nympharum. 177
——— poſt morbum Hygiæ oblati. 71
——— pro ſuo, alienare felici reditu Diis voto addicti. 72
——— raſi convaleſcentibus è morbo. 71
——— ——— in luctu. 66
——— naufragorum. 71
——— ſervorum, & damnator. ad opus publ. 71
——— ſeu Coma Bacchi & Solis. refer. ad ejus radios. 66
Capillis ancillarum reginæ Æg. Iſis ſuavem odorem afflavit. 69
Capillorum defluvia in morbis. 65
——— defluvii remedium frequens raſura. *Ibid.*
——— denſitas argumentum bonæ valetudinis. *Ibid.*
——— in Chemicis ſignificatio. 70
——— reſtitutio votis petita à deabus Medicis. 71
Capillos alere Græci ſoliti in ſignum fortitudinis. 65
——— libertatis indicium. 71
——— Theſeus primus detonſos conſecravit. 65
Capra altrix, ſeu nutrix Jovis. 67
Caput Jovi ſacrum. 192. 193
——— Jovis quale. 192
——— turritum Cybelles. 195
Capitis irroratio in ſacris. 184
——— velatio in ſacris. 42, 185
Carmina quædam Græca. 216
Carpendi libido peſſima & illaudata. 16
Centauri cur inhabitare montes dicti? 130
——— Spiritus impuri. 45
Centrum terræ Veſtæ tributum. 51
Cepheus rex Æthiopum Chemicus. 259
Cephiſus Alcalici ſpiritus ſymbolum. 183
——— fl. oves Phil. albas efficit. *Ibid.*
——— limo abundat. *Ibid.*
Cera in magicis. 186
Cerberus triceps, triplex ſpiritus. 45
Ceres Ἐρινὺς, Λυσία. 129
——— in equam mutata. *Ibid.*
——— καλλιπλόκαμος. 69
——— Ὀρεία. 172
——— ποτηριοφόρος. 259
Ceſtus Veneris Chemicus. 19
——— vis attractiva, ſeu magnes Phil. *Ibid.*
——— varii coloris. *Ibid.*
Charopos, Pyrrha, filia Herculis. 20
Χαῖρε mortuis dictum. 31

Chemi

Chemia obſcura eſt. 183
Chemiæ etymologia. 168, 193
——— vetuſtas. 168
Chiron Hippocentaurus & Medicus. 130
Χρυσάρματος Luna. 98
Χρυσηλάκατος Diana, & Nereïdes. 188
Cicadæ & aves feminæ naturâ mutæ. 268
Ciceronis verborum copia vehemens. 242
Cingulum Veneris. 196
——— Senis Baſiliani. 197
Circulatio in Chemia. 188
——— Philoſ. 176, 196
Ciſta Bacchi, Erichthonii, & Chemica. 258
Ciſternæ, de feminis. 81
Clava Herc. Philoſoph. 184.
Clavis VII. Baſilii expoſitio. 257
——— Jani, Janæ, Careris. 3
Cneph ſerpens ſymbolum Univerſi. 208
Cœruleus maris color, & cæli. 100
Color argenteus ſymb. pulchritudinis. 97
——— Deorum rubeus. 47
——— maris & cæli unde Cœruleus. 100
——— Oſiridis niger, Ori albus, Typhonis ruber. 208
——— triplex in liciis Magicis. 186
Colores Solis & Lunæ, unde? 98
Columba Semiramidis, Deucalionis, &c. 199
——— Chemicæ, Jovi Ambroſiam ferentes. 199, 200
——— Spiritus volatiles acidi. 203
——— Veneris Virgilianæ. 200
Columbæ in tutela Veneris. 59
——— ignis ſymbolum. 60
Coma. *Vide* Capilli.
Comæ tonſæ in ſacris Herculi Gaditani. 186
Communes Dii. 42
Concha Tritonis. 176
——— tortilis, circulationis ſymbolum. *Ibid.*
Conjugium Philoſ. fratris & ſororis. 178
Cornuti Dii. 210
Corona aurea Pandoræ. 186
Corporis partes quibus Diis ſacræ. 193
Corporum incrementi cauſa. 76
Corvus Apollinis Chemicus. 143
Corycium antrum. 171
Crater aureus Mercurii. 43
——— Philoſ. 180
Crepitantes ſtipulæ in Palilibus. 180
Cribrum Philoſoph. 190
Critica animadverſio quatenus in veteres Scriptores licita & laudabilis. 15, 16
Cunæ Herculis. 171, 190
Cunctator cognomen pravum. 156
Cupido cogitabundus. 267
——— facile primo intuitu agnoſcitur. 283
——— Leonum domitor. 269
——— πανδαμάτωρ. *Ibid.*
Cupidinis comites. 287
Curia, templum. 192
Currus Junonius. 192
Cybelle ſedens in curru vecta à Leonibus. 191

D.

Dæmones incubantes fontibus & aquis. 87
—— ab Ægyptiis ſuper navigia collocati. *Ibid.*
Danaë Chemica. 258
Deæ Syriæ templum. 187
Dearum aliquot velata capita. 186
Decachordi harmonia. 50
Decimo menſe opus Chemicum abſolvitur. 46
Decimoſeptimo die menſis Athyr Oſiris arcæ incluſus & in mare miſſus, Chemice expoſ. 206
Decumani fluctus. 7
Deïaniræ mors. 111
Delos cur levis? 143
Delphici oraculi hiſtoria. 172
Delubrum Samothracium. 79
Denarius Pythagoricus. 46
Δενδροφορίαι unde. 206
Dens unicus, & unicus oculus trium Gorgonum. 259
Deorum imagines è multis variorum partibus. 303
Deucalion Dionyſus. 213
—— Opus. 170
—— Oſiris. 205
—— Promethei fil. 182
—— Sol, Bacchus, Oſiris. 162
Deucalionis & Pyrrhæ fabula Chemice expoſita. 161
—— etymon. 170
—— filia Protogenia. *Ibid.*
—— nepos Aëthlius. *Ibid.*
Deus Naturæ terminus. 4
—— —— Principium. *Ibid.*
—— Paphlagonum hyeme coërcitus, &c. 164
—— per naturam omnia facit. 4
—— Phrygum hyeme dormiens, &c. 164
Dii Ægyptiorum piloſi. 67
—— Conjugales Gr. V. 12
—— cur varia olim forma effecti. 305
—— quatuor Ægyptiorum, hominum genii. 251
—— quinque Ægyptiorum. 11
Diana Ἀκρία. 172
—— ante Solem genita. 137
—— argentea. 97
—— Aventina. 5
—— aurea. 97
—— Ceres Ἐπιπολά. 5
—— Dea Conjugalis. 3
—— Dea Jana. 3, 5
—— Dea Via. 3
—— Deas ſupereminet omnes. 72
—— Εἰνοδία. *Ibid.*
—— Ἐλειθυῖα. 5
—— διπλόκαμος. 70
—— Feronia. 3
—— Hecate προπυλαία, *Ib.*
—— Ἴνιος. 5
—— Ἰώ. 3, 5
—— Juno Iterduca. 3
—— κουροτρόφος. 74
—— Mater, Matrona. 3
—— Φεραία. 5
—— Proceritatem tribuit. 72
—— Proſerpina. 3
—— Rhea. 5
—— ταυρώ. 210
—— undarum Dea. 77
Dianæ pedes dicati. 5

Dianæ ſimulacrum à Praxitele ſculptum maximam feminam proceritate ſuperans. 74
Dies albi & nigri in ænigmate. 299
——— omnibus rebus incrementum præſtat. 138
——— Philoſ. 47
——— quinque intercalares Ægyptior. 11
Diluvii Philoſ. expoſitio. 179
Diluvium abſolutum XVII die menſis ſeptimi. 175
——— ceſſavit menſe decimo. 177
——— Philoſ. ex Acidi & Alcali ſpirituum volatilium procurſu. 175
——— Philoſophicum. 165
Diſcinctæ veſtes in ſacris. 186
Dracones duo in Chemia. 252
——— Herculis duo ſpiritus volatiles. 45
——— in tutela Martis. 253
——— quibus diis ſacri. *Ibid.*
Dubii tumuli. 78

E.

Echion Cadmi ſocius. 14
Ἐκπύρωσις mundi Philoſ. 178
Elementa IV. Chemicorum. 250
——— Ægyptiis ſingula maſcula & feminea. *Ibid.*
——— eorum mutatio, & ſucceſſio. *Ibid.*
Eleuſiniorum initiorum quinquennium, & quinque partes. 10
Enſis in Chemia. 194
Ephialtæ fab. Chemica. 193
Ephori Lacedæmone V. 12
Epiſcopi cujuſdam Gallici admirabilis ſtupor. 235
Equi Balius & Xanthus à Neptuno Peleo donati, in nupt. Thetidis. 130
——— hinnitus acutus. 123
——— Neptuni. 127
Equus à Neptuno è terra productus. 130
——— in Chemia quid? 169
——— in monte primum viſus. 130
Eriphyles fabula Chemica. 39
Errata doctorum hominum modeſte caſtiganda. 58
Erythras filius Perſei. 259
Eryſichthonis fabula Chemica. 7
Ἔρως κοιμώμενος. 261
Εὐπράττειν mortuis dictum. 312
Euryſtheus, amplum materiæ ſpatium. 45
Εὐψύχει mortuis dictum. 310

F.

Fabula de Iſide & Oſiride abominanda, ſi ad literam capiatur. 204
——— vera expoſitio. *Ibid.*
Faces gerebant ſacerdotes Herculis. 42
——— V in nuptiis. 12
Fax in cineres dilapſa, de vetula. 96
Feminæ citius ſeneſcunt. 97
——— laus continere ſe domi. 267
Femineus morbus. 319
——— ſexus ab humidis majus accipit incrementum. 77
Ferire oculos publici doloris. 145
Ferre oculos publici doloris. *Ibid.*
Ferrum in luto. 256
Fici folio auſtrina Mundi plaga

ab Ægyptiis depicta. 82
Fici coronatus Bacchi exercitus poſt victoriam Indicam. 85
—— folium genitalis membri nota Hieroglyphica. 82
—— generationi tributum. 83
Ficulneum folium Baccho ſacrum. 84
—— coronati poſt vict. Ind. Bacchi milites. 85
Ficu recente defricti puerorum oculi. *Ibid.*
Ficus albas Gentilibus vendere Judæis illicitum. *Ibid.*
—— dulcedinem omnem in fructum dimittit. 83
—— facultatem obtinet glutinoſam & ſalſam. 85
—— flore carens ſtatim fructum edit. 83
Fiſtula Panos ſeptem calamorum. 55
Flagellum Neptuni. 100
Fletus Chemicus. 183
Fluvius de femina. 81
Focus Veſtæ ſacer, & Laribus. 198
Fœtore nil magis inſalubre aut ingratum. 96
Fons Virginum. 81
Fontem aquæ obturare Oſiridis cultoribus nefas. 82
Fortuna Nemeſis. 310
Frater an marito ac liberis præferendus. 38
Fraudes ſacræ. 230
Fulmen triſulcum Jovis. 46
Fuſus Parcarum. 195

G.

GAllus Gallinaceus victum adverſarium init. 61
Gas Helmontii unde? 245
Gemmæ Cybelæ propriæ. 197
—— colores albus, cæruleus, aureus. *Ibid.*
Genitalia Saturni & Oſiridis Chemica. 213
—— Veneris virilia. 214
Genius ἀρσενόθηλυς. 6
—— Janus & Jana. *Ibid.*
—— Juno feminar. *Ibid.*
Germani noctium numerum computabant. 140
Gigantum pedes ſerpentini. 165
Gladius in Chemia. 184
Glutem Philoſ. 171
Glycon Luciani. 235
Græci ſemper pueri. 181
Græcis ſcriptoribus prima, Latinis ſecunda palma debetur. 101

H.

HArmonia qualitatum & facultatum diſſoluta cauſa morborum. 10
Harmoniæ fabula Chemica. 253
—— ejus deſcriptio. 253, 254
Harpe Philoſ. 184
Haſtile Philoſ. *Ibid.*
Have, Salve, Vale mortuis dictum. 310
Hecate κουροτρόφος. 74
Hector Chemicus. 258
Hectoris animi magnitudo. 103
Helvetii Vitulus Aureus. 189
Hera filia Cereris & Neptuni. 129
Hercules, Apollo Pœonius. *Ibid.*
—— communis Deus. 42
—— corpore parvus. 43
—— equum Ariona, & dein alium à Neptuno accepit dono. 130

Heró-

Hercules Gaditanus. 136
——— Heben uxorem accipit. 50
——— homo Chemicus, Sal commune Philoſ. 99
——— ignis latens in medio terræ. 42
——— Ἱπποδέτης. 130
——— Junonis ubera ſuxit. 50
——— Mars. 45
——— Medicus. 42
——— παμφάγος. *Ibid.*
——— peplum à Minerva accipit. 50
——— Pluto. 45
——— Saturnus. *Ibid.*
——— Sylvanus. 207
——— Θηβαγενής. 43
——— Velato capite. 185
——— Victor, ἀλεξίκακος, Domitor malorum. 43, 99
——— Victor Phœbi, Neptuni & Plutonis. 99
Herculi Ara maxima conſecrata. 42
——— factum capite aperto. *Ibid.*
Herculis clava ex oleaſtro. 49
——— cunæ. 171, 190
——— & Deianiræ fabula. 109
——— etymon. 44
——— labores. 43
——— Lebes. *Ibid.*
——— navigium. *Ibid.*
——— Sacerdotes Pinarii & Potitii, facigeri. 42
——— Scyphus. *Ibid.*
Herodoti & Sophoclis loca inter ſe comparata. 36
Heroës Terræ filii. 50
——— unde dicti. *Ibid.*
Hierophantarum mos in effing. Diis. 303
Hippocrene in Parnaſſo. 169
——— fons Muſarum. 130
Hippomanes Virgilii. 196
Hippomenis Athenienſis crudele facinus. 128
Hippopotamus Æg. hierogl. cum accipitre inſiſtente, qui Serpentem oppugnat. 130
——— quid in Chemia. 212
Hircus Mercurius. 67
——— Pan Mendes Ægyptiis. *Ibid.*
——— Symb. caloris. *Ibid.*
Hiſpanici codicis MS. Muhammedici inſcriptio. 133
Homerus & Pythagoras videntur lapidis Phil. cognitionem ſoli ab Ægyptiis accepiſſe. 204
Homerica δεινότης. 103, 104, 105
Homo Chemicus è luto. 256
Hortus, in re Venerea. 86
——— in tutela Priapi & Veneris. *Ibid.*
Hoſtanes magus. 299
Hoſtilis facies in Chemicis. 185
Hoſtis imbellis devictus victori inhoneſtus. 102
Humor nutrit corpora. 75
Hydra lernæa novem capitum. 45
Hyems in Chemicis. 164
Hygia καλλιπλόκαμος. 65
——— Salus, Minerva. 57
Hygiæ oblati capilli à convaleſcentibus. 71
——— Schema Pentagonum. 9

I.

Jacti poſt tergum lapides. 186
Jaculum Philoſ. 184
Jana ſpiritus vol. femina. 5
Janus ab eundo. *Ibid.*
——— Apollo Ἀγυιεύς. 3

Janus Cluſius. 3
—— Deus Vius Mercurius. *Ibid.*
—— Junonius. 2
—— Pater. 5
—— Patulcius, Cluſius. 1
—— Primus Deorum. 3
—— προπύλαιος Dionyſus. *Ibid.*
—— πυλάοχος Dionyſus. *Ibid.*
—— Quadrifrons. 4
—— Spiritus volatilis mas. 5
—— viarum Deus. 3
Jaſon heros Chemicus. 57
—— quinque dies noctesque ſodales convivio excipit. 81
—— triplex ejus mater. 57
Igne obruti infantes ad excoquendam mortalitatem. 257
Ignes Sacri αὐτόματοι. 235
Igni & aqua interdictum exulibus. 181
Ignis Ætnæus
—— arcanus. 254
—— auricolor. 188
—— & aqua principia rerum. 181
—— —— varie adhibita. 88
—— ex aqua exiliit in altum. *Ibid.*
—— in aqua latens. *Ibid.*
—— initium & terminus rerum. 88, 89
—— mortalitatis purgator. 164, 257
—— natura κυκλοφορητική. 188
—— Νεῖκος οὐλόμενον Empedocli. 89
—— perpetuus in templo Veneris Erycinæ. 52
—— —— Panos. 55, 198
—— —— Veſtæ. 51
—— Primum mobile. 88
—— πρωτόγονος. *Ibid.*
—— purgat omnia, & Metallis vitium excoquit. 181
—— ſpiritus penetrans, volatilis, ſecuris Vulcani, Enſis Herculis, &c. 184
Ignium varia natura. 154
Iiſa, qua, ſc. via, parte. 78
Ima vallis. 143
Imberbes Marti adamati. 70
Immortalitas Oro, Achilli, Triptolemo igne obruendo quæſita. 164, 257
Incrementi corporum cauſa. 76
Infantes olim in vanno depoſiti. 190
Inimicitia inter mundi principia. 140
Initia olim nocturna. 4
Inſcriptio marmoris Sixiani, & alior. 307
Intaphernis uxoris factum. 36
Jovi aræ celſiſſimæ poſitæ. 47
—— montes altiſſimi ſacri. *Ibid.*
Jovis barba. *Ibid.*
—— caput & oculi. 192
—— color rubens. 47
—— epulum in Æthiopia. 67
—— & Rheæ concubitus Chemicus. 212
—— pedes juncti & concreti ab Iſide diſſecti. 165
—— quadrigæ miniatæ. 47
—— triſulcum fulmen, tres ſpir volatiles. 46
Irene Epiſcopi cujuſdam concubina. 132

Iſidis

Iſidis etymon. 68
——— expoſitio Phyſico-Chemica. 213
——— feſtum vernum. 165
——— vannus. 190
Iſis capillos ancillar. reginæ Æg. ſuavi odore imbuit. 69
——— capillata. 70
——— filia Mercurii. 205
——— Luna. 75
——— Omnia. 194
——— Promethei filia, uxor Dionyſi. 213
——— Pyrrha. 205
Judicia adoleſcentiæ criticis animadverſionibus formanda ſunt. 16
Juno Aër. 3, 132
——— Ἀκρία. 172
——— Αἰγοφάγος. 69
——— Aperta. 3
——— Caprotina. 69
——— Curitis. 192
——— Diana προπυλαία, προθυραία. 4
——— Jana. 2
——— Iſis μυριόμορφος, & μυριώνυμος. 194
——— Kalendaris. 2
——— Κλειδοῦχος κόσμου. 3
——— Libitina Venus. 4
——— Lucina. Ibid.
——— Minerva πυλαῖτις. Ib.
——— Panda. 2
——— Patulcia. 1
——— portarum Dea. 2
——— portas aperit. 3
——— τελεία. 4
——— terra Philoſoph. 44
——— θύρας virginales aperit. 3
Junonis Currus. 192
Jupiter à capra educatus. 67
——— Æſculapius. 47
——— Ætherius Phyſicis ignis. 190
——— anima mundi. 47
——— barbatus. Ibid.
——— Cenæus. 49
——— ὑποδώτης. 277
——— Εὔδενδρος. 85
——— igneus. 47
——— immutabilis. 192
——— in Chemica ætherius maſculus ſpiritus. 47
——— Juſtitiæ pater. 48
——— Lycæus. 164
——— Μανδραγόρας. 296
——— medium operis. 46
——— medius inter Herc. & Apollinem, inter Minervam & Junonem. Ibid.
——— oculi imagine expreſſus. 193
——— Olympius, Idæus, ἀκραῖος, ἐπάκριος, καρχιός. 47
——— Pater Juſtitiæ. 48
——— Φυτάλμιος. 85, 128
——— Phyxius. 183
——— Sol, Mars, &c. 163
——— Spiritus ætherius, purus, immortalis. 162
——— Vinculum Herculis & Apollinis. 48
Juſtitia filia Jovis. Ibid.
——— ternarius ſacer. Ibid.
Juvencularum aquæ cur dulces & ſalubres? 90
——— odor natura bonus, & ſuavis. 96
Juventas & Terminus Jovi cedere noluerunt. in Capitolio inaugur. 4
Juvenum illecebræ in feminis 92, 93
Jynx Theocriti. 196

## K.

KAlendæ in tutela Junonis. 2
Καλλιπλόκαμος epitheton Dear. 64, 69
Κῆπος de virginali. 86

## L.

LAc & vinum bibitum in Palilibus. 181
—— in Chemia quid? 49, 207, 208
—— Latonæ. 143
Lacerta amoris elegantiarum minime capax. 287
—— animal meticuloſum. 289
—— ἑξαμηνόβιος. 276
—— in Veneficiis, ſeu Philtris. *Ibid.*
—— ſymbolum anni renovationis. 299
Lacertæ nulla memoria, ideoque ea ſymbolum oblivionis. 275
Lacte educatus Triptolemus à Cerere. 207
—— & melle Jupiter μελίσσαιος. *Ibid.*
—— factum Jovi, Sylvano, Manibus. *Ibid.*
—— libatum Iſidi, Oſiridi, Pani, Muſis, Nymphis. *Ibid.*
—— Pali, & Cybellæ. 208
Lacus ante templa ſymbolum aquæ principii rer. 201
—— de femina. 81
—— in cujus medio ara. 142
—— in imis vallibus. *Ibid.*
Lancea Mercurii Philoſ. 184
Lapides molares Ætnæ. 255
—— poſt tergum jacti. 186
Lapidis Philoſoph. generatio. 89, 189
Lapis Philoſoph. Bar Chumi, filius ignis. 165
Latona εὐπλόκαμος. 69
—— κουροτρόφος. 74
—— terra Philoſophica. 141
Latonæ fabula explicata. 142
—— puerperium. 141, 142
Lauru & olea fores novorum conjugum olim redimitæ. 50
Laus eo major, quo præſtantior victus. 102
Lebes Herculis. 43
Leo imago Solis. 297
Leones Cupidini ſubditi. 269
—— ignei ſpiritus. 191
—— Junonis & Cybelles. *Ibid.*
Leonum vigilantia. 279
Leuce inſula Chemica. 258
Leucophrys inſula Chemica. *Ib.*
Libationes in ſacris unde. 207
—— veterum. 308
Libellus ſupplex pro Anglo Captivo. 225
Liberi cura dolorque patri. 84
—— lumina, & oculi. 83
Liberis nobis nil dulcius. *Ibid.*
Liberti ad ſacra Herculis non admiſſi. 42
Licia Magica. 186
Limi, ſeu luti Chemici, enarratio. 255
Limus Acheloi, Cephiſi, Nili. 56, 183
—— Philoſoph. 177, 183, 186
Linum in Chemicis quid? 207
Linigeri Iſiaci. *Ibid.*

Locus

Locus communis, de morte, ſive Orco. 308
Lucere quid ſit? 141
Lucernæ veſtræ ardent in Prytaneis. 198
Lucifer albus. 97
Lucis eſſentia unde? 141
——— deſcriptio. 150
Lumen omne rotundum. 250
Lumina de liberis. 83
Luna alit corpora humectando. 75
——— argentea, candida. 97
——— aurea. 98
——— calvos amat. 70
——— Χρυσάρματος. 98
——— coërcet ſpiritus acres corroſivos. 203
——— corporibus proceritatem conciliat. 72
——— Εὐπλόκαμοι. 69
——— Iſis. 75
——— Τυχή. *Ibid*
——— Luna undarum Dea. 77
Lunæ Scapha. 43
Lupus Chemicus. 162
——— inſigne armor. Macedonis fil. Oſiridis. 163
——— in tutela Solis & Martis. *Ibid.*
Luſtra quinquennalia. 11
Luſtrationes veterum per aquam & ignem. 180
Lutum continet multum Acidi. 256
Lux color ignis. 98, 140
——— fons ſalubritatis. 95
——— Omnia. 141
——— rebus omnibus incrementum dat. 138
Λυκάβαντες, anni. 163
Lycæus mons Pani ſacer. 164
——— Juppiter, Apollo. *Ibid.*
Lycaon, Sulphur impurum. 162
Lychnis in capite Junonis carbunculus Molochi, Seniſque, Baſiliani 197
——— noctu tantum lucens. *Ibid.*
Λυχνοκαΐης feſtum Minerv. Saïtidis. 48
Lycia Chimeriſera. 142
Lycus inſidiatus noctu Triptolemo, ut Lycaon Jovi. 163,
Lyra Mercurii inventum, donata Apollini. 51

M.

Magia Chemica. 185, 187
Magiæ partes divinatio & Medicina. 52
Magnes Chemicorum. 250
Maja καλλιπλόκαμος. 69
Mali aurei Eridis fabula Chemica. 256
Mandragoræ vis ſoporifera. 295, 296
——— oblivionis ſymbolum. 297
Μανδραγόρας Jupiter, μανδραγορῖτις Venus. 296
Mare Philoſoph. 166, 211
——— Philoſophicum Herculis. 43
——— proles & excrementum ignis ſalini. 189
Mari humiles aræ exſtructæ. 47
Maris color cæruleus, purpureus. 100
——— & feminæ mutua appetentia unde? 90
Mars in Chemia quid? 70
——— amat imberbes. *Ibid.*
Materia nulla æterna. 138
Matrimonia caute & cum conſi-

lio ineunda. 269
Medicina, Divinatio, Magia olim conjunctæ. 52
Meduſæ fab. Chemica. 195, 259
Meduſa *καλλιπλόκαμος*. 69
Melas fl. nigras efficit oves Phil. 183
Melle & lacte educatus Jupiter. 207
—— factum Manibus, & Pani. *Ibid.*
—— libatum Mercurio. *Ibid.* 208
Menſis Philoſ. 47
—— ſeptimique noni, in lap. Ph. conf. explicatio. 202
Menſes magni Virgiliani in Chemia. 46
Mercurii Antimonii emundatio per additum Alcali 249
Mercurii attributa. 51
—— Crater aureus. 43
—— etymon. 51
—— fanum. 171
—— Harpe & Lancea 184
Mercurio pedes ſacri. 5
Mercurius à Jove ad Deucalionem miſſus, ſol alatus Baſilii Val. 183
—— *ἀνδρόγυνος* aër intermedius, Anubis, horizon. 205
—— *Χρυσοβέλεμνος* *Ibid.*
—— Communis Deus, *ἀρσενόθηλυς*. 51
—— in hircum mutatus. 67
—— in Tricrenis à Nymphis lotus. 210
—— Junonis lac ſuxit. 50
—— *μεσίτης*. 99
—— *μεσίτης*, horizon, copula, &c. 51
—— quarto die menſis natus. *Ibid.*
—— *Τετράγωνος, θεὸς & ὕλη*, &c. *Ibid.*
Meſtra à Neptuno vim paſſa. 7
—— Dea Syria. 8
—— inſtar Protei, multiformis. 7
—— *Πουλύμορφος*. 6
—— Thetis, Alcali. 7
Minerva *Ἀθήνη*. 49
—— Minerva auxiliatrix Promethei in auferendo igne cæleſti. 182
—— *Ἀχαία*. 172
—— barbata Venus. 199
—— Beliſama. *Ibid.*
—— Coryphaſia. 48
—— *Χαλινῖτις*. 194
—— Deus Lunus. 199
—— Hygia. 72
—— Jaſonia. *Ibid.*
—— *Ἱππεία, Ἱππηλάτις*. 130
—— Memor. 71
—— Montium cacumina amat. 48
—— numen montium. 172
—— oculos habet tricolores. 194
—— peplum Herculi donat. 50
—— Pœonia, Medica, Hygia, *ὀξυδερκὴς, ἀρσενόθηλυς, χιτοκάνθαρ@*, Virgo, Amazon, *Αἰθὴρ*. 48, 72
—— punctum ſupremum in Trigono Pyth. 49
—— puriſſimus ignis æther. 48
—— *Σεληναία*, an *Ἀνναία*, an *Δηναία*, an *Συλλανία*? 72
—— Ternarius. 48
—— Triangulum, Tritogeneia, tricolori veſte induta. *Ib.*
—— *πτωλεπόλ@*. 210

Miner-

Minerva Vulcano adamata. 48
Minervæ & Neptuni contentio de tutela Athenarum. 129
—— Harpe & gladius. 184
—— olea. 130
—— Saïtidis enarratio. 212
—— Saïtidis feſtum λυχνοκαίας. 48
—— Sale & oleo Lucernæ impletæ. *Ibid.*
Mithra Sol. 299
Mithradates, Mithri Adad, magnus Dominus. 68
Mobile perpetuum in mundo Chemico. 254
Montanum numen. 142
Montes in Chemicis. 130, 166
—— Pani & Nymphis adamati: 56
—— ſacri Cybelæ, Jovi, Apollini, Æſculapio. 167
Montium cacumina Jovi ſacra. 47
—— Numina. 172
Morbus femineus Scytharum. 319
Mors in Chemicis. 162
—— purpurea. 100
Mortalitas igne exurenda in Achille, Triptolemo, aliiſque. 257
Motus cauſa vitæ. 182
—— cauſa ſtrepitus, aut ſoni. 245
Moyſes Oſarſiph. 68
Mundi quinque partes Ariſtoteli. 13
—— deflagratio Philoſ. 178
—— generationis explicatio. 89
Mundus creatus 1 die Martii. 175
—— ex Nihilo. 140
—— omnia. 174, 54
—— vel unus, vel quinque ex ſententia Platonis. 13
Μυριόμορφος Juno. 194
Μυριώνυμος Iſis, Juno. *Ibid.*
—— Thetis. 255
μύρτος, μυρσίνη, Venerea. 211
Myrtus cur Veneri ſacra. 211
Muſca non tam ſanguinem quam formam delibare cupit. 287
Muſæ alatæ. 130
—— cultores ſuos ſtabiles reddunt, & eximios. 56
—— numina montium. 172
—— tripudiis gaudent. 56
Mythologia Veterum tota Chemica. 40


N.


NAjades Spir. Alcalici volatiles. 56
Naïdes aquarum præſides virtutes. 87
Natura in quatuor locos diviſa eſt. 4
—— mutatur in mare & femina. *Ibid.*
—— Inviſibilis. *Ibid.*
—— Mercurio aſſimilatur. *Ibid.*
—— ſpiritus volatilis. 5
—— una, vera, ſimplex, integra. 4
Navigium Chemicis, 171
—— Jovis Hammonis, Solis Ori, Iſidis, Jaſonis, Cadmi, Herculis, Saturni. *Ibid.*
Nautæ ſalaciſſimi. 86
Neceſſitatis hieroglyphicum Nodus. 251
Nemeſis fortuna. 310
—— καλλίκωμος. 69
—— piſcis. 203
Nephthys, Venus, Victoria,


Finis.

Finis. 205, 206
Neptuni equi ſpiritus Alcalici volatiles. 127
—— flagellum. 100
—— tridens. 99
Neptunus, Alcali volatile. 98
—— Equeſter. 128
—— in equum mutatus. 129
—— Ἵππιος. 128
—— Mercurius. 99
—— μυκηταὶς πυῦρος, πυώ-
ρειος 208, 209
—— φυλάλμιος. 128, 85
—— primus oraculum Delphicum tenuit. 172
Nigra favilla in ara Latonæ. 142
Nigredo in Chemicis quid? 208
Nilus multum limum devehit. 183
Nocte geniti V Dii ex Rhea. 198
Noctu Lycaon inſidiatus Jovi. 163
—— Lycus Triptolemo. 164
Nocturna olim orgia & initia. 4
—— Sacra Bacchi. 198
—— & Panos. *Ibid.*
—— & Rheæ. *Ibid.*
Nodus triplex liciorum in ſacris Magicis. 186
Nodo ſignificata Neceſſitas ab Æg. 251
Nomina Jovi & Neptuno communia 191
Novæ nuptæ unde Nymphæ dictæ? 87
—— aqua viva pedes abluebant. *Ibid.*
Novem capitum Hydra Lernæa. 45
Novenarii numeri in Chemia vis. 45, 171, 174.
Novenarius numerus ὁμόνοια, ſeu concordia dictus. 174
Novies Glaucus abluere caput juſſus. *Ibid.*
—— infuſa manibus libami-
na. 171
—— dictum, Hæc ego mitto, &c. *Ibid.*
Nono anno Achilles miſſus ad Lycomedem. 46, 171
—— Aprilis factum Cereri. 171
—— Chiron a vulnere in ſidera relatus *Ibid.*
—— die Deucalion ad montem Athon appulit. 170
—— die Deucalion ad Parnaſſum appulit. 46, 171
—— peſtis ab Achille ſedata. 45, 171
—— primi menſis Ægyptii piſces aſſatos edere ſoliti. 45
Nox diem præceſſit. 137
—— in opere Chemico 162
—— ἱερὸν ὑδδρυῆς ἄγαλμα. 285
Nubes portæ cæli. 3
Nubila, ſulphur impurum. 178
Nudipedalia ſacra. 186
Nudipes ſenex Baſilianus. 197
Numina montium. 172
Nymphæ, aquarum præſides virtutes. 171
—— comites Panos. 55
—— dictæ novæ nuptæ. 87
Nympharum capilli rorantes. 177

O.

OBlivio, ἀμνηστία 144
—— ſomni comes. 267
Oceanus rerum pater. 82
Oculi blande lucentes. 154
—— cur doleant in invidia, & in-

& indignatione, &c. 153
——— de liberis. 83
——— faſcinantes, urentes. 154
——— ignei Panos. 194
——— imagine Oſiris expreſſus 193
——— in Chemicis. 193
——— Jovis ignei. 192
——— læduntur a ſplendidis. 153
——— Minervæ ſacri. 193
——— Ori Sol & Luna. Ibid.
——— tricolores. 194
Oculus Ephialtæ ab Apolline lævus, dexter ab Hercule. 193
——— Meduſæ & ſororibus a Perſeo. 195
——— unus tribus Gorgon. Ib.
——— Oro ereptus a Typhone. 193
——— Orioni ab Oenopione. Ibid.
——— Polyphemo ab Vlyſſe. Ibid.
Oculorum partes expoſitæ. 148
Odor ſuavis in Chemicis ſymbolum puritatis. 69, 188
Oechaliæ etymon. 45
Οἶμος ὀσειλοκῶμν. 308
Olea ab Oſiride inventa. 49
——— Jovi ſacra. Ibid.
——— & Lauru redimitæ fores olim novorum conjugum. 50
——— Minervæ pinguedo terræ. 49
——— ſymbolum Pacis. Ibid.
Oleagina corona Ath. foribus appoſita nato filio. Ibid.
——— virga in apice flaminis, Dialis. Ibid.
——— Corona uſi triumphi auctores abſentes. Ibid.
Oleaginus ramus in diluvio Philoſ. Ibid.
——— Τέννος. Ibid.
Oleaſtro coronati victores Olympior. Ibid.
——— aræ Eleorum veſtitæ. Ibid.
Oleum fixum, in combuſtibile Phil. 48
——— infuſum ſacris Plutoniis. 49
——— tranquillat mare. Ibid.
Oleo & lacte factum Nymphis. 207
——— & vino Manibus. Ibid.
——— & melle inferiæ Manibus datæ. Ibid.
——— & ſale impletæ Lucernæ Minervæ Saitidis. 48
Olympiorum quinque dies. 11
O, magnus Ægypt. 67
Omanus Sol, magnus Dominus. 68
Omina mala in ſacris evitata. 185
Omitres, magnus Dominus. 68
Omnia, Aër, Amor. 89, 49, 51, 54
——— ex Natura proveniunt. 4
——— in quaternario. 54
Opus in Chemia.
Ὀπυίεν πολεῖν dicuntur meretrices. 86
Oraculi Delphici hiſtoria. 172
Orationis vitia nonnulla demonſtrata. 19, & ſeqq.
Orgia olim nocturna. 4
Orgiorum gentilium origo 180
Orientem adſpiciebant oraturi. Ibid.

Orionis ſabula Chemica. 193
Orus filius Deucalionis, Dionyſi. 213
——— Jupiter, Achilles, Triptolemus
Ori utriuſque enarratio Chemica. 206, 213
——— mortalitas igne excocta. 257
Oſarſiph Moyſes unde? 68
Oſcilla in purgatione aëria. 180
Oſculo ſignificatus Amor ab Ægyptiis. 251
Oſculum aprugnum. 289
——— terræ datum a Cadmo. 253
Oſiris Deucalion. 205
——— Chemice expoſita fabula. *Ibid.* 206, 212
——— in expedit. Æthiop. comam alit. 67
——— Mundus Lunaris. 75
——— oculi imagine expreſſus. 193
——— Pluto, Serapis, Bacc. 208
——— Solis filius. 205
Oſiridis etymon. 67
——— expeditio in Æthiopiam. *Ibid.*
——— expoſitio. 212
——— membrum Chemicum. 213
——— fabula à Typhone diſcerpti. 86
Oſſa temeſa Cerberi. 44
——— terræ Deucalionis. 186
Oves, Philoſophicæ. 177, 181, 183
Ovidii innoxius candor. 58
Ovidio quid deſit? 17

P.

PAlilium expoſitio. 180
Palumbes, & columbæ in Veneris tutela. 599
——— ſalaces. 600
Pan filius Mercur. in hircum mutati & Penelopes. 677
——— ignis ſymbolum. 555
——— igne perpetuo cultus. *Ibid.*
——— Lucidus. 555
Pan Mendes Ægypt. hircus. 677
Panes & Satyri cur primi ſenſerint Oſirin in mare abjectum? 245
Panos attributa explicata. 555, 566
——— Nymphæ comites. 555
——— ignis perpetuus. 598
——— ſacra nocturna, *Ibid.*
Panacea filia Æſculapii. 533
——— herba Herculis donum. *Ibid.*
Pandarei filiæ proceritate donatæ a Diana. 92
Pandoræ calyptra. 186
——— aurea corona & ſertum diverſicolor. *Ibid.*
Panis de re Venerea. 811
Panis furtivus jucundus. *Ibid.*
Pantheæ imagines Veterum. 303
Papaver Cereri, Concordiæ, Victoriæ, Lunæ, Proſerpinæ, Veneri, Spei, Cybelæ, & Mithræ tributum. 272, 273, 274
——— Cupidinine conveniat. 289
——— inter flores laudatiſſimos. *Ibid.*
——— Veneri dicatum. 290
——— pani inſperſum. 272
——— θυλακῖτις. 273
——— Soporiferum. 270
——— Veſcum. 272

Papa-

Papavere ſparſa verba. 273
Parnaſſi etymon, & expoſitio. 167
Paſſienus ab Oſco turpiter irriſus. 58
Pater filium devorans. 198
Patulcia. 1
Patuleis. 2
Pax cunctis, formula Epiſcopalis. 132
Pax tecum, formula antiquiſſ. ſalutandi. 131
Pedes Dianæ & Mercurio dedicati. 5
——— fixi, & ſoluti Jovis. 165
——— Gigantum ſerpentini. *Ibid.*
——— Jovis concreti. Gigantum ſerpentini. *Ibid.*
Pediculi ſpirituum corrodentium ſymbolum. 207
Pegaſus alatus, auctor fontis Hippocrenes. 130
——— Chemicus. 259
Pelei fabula Chemica. 254
Pelius mons. 128
Pellibus induti Sacerdotes Herculis. 42
Penates Dii Romanor. 13
Penetrale templi Hierapol. Solium Plutonis. 189.
——— in Veterum templis myſticum. *Ibid.*
Πένταθλα. 11
Πενταέτηρον πῶλος in luſtrali bove. *Ibid.*
Pentagonum Schema Hygiæ. 9
——— Schema Platonis. *Ibid.*
Πεντακομίαι. 7
Πεντάμορφος Meſtra. 6
Πεντάπλοος calix ephebotum in Oſchophoriis præmium. 14
Πέντε in compoſit. auget. 7
Πενταχορώνη Hecuba. *Ibid.*
Πεντεπενιχρός. *Ibid.*
Peplum Minervæ Herculi donatum. 50, 200
Perdices libidinoſæ. 61
Petronii Cardinalis dictum. 54
Perſei fabula Chemice expoſita. 158
Pes nudus in ſacris. 186
Petoſiridis etymon. 69
Petronii carmen de bello Civili breviter expenſum. 34
——— cum Virgilio collatio. 14
Phaëthontis fab. Chemica. 181
Phamenothi menſis novilunio feſtum ingreſſus Oſiridis in Lunam celebratum. 202
——— Πυρὸ, ſeu λαμπὰς feſtum illud apell. *Ibid.*
Pharao Sultanus, ſeu Dominus magnus. 68
Phareis, Domina ſenior. *Ibid.*
Pharmar, Dominus Dominorum. *Ibid.*
Pharmuti, Dominus mortis. *Ibid.*
Pharnace Domina noctis. *Ibid.*
Phaſſienus, pathicus. 60
Φάττα ἀντὶ περιστερᾶς Adag. *Ibid.*
Philyra Oceanitis. 128
Phocis, unde ſic dicta? 165
Phœbus intonſus, 65, 66
Phœbus, ſulphur. 99
Phœnix educator Achillis, & avus Andromedæ. 259
——— Cadmus. 252
Pholus i. ſpiritus impetuoſus. 45
φωτία de liberis. 83
Piloſi, dæmones. 66
Piloſitas ſymbolum caloris. 67
Pinarii & Potitii Sacerdotes Herculis, Eorum etymon. 42

Pindari

Pindari delectus verborum 121 & ſeqq.
Pinus adhibita in purgatione animar. aëria. 180
—— nautica. 177
Πῖος πεντάι τηέρν. 11
Piſces ſpiritus alcalici volatiles. 203
Piſcis Iſidis. *Ibid.*
Piſcibus abſtinebant Syri & Æg. Sacerdotes. *Ibid.*
Planta quid in Chemia. 245
Pluto, Alcali fixum. 98,99
—— terra Philoſ. *Ibid.*
—— vincitur ab Hercule. *Ibid.*
Putoni factum tauro nigro. 45
Plutonis baculus. 98
Pocula Acheloïa. 56
—— natantia in conviviis veterum. 43
Poculum aureum Mercurii. *Ibid.*
—— Herculis Chemicum. *Ibid.* 171, 259
—— Solis, & Heroum. *Ibid.*
Polydeuces altor Perſei. 259
Polymele mater Jaſonis. 57
Poma aurea. *Vide* mala.
—— Symbolum deliciar. Venerear. 86
Pomaria in tutela Priapi. *Ibid.*
Potitii & Pinarii Sacerd. Herculis. 42
Praxitelis in effingenda Diana ſollertia. 74
Precum initium a Jano & Veſta. 4
Priapus Pan. *Vide.*
—— Typhon. 211
Principia quinque apud Ægypt. 11
Proceritas feminei corporis magnum decus. 73
—— Dianæ donum. 72
Proceritatis cauſa. 75
Prometheus ἡ προ̃νοια, ſeu λόγος πάντα κοσμῶν. 182
—— auxilio Minervæ ignem e cælo ſuſtulit. *Ibid.*
Proſerpina, a proſerpendo. 5
Proſerpina ἐρατοπλόκαμος. 65
Proſerpinæ imagines ad aquarum fontes excitari ſolitæ. 87
Protogenia filia Deucalionis. 170
Πρωτόγονος, Amor, Aër. 135
Prytanea lucernis inſtructa in veſtibulo. 198
Prytanum officium apud Græcos. 305
Puerilium ſententiarum exempla. 115
Pylos, porta nativitatis. 95
Pyramides Soli ſacræ. Deorum imagines pyramidales 21
Pythagoræ quinquennale ſilentium. 1
—— aureum femur.
Pythagoricum trigonum. 4
Pythius agon x curruum. 5
Pyrathea ſepta. 190
Purgatio animarum triplex Philoſ. 186
Purpurea mors. 100
Pyrrha Iſis, Luna, Proſerpina 162, 20
—— Deucalionis. Item Achilles. 17
Pyrrhæ etymon. 17
Pyrrhi Neoptolemi fabula Chemice explicata. 25
Puteus, de femina. 8
Pythagoras & Homerus ſoli Græcor. ab Æg. Lap. Philoſ. conficiendi artem didicere. 20
—— femur aureum. *Ibid.*
Putreſcentia fœtent. 9

Q. Qu

## Q.

QUadrati redduntur homines à Muſis. 56
Quadratura circuli. 54
Quadrangularis figura Veneris, Rheæ, Veſtæ, Cereris, Junonis & Mercurii. 210
Quantum pro quemadmodum. 158
Qua pro qua parte, qua via. 78
Quarto die menſis natus Mercurius. 51
Quaternarii numeri expoſitio. 54
Quaternarius Mercurio ſacer. *Ib.*
—— Omnia complectitur. *Ib.*
—— olim Mundus dictus. *Ibid.*
Quatuor dii, genii naſcentium. 251
—— facies Jani. 4
—— flumina è ſolio Sulphurio Plutonis emanantia. 195
—— qualitates in rebus omnibus. 4
—— Solis equi. *Ibid.*
Quercus in Chemia, quid? 252
—— Jovi, Junoni, & Rheæ ſacræ. *Ibid.*
Quies cauſa ſilentii. 245
—— propria mortuorum. 182
Quinarius animæ & corpori tributus. 9
—— Divinus. 8
—— γάμος. *Ibid.*
—— in cubo ternario ſemper medius inter numeros denarium conficientes. 174
—— in Muſica. 10
—— in ſacris Gentil. & Chriſt. *Ibid.*
—— numerus Alcali proprius. 8
—— Themidi ſacer. 173
—— Τεσφὸς Pythagor. 8
Quinquatrus Minervæ Capitæ. 11
Quinque ad cælum adſcendunt. 13
—— animæ partes. 9
—— anni init. Eleuſiniæ. 10
—— de cælo cadunt. 13
—— dier. & noct. Convivium Jaſonis. 11
—— dierum feſtum Sacea. *Ibid.*
—— Dies Olympiorum. *Ibid.*
—— digiti. 9
—— Dii conjugales Græcor. 12
—— Dii Medici in quinta parte Aræ Amphiarai. *Ibid.*
—— Dii Penates Romanor. 13
—— Dii totidem diebus è Rhea Saturno geniti. 11, 204
—— Ephori & Bidiæi Laced. 12
—— facibus novæ nuptæ præluceri ſolitum. *Ibid.*
—— genera fulminum. 13
—— ignes Baſilii Valentini. *Ibid.*
—— inteſtina in corpore. 9
—— Mundi, vel unus Platoni. 13
—— —— partes Ariſtoteli. *Ibid.*
—— operis Philoſ. elementa. 8
—— partes Aræ Amphiarai. 12
—— partes initiationis Chriſtian. 10
—— partes initationis Eleuſiniæ

finiæ. *Ibid.*
Quinqueplicæ in Clypeo Achillis. 8
—— rerum principia apud Ægypt. 11
—— Senſus. 8
—— Sparti Cadmo in condendis Thebis e pugna relicti ſocii. 13
—— tantum vocales Græcor. 10
—— viventium genera. 9
—— Zonæ cæleſtes. 8
Quinquennale Pythagor. ſilentium. 10
Quinquennales agones. 11
—— luſtra civitatum. *Ibid.*
Quinquennis Apidis Æg. vita. 12
—— bos & ſus in luſtr. 11
Quinta die Animalia creata. 9
—— die luſtrati infantes recens nati. 12
—— die natus Orcus & Eumenides. 11
—— Eſſentia Ariſtoteli Entelechia. 251
Quintuplex vocis intenſio vel remiſſio. 10
—— modulatio vocis. *Ibid.*

R.

RAdii lunares circum caput Junonis. 195
—— vis ſubtiliſſ. penetrans in Chem. *Ibid.*
Ramus aureus quid? 99
Raphaël Gnoſticorum ſerpentiformi vultu. 253
Ratis in Chemia. 171
Reguli ſtellati deſcriptio. 244
Rhea e Saturno quinque Deos peperit 204
—— cum Mercurio concubuit. 204, 205.
Rheæ maritus Sol. 205
—— ſacra Nocturna. 198
Rhœo mater Jaſonis. 57
Rondellii Expoſitio ſigni veteris Tolliani. 281
Rota Solis. 182
Rotundæ Thebæ, & olim naves. 41
Rubedo Chemica. 208
Rubeus Deorum color. 47

S.

SAcca feſtum. *Vide* dierum.
Sagittæ Apoll. Philoſoph. 184
—— Phœbi, ſpiritus acidi volatiles. 98
Σαλάμ Syrorum ſalutatio. 131
Sal concoctionem adjuvat. 85
Sale & oleo impletæ lucernæ Minervæ Saïtidis. 48
Salemnalite, Turcarum ſalut. formula. 131
Sal facit ad generationem. 85
—— fixum Philoſ. Hercules. 43, 48
—— ovibus & capris delingendum datur ad fœcunditatem. 86
Salii Martis & Herculis, ſpiritus volat. 42
Salve, Have, Vale mortuis dictum. 310, 132
Salus, Hygia, Minerva. 57
—— iu qualitatum & facultatum harmonia conſiſtit. 9
Salutationis antiquiſſ. formula, Pax tecum. 131
Salutis ſchema Pentagonum. 9
Sandyx Philoſoph. 177
Saraph. 68

Sarapidis etymon. 210
Sarapis, Ziara, lumen faciei. 68
Saturni exſecti fabula Chemica. 213
Saturno factum capite aperto. 42
185
Saturnus Ægyptius quatuor oculis & alis inſtructus. 278
——— Chemicorum claudus. 165
——— cultus luminibus accenſis. 42
——— in equum mutatus. 128
——— velato capite. 185
Satyri comati, piloſi. 66
——— Δευκαλίδαι. 170
——— & Sileni comites Panos & Oſiridis. 42
——— Symbola calidor. Spirit. volatilium. 66
Scapha Brizomantis Chemica. 259
——— Lunæ. 43
Sceptrum Plutonis. 195
——— Symbolum imperii & poteſt. *Ibid.*
Sculptorum genus curioſum, & ineptum. 302
Scyphi in ſacris Herculis. 42
Scyros, inſula argilloſa. 171
Scythæ Ἐνάρεες. 319
Scytharum morbus femineus. *Ibid.*
Securis Philoſ. 184
Sedentes Dii. 191
Sedere ſymb. tranquillitatis. *Ib.*
Sedile Vulcani. 190
Sehhirim, Dæmones, piloſi. 66
Semen cæleſte Philoſ. 179
Seminis major copia eſale, & bene digeſto cibo. 85
Semiramidis etymon.
——— fabula Chemica. 199
Senecæ cum Sophocle comparatio. 108
——— in Herc. Cetæo vitia. 113, 114
Senectus demit feminis gratiam. 94
Septa Pyrathea. 190
Septem calamorum fiſtula Panos. 55
——— dierum fuga Typhonis. 211
Septies circum templum Solis ducta Vacca. 209
Septimus Achilles filiorum Pelei. 257
Serpentes in Ægide Minervæ. 194
Serta Aræ in medio lacu. 202
——— Pandoræ. *Ibid.*
Sertum diverſicolor Pandoræ. 186
Servi, vel Liberti, ad ſacra Herculis non admiſſi. 42
Servierii, Nobilis Lugdunenſis Galli, Mechanica curioſa. 234
Signi antiqui expoſitio. 365
Silentium mulieris ornatus. 268
——— ubi quies. 245
Simulacra Deorum confuſa, & mixta. 303
Sinus Latonæ. 142
Sirius a Sehhir. 66
——— Sol, Canis, & aſtra reliqua. *Ibid.*
Siſtrum Iſidis, ſtrepitus in conf. lap. Ph. ſymbolum. 201
Sitis Latonæ. 142
Sol ab Ægyptiis ſuper navigium collocatus. 87
——— adoleſcens. 297
——— Ἀργυρότοξος. 98
——— calefacit corpora. 75




Sol

Sol contrahit corpora fervore & ſiccitate. 75
——— cultus Perſis & Medis. 297
——— in corvum, & accipitrem verſus. 301
——— Leo. 297
——— Λυκηγενής. 163
——— Λυκοκτόνος, λυκωρεύς. *Ibid.*
——— maritus Rheæ. 205
——— Mithra. 299
——— oculus circumiens mundi. 194
——— Phœbus, auricomus. 98
——— Phrygibus hyeme dormiens, æſtate vigilans. 297
——— Prometheus. 98, 205
——— Sirius, id eſt, comatus. 66
——— συριχτής. 56
——— τετραβάμοσι ποσὶ χορεύει. 4
——— volucris, & alatus. 298, 300
Solis aureæ quadrigæ. 130
——— ſimulacrum nigrocandidum. 299
——— volucres. 301
Solium Plutonis ignis ſalini ſedes. 189
Somni alæ. 277
——— cornu, & virga. 293
——— Dei caput papaveribus redimitum. 271
——— Domicilium. 293
——— pedes intorti. 295
Somno petita a Dîs Medicina. 52
Somnus an amori conveniat. 285
——— cum Genio confuſus. 292
——— cur dulcis. 270
——— domitor malorum 266
——— & Amor Dæmones ejuſdem generis. 290
——— frater oblivionis. 276
——— in Chemia. 162, 164
——— juvenis & ſenex. 278
——— κελαινοῦ πτερνέφελα. 279
——— Largitor. 261, 277
——— menti Deus utilis ægræ, &c. 266
——— oculorum dulce clauſtrum. 279
——— omnis ætatis ſpecie effictus. 291
——— πανδαμάτωρ, παγκρατής, omnipotens. 278
——— quo ſitu corporis altiſſimus. 270
Soni cauſa motus eſt. 245
Sophoclis & Herodoti loca inter ſe comparata. 36
——— laus. 111
Soror ne fratri, an uxor eadem marito plus debeat? 38
Spiritus calor genitalis. 87
——— Domini ſuper aquas, id eſt, calor fovens. 138
——— Domini ſuper aquas, quid? 87
——— homini cauſa vitæ & morborum. 95
——— mundi. 248
——— Silveſtris, ſeu Gas Helmontii. 245
Spuma Veneris. 211
Stagnum, de muliere impudica. 81
Statuæ cujuſdam monſtroſæ & mirabilis apud Brachmanes deſcriptio. 231
Stella unde in regulis appareat: 245

Stoï-

Stoïcorum de ecpyroſi mundi ſententia. 179
Στρόφαλος Ἑκατικός. 196
Sulphura metallorum continent acidum. 249
Sulphur & tæda in purgat. animarum ignea. 180
Symbola Pytagor. & ſilentium quinquennale, ex arte Chemica. 204
——— veterum ad exercenda ingenia. 267
Symphonia δὶς διὰ πασῶν. 55
Superare laudatos major gloria. 102
Sus quinquennis in luſtrat. 11
Syrinx Panos. 55

T.

TÆda & ſulphur in purgat. ignea. 180
Talaria Mercurii. 205
Tanath, ficus. 85
Taphoſiridis etymon. 69
Tauri tributi Rheæ, Plutoni, Iſidi, Oſiridi, Neptuno, Jovi, Dianæ, Minervæ, &c. 210
——— Jovi & Neptuno communes. 191
——— ignei ſpiritus. *Ibid.*
Tauris albis triumphantes faciebant Jovi. 101, 209
Tauris nigris factum Neptuno. 209
Τελεταὶ veterum unde? 180
Tellus Latona, Theia. 173
——— oraculum Delphicum tenuit. 172
Templa Deorum aperta quondam, & ſine tecto. 187, 238
Templum Deæ Syriæ Hierapolitanum. 187
Templorum aditus ad orientem ſolem verſus. 201
Tenedia ſecuris. 184, 258
Tenebræ an videantur? 152
Τένος quid? 49
Ter Hector circum Trojam raptatus. 258
——— hauſto rubri vini poculo excæcatus Polyphemus. 259
——— repetitæ preces. 180
Ternarius in Chemia. 164, 211
——— Jovi ſacer. 48
——— Minervæ. *Ibid.*
——— Numerus Diis inferis ſacer. 42
——— & Juſtitiæ. 48
——— primus τὰ πάντα. 46
Terna triplici colore licia in ſacris magicis. 186
Terra alba Chemicorum. 258
——— ferax Philoſ. 166
Terræ loca bona, non mala. 4
——— aræ humiles poſitæ. 47
Thartak, Sol, Aſinus Judæis. 196
Teſtudo Symbolum moræ, taciturnitatis, &c. 267
Τετρὰς Mercurio ſacra. 51
Thebani belli hiſtoria Chemica. 40
Thebarum etymon. *Ibid.*
Theja mater Solis & Lunæ, Tellus, Latona. 173
Themis oraculum Delphicum tenuit. 172
——— ſoror Theiæ. *Ibid.*
Themidi ſacer num. quinarius. 173
Theodoti Pritanis mors repentina. 307
Theſei. clava. 184
Thetis Ἀργυρόπεζα. 97
Thetidis fabula Chemice expoſita.

ſita. 255
Θρίαμβος παρὰ τὸ θρίον. 85
Θρίον, nota Hierogl. membri genit. 82
——— Symbolum generationis. 84
Tibiæ & crotala in ſacris Junonis. 201
——— & Rheæ. *Ibid.*
Τομὴ ξύλου, καὶ θέσις λίνου in cerimoniis funebr. Oſiridis 206
Tragœdiæ denſum cæſarie caput. 65
Tranſire, tranſilire lineas. 135
Tres Gorgones. 194
——— Parcæ; Chemice expoſitæ. 195
——— Herculis ſcuto inſertæ ab Heſiodo. *Ibid.*
Triangularis figura dicata Baccho, Diti, & Marti. 210
Τριὰς Juſtitiæ tributa. 99
Triceps Cerberus. 45
——— Mercurius. 210
Tricolores oculi Minervæ. 194
Tricolor veſtis Minervæ. 48
Tricorpor Geryon Chemicus. 259
Tricrenæ, in quibus Mercurius a Nymphis lotus. 210
Tricuſpides ſagittæ Herculis. 184
Tricuſpis telum Neptuni. 175
Tridens Jovi & Neptuno communis. 191
——— Neptuni. 99
Triforme monſtrum Chimæra. 143
Trigonum ad feminal relatum. 303
Trigonum Pythagoricum. 46, 49
Trioditæ Tenis capſa Chemica. 258
Triplex animarum Phil. purgatio. 180
——— monſtrum Chimæra. 194
——— nodus liciorum. 186
Triptolemi fab. explicata. 164
Triſulcum fulmen, tridens, Neptuni, triformis Hecate, tergemina Pallas, triceps Mercurius, triplex genitale Oſiridis, Chemica. 210
Triſulcum Jovis fulmen tres ſpir. volat. 46
Triton μεσίτης. 176
Trium Gorgonum dens & oculus unicus. 259
Troja Chemica. 257
Trojani belli hiſtoria involucrum artis lap. Ph. conficiendi. 204
Tumere, ὀργᾶν. 202
Tumuli acerbi, dubii. 78
Typhon mundus Solaris. 75
——— Priapus. 211
——— deſcribitur. 212, 246
——— ſpuma efferveſcens. 211
Typhonis expoſitio Chemica. 206
Turcarum ſalutandi formula. 131
——— mos in mentione ſanctorum. 132
Turni abjectæ preces. 107
Turritum caput Cybelles, quare. 195

## V.

VAcca Cadmi. 219
——— Trojana. *Ibid.*
——— Minervæ. 209
——— ſepties circum templum Solis ducta. *Ibid.*
Vale, Have, Salve mortuis dictum.

ctum. 310
Vannus Iſidis & Jacchi. 190
Vapor humidus creat omnia. 89
Ubera Latonæ ab Apoll. & Diana exhauſta. 142
——— Junonis ab Hercule. 50
Velatio capitis in ſacris. 42, 185
Velum Minervæ necdum adapertum. 200
Venena ſcriptorum maledicorum. 58
Venter venti Philoſ. 259
Venus Ἀκρία vel Ἀκραία. 172
——— ἀμβολογήρα. 97
——— annum aperit. 5
——— ἀφροδίτη. 211
——— Aſæpiis radiorum ſemicirculus. 303
——— a veniendo. 5
——— barbata. 214
——— Cypriis mas & femina. 303
——— cur Pulcherrima dicta? 83
——— Dea Medica. 12
——— Ἐπιτραγία. 69
——— Fiſica. 12
——— igne perpetuo culta. 52
——— in Chemia quid? 52
——— in compedibus Lacedæmone. 81
——— in piſum mutata. 203
——— Ἱππαδαμεία, & Equeſtris. 130
——— Μανδραγορῖτις, 296
——— Medica. 52
——— μυχαία, γενετυλλὶς, alma, ἀναδυομένη, Cæleſtis, Aſtarte, Parcarum natu maxima, Πρᾶξις πλουτοδότειρα, Aes Philoſ. ignis ſalinus, magnes ſolaris, os ori. 195
——— amatoriis cur præſit. *Ibid.*
——— Nephtys, Victoria, Finis. 205, 206
——— Paphiis meta, vel pyramis. 303
——— Ποντογενής. 86
——— Urania, & πάνδημος. 268
Venerea voluptas ſuaviſſima. 83
——— immodica noxia. *Ibid.*
Veneris enarratio Chemica. 256
——— Curopalates Saturnus. *Ibid.*
——— nominis etymon. 303
——— renes & inguina dicata. 195
Ver in Chemicis. 164
——— ſalubre maxime, & ad gignendum aptiſſ. & opportuniſſimum. 93
Vere feſtum Deæ Syriæ peractum. 201
——— operis Chemici initium. 202
Verborum in oratione delectus. 121, 122
Veretilla pueris de collo ſuſpenſa ad avertendum faſcinum. 85
Vernulæ curiæ, ædituí. 192
Vertices duo Parnaſſi. 167
Veſta terra, in cujus gremio ignis. 50
——— ara in medio templi. 51
——— humiles aræ poſitæ. 47
——— igne perenni culta. 51
——— Iſis, Thetis, Ceres.
Veſtis Apollinis. 200
——— Herculis peplum tricolor Minervæ. *Ibid.*
——— Oſiridis flamm. *Ibid*
——— Pandoræ candida. *Ibid.*
——— Hermionæ in nuptiis peplum Minerv. *Ibid.*

——— Iſidis velum varium. *Ibid.*
Veſtis, Apidis velum nigrum. *Ibid.*
——— Lunæ nigrum. *Ibid.*
——— Chem. ſulphur. 200
——— Minervæ. *Ibid.*
Veſtes diſcinctæ in ſacris. 186
——— in Chemia. 184
Veſtium irroratio in ſacris. 185
Veterum doctrina olim ænigmatica. 40
Vetularum aquæ cur noxiæ? 90
Vetulas Amor refugit? 96
Via debita, via leti. 308
Victoriæ plena laus ab adverſario forti & ſtrenuo. 102
Vini & aquæ temperatura. 55
Vinum & lac bibita in Palilibus 181
——— in ſacris Herculis. 42
——— rubrum in Chemia. 193
Virgilii comparatio cum Homero. 101
——— cum Petronio comparatio. 30
Virgines Rheæ & Veſtæ. 198
——— quatuor primum. *Ibid.*
Virginitas Minervæ, Dianæ, Muſarum. 198
Virginum & Vetularum diſcrimen. 80
Viris ignis ſerior eſt & purior. 97
Viſus expoſitio Phyſica. 146
Vita omnis de natura aëris eſt calida & humida. 89
Vitiorum in oratione exempla 109 & ſeqq.
Vitulus Mercurii. 205
Umbilico tenus comati Satyri. 66
Umbilicus pars media corporis. 67
——— Cereri oblatus e farina cum ſale. *Ibid.*
——— Jovi ſacer. *Ibid.*
Vocales Gr. tantum quinque. 10
——— Α Ε Ι Ο Υ portæ Palatii Cæſarei inſcriptæ. *Ibid.*
Voluptatum definitio Empedoclea. 90
Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἅλλεσθαι. 135
Ὕπνος ἐπιδώτης. 261
ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδειν. Adag. 294
Uriel Gnoſticorum taurino vultu. 210
Vulcanus claudus. 165
——— κανθαρόγυψ. 48
——— Minervæ amore captus. *Ibid.*
Vulcani ſecuris & enſis. 184
Uxoris ejuſdem & ſororis, officia erga maritum & fratrem expenſa. 38

Z.

Ziara, ſplendor. 67

# E R R A T A.

PAg. 1. verſ. penult. *ſi* l. *ſit*. p. 3. v. 6. *ipſa* l. *ipſe*, v. 15. l. ἄνασσα, v. 17. l. *Albrico*, v. 24. l. Ἀγυιᾶ, v. 26. l. *Dionyſum*, v. ult. l. *clauſiſque clave ſua vitæ portis*. p. 5. v. 15. l. Γῶ, v. 17. l. Ἐλθῶ. p. 6. v. 1. l. *ille*. p. 9. v. 3 pro *humorum* l. *elementorum*. p. 10. v. 19. l. *aureis*. p. 11. v. 1. *quinquennales*, v. 3. l. *Capitæ*. p. 13. v. 1. l. *adjuvat & inſtaurat*. p. 14. v. 20. l. ὄχον, v. 21. l. *geſtantibus*. p. 15. v. 26. l. *regeram, nec*. p. 16 v. 14. l. *ita me temere*. p. 20. v. 15. l. *Danai*, v. 17. l. *votivo*. p. 21. v. 16. pro *carere* l. *affluere*. p. 25. v. 1. l. τὸ *minor pro mari*. p. 28 v. 13. pro *ubi nullæ erant* l. *ab impiis proſtratus anguibus*. p. 29. v. 24. pro *ineptus* l. *ſtupidus*. p. 31. v. ult. l. Θέατρον. p. 39. v. 11. l. *ſociæ*. p. 48. v. 11. dele *l.* 2. v. 13. l. σχιδεντα. p. 49. v. 14. l. ἐλάινος. p. 50. v. 8. pro *ac matulis*, l. *ſeu metallis*, v. 21. l. *Junone*, v. 27. l. σύμβωμος, v. 33. l. *Amphiarao*. p. 51. v. 9. l. μισίτης ἀήρ, *circulus*, v. 20. l. συνιςάμ, v. 21. l. συγγένειαν, v. 22. l. ἐπιγσαν, & ἀκρότητας. p. 52. v. 18. l. *ubi*, v. 23. l. *tulit*, v. 1. l. ζῶς, v. 2. Γαω'. p. 55. v. 2. l. πασῶν, v. 5. a fin. l. ὑγροτέραις. p. 56. v. 4. l. συμίκτης. v. 5. l. ἁρμονίαν κόσμοιο, v. 11. l. *radix eſt, ac* ὕλη, *qua*, v. 12. περισσοὺς, v. 17. l. *locum*, v. 18. l. *Ach-eloh, frater Dei*, vel *Ach elak*. p. 57. v. 20. pro *totum* l. *Lupum*, v. 21. l. *Lycabanta*. p. 58. v. 14. l. *Oſco*, v. 18. l. *inſtituto*. p. 59. med. l. *Paſſienum, Phryſſienum, Phaſianum*. p. 60. v. 15. *l. Phaſſienus & Pathicus*. p. 61. v. 5. l. *jemama*, v. 12. *Philes*, v. 24. *cedentis*, &, *tunc*. p. 62. v. 3. l. *notæ libro*, v. 13. l. *quidam*, v. 15. l. *invidioſ.* p. 63. v. 9. l. *at poteſt*, v. 12. *Egredere*. p. 64. v. 12. l *forte fortuna*, v. 19. καλλιπλόκαμον. & Γῶ, v25. Τυρῶνε ὅπατρεια, v. 26. *eminulum*, v. 28. *emendandum*. p. 65. v. 19. pro *non leve argumentum*. l. *non minus certum indicium*. p. 65. v. 6. l. *Hinc*. p. 68. v. 6. l. *Cinyræ*. med. l. *ZiarAb*, vel *Aſ*. p. 69. v. 4 l. *qui Deum*. p. 70. v. 6. a fin. l. *qui capillos feminis defluere negat*. p. 71. v. 2. l. *Æthra*, v. 11. l. *probare facile*, v. 9. a fin. 1. *cui* Ὑγιας. p. 72. med. l. *Minervæ*, & *Evergeta*. p. 74 v. 7. a fin. l. παρειςήγαγον. p. 75. v. 15. pro *tributur*. l. *incrementum aſſignatum*. p. 77. v. 7. l. *horas*, v. 21. l. *Turritæ*. p. 78. v. 13. a fin. l. *qua volucr*. p. 79. v. 8. l. *reponendum videtur*, fretus delubri religione. *Scio ego*. p. 80. v. 17. l. *feſtinatione*. & mox, *quum veniſſent*, v. 4. a fin. l. *inprimis*, & v. 3. *quo*. p. 81. v. 8. a fin. l. *obturare*. p. 84. v. *pro quo Caſaub*. &c. tranſponendus in locum verſus, *Aut ovis eſt &c.* & hic ſubjiciendus poſt verſum Ἤ οἶς, ἠδὲ λύκος, &c. v. 7. a fin. l. *vegetum*. p. 85. v. ult. l. γενέτειρα πάντων. p. 86. v. 7. l. *cultoribus perdere*, v. penult. l. *membrum in flumen abjeciſſe: id eſt, ut Plutarchus interpretatur*. p. 89. v. 7. l. *ob glutin*. v. 9. πήγνυσι. *in ficu vero multus humor. Humor autem, ſive omnis aqua* ἰχὼ &c. p. 91. v. 1. l. *qui quamprimum*, v. 13. a fin. l. *tacite*. p. 92. v. 11. l. *amorem*, v. 12. l. *Formæ*, v. 8. a fin. l. *faſtidioſus*, v. 6. l. *Quintia*. p. 93. v. 1. l. *ſuavi*. p. 94. v. 14. l. *miracula*. p. 95. v. 5. dele *ac putant*, v. 18. l. *efficit*. v. 8. a fin. l. *differta*. p. 96. v. 10 l. *ſuaveolenti odore*. v. 12. *natura*. p. 97. v. 17. pro λήκουρόν. l. λήψεται γυναῖκα ἐρῆμα πλουσίαν, πιςικὴν, καὶ οἰκουρὸν, v. ult. l. appellent. p. 98. v. 1. l. *Phœbe*, v. 5. l. *tribuat*. p. 99. v. ult. l. *Acidi ſcil*. p. 100. v. 16. l. *cum illa*, v. 17. *mare*, v. 18. *repræſentant*, v. 4. a fin. l. *cælum eſt*. p. 101. v. 10. dele *ad exagitandum*. p. 102. v. 19. l. *materie*. v. 22. l. *Homerici conferantur*. p. 103. v. 11. a fin. l. *nihilominus*, v. 6. a fin. l. *obtingat*. p. 104. v. 12. l. *vulnere percuſſus*. p. 108. v. 3. à fin. l. *meum*. p. 109. v. 9. l. *animique*. v. 15. l. *Sophoclem*. & *Deianiræ* ζῆλος, v. 8. a fin. l. *magno*. p. 110. v. 14. l. λόγον κακὸν. p. 111. v. 3. l. *inſulſe*. p. 112. v. 8. l. *precor*. v. 15. a fin. l. *urſa*. p. 113. v. 13. l. *miſer elangues*. v. 9. a fin. l. *grandiores*. p. 115. v. 5. a fin. l. *poſſum*, v. ult. l. *deſicit*. p. 116. v. 4. a fin. l. Φαντασία. p. 118. v. 8. l. *& in illa*, v. 16. l. *Hæc prima Hylli*. p. 119. v. 11. a fin. dele *cujus*, v. 10. l. *cujus truncus*, & dele *non*, v. 5. a fin. l. ille *Stoicus, complexus aras tremeb*. p. 120. v. 11. l. *pellis*. v. 10. a fin. *Comparetur* &c. duo hi verſus transferantur inter v. 9. & 10, ante *Marſyas*. p. 121. v. 11. a fin. l *nemo*. p. 122. med. l. *vicerat*. p. 123. v. 2. a fin. l.

*Nemeis*

*Nemeis*. p. 124. v. 7. l. *& Pythionica*,
*elatiore*, v. 8. l. *privato vero victore*, *&*
*nobili quidem certamine*, v. a fin. l. *gran-*
*ditu ſit: &, ut id*. p. 125. v. 7. l. ἐτέλεσ-
σεν ὕμνον. p. 126. med. l. θυμαγωγεῖ
γάρ, v. 7. a fin. l. Διὸς ἐγκέφαλ☉. p.
127. v. 5. a fin. l. *ſunt*, *tribuitur*, v. 3.
a fin. l. *ſit*. p. 128. v. 5. a fin. l. *ani-*
*mum adverterit*, v. ult. l. *mirari*. p. 129.
v. 12. l. Arcadicis, v. 13. l. *inſignia*, v.
12. a fin. l. *tumidas*, v. 11. *Impeteque*. p.
130. v. 2. l. *oleam*, v. 1. a fin. l. *Phily-*
*ræ*, v. 2. l. *adjutorem*. p. 133. v. ult. l.
*ejus ſive honoris aut* pacis *adjectione*. p.
134. v. 6. l. *occurrerunt*. p. 136. v. 5. a
fin. dele *moribus*. p. 137. v. 1. dele *orbis*.
p. 138. v. 8. l. *Thaletis*. p. 139. v. 6. l.
*ſuboles*. p. 140. v. 5. l. *Onomacr*. v. 6. l.
*remota*, v. 8. παμφαὶς, v. 11. *color*. p.
141. med. l. *quaſque*, v. 13. a fin. l. *ve-*
*riſſimæ veterum ſententiæ*. p. 143. v. 14.
l. *fuſius*, v. 18. *arva*, v. 21. *avidi*. v.
22. *imis*, v. 3. a fin. l. *mutuata*. p. 144.
v. penult. l. *oblivionem*, v. ult. *Athe-*
*nienſium*. p. 145. v. 12. a fin. l *item*, v.
5. a fin. dele *Lactantius*, v. 3. *peccan-*
*tium*. p. 146. v. 1. l. *Caſſius*, med. l. *fo-*
*re*, v. 11. a fin. l. *amore Res*. p. 147. v.
8. l. *quem*, v. ult. l. ait, id factum. p.
149. med. l. *plana*. & mox, *effuſioni-*
*bus*, *& Phyſicis*, v. 4. a fin. l. *anguſtias*
*quod reprehendis, ſcito*, v. 2. *latis*. p. 150.
v. 1. l. ὁρώμενον, p. 151. v. 16. l. *illi ve-*
*ro emittere ſe*, *& agere*. p. 152. v. 16. l. *&*
*ad alia*, v. 6. a fin. l. *tenebræ videantur*.
p. 153 v. 12. a fin. l. δριμεῖα, & v. 11.
διακρ. λευκόν, p. 154. v. 5. l. *Apollodorus*,
v. 4. a fin. l. *ubi varia*. p. 155. med. l.
*animi ſunt*, *quorum nobis*, v. 3. a fin. l.
ἰχνευμέν, p. 156. v. 3. l. *priori* eſt, v. 9.
l. *creſcet*, med. *Eodem poſt paullo*, v. 10.
a fin. l. *nota*, v. 9. *notum*, v. 2. dele *poſt*.
p. 158. v. 5. l. *quantum*. v. 6. *virtute*,
med. *niſi ab nimiis*, v. 2. a fin. *non*, v.
ult. *faceret*. p. 159. v. 9. l. *fecit*, v. 12.
l. *merces*, v. 14. *doctiſs. hominum*. p. 160.
v. 11. a fin. l. *erexerat*. & *ſpe civ*. p. 161.
v. 4. l. *Freculpho*, v. 5. *nominantur*, v.
10. a fin. *perſpecta*. p. 162. v. 8. l. *ma-*
*gus*. pag. med. ſtupidus corrector cum
tota ῥῆσις Ovidiana fuiſſet deſcriben-
da, ſolam notam meam *uſque ad* reli-
quit. p. 164. l. *Lyci* med. l. *Inque foco*.
p. 165. v. 7. l. *& impeditius*, v. 10. *pes*
*alter*. med. *lapidis* mox *ſecernuntur*, v.
6. a fin. *Phauc*. p. 166. v. 9. l. *de odore*,
v. 11. *obruta*, v. 2. a fin. ἐπερχόμενοι, p.
167. med. l. *ſpiritibus*. p. 169. m. l. *ortus*
*in petra dormientis*, & mox *Pirithoi*. p.
170. v. 3. l. *ubi alii*, v. 9. *tribuitur*, *& eſt hic*,
med. l. *Aëthlius*. mox *multus*. p. 171.
v. 8. l. *ruſum*. p. 174. v. 2. l. *impari-*
*ter*, med. leg. *juſſus*. p. 176. med. l.
*tortilis*. mox, *tam*. & *ror*. *barba*. & *A-*
*cheloo*, & *Poëtæ*, v. 6. a fin. *meminimus*.
p. 178. med. *ipſa*. p. 184. 5. a fin. l. *de-*
*liciis*. p. 185. v. 3. a fin. l. *eſſet*. p. 186.
med. tranſpone, *& mox* poſt *dare*. p.
187. 1. l. *mandatio*. p. 189. 7. a fin. l.
στολιστήρια. p. 192. v. 6. a fin. l. *Tzet-*
*zes ad Lycophronem*. p. 195. v. ult. l.
*dixerit*. p. 196. v. 4. *penitus*. p. 197.
v. 2. l. *ſit*, v. 5. *recalcans*. p. 198. v. 6.
dele *& ideo Pana*, uſque ad *ſic ex*, v. 8.
l. *Rhea*, v. 10. *quæ*. med. *Lunæ*. p. 199.
med. l. *Beli*, v. penult. *quid*. p. 200.
med. dele *Hinc & imberbis* uſque ad *nos*
*quoque*. mox l. *planetis*. p. 201. med.
l. *decimove menſe*. p. 203. med. l. *no-*
*tum*. mox, *acres*. p. 204. med. *cujus il-*
*lud*. mox *Et hujus*. p. 205. v. 2 l. *ter-*
*tia Typhon*. med. *Iſcha*. p. 206. v. 1.
l. *Apollo*, *Orus major*, v. 2. a fin. l. *falis*.
p. 207. v. 11. a fin. *rotundato*, v. 6. *fa-*
*ctum*, v. 4. *educatus*. p. 208. v. 4. l.
*Plutoni & Cyb*. v. 12. a fin. l. *eſt ru-*
*beum*, *intrinſecus eſt album*, v. 4. *id eſt*.
p. 209. v. 10. l. *eundem* & *affirmat*, v.
12. *Huic*, v. 10. a fin. l. *varie*. p. 210. v.
3. l. *tauros*, v. 6. *Diana* Ταυρῶ. p. 212.
med. l. *volatilis acidus*. p. 214. 4. a fin. l.
*vocant*. p. 216. v. 1. l. Eruditiſſimo, 5. a
fin. l. τεῖχα, v. 3. ὅσα, v. 2. ἐχεῖθεν τὴν,
v. 1. Α'χλὶν ἀπ☉ χεῦ. p. 217. v. 2 πά-
γγλυκυ, v. 4. ἀμφιπλέκουσα, v. 6. κρήνην,
v. 11. παῖς παντεσσι, v. 18. τὴν σχῆ,
v. 9. a fin. τὴν δάμ. & ἴδε, v. ult. αἰμ'.
p. 218. v. 2. l. εἶπε δὴ, v. 5. ἀπρεπεῖ, v. 6.
νικῶς. v. 10. χέθλαι, v. 11. αἰαῖ, v. 12.
θεᾶς. & ἔκδικον, v. 16. χαλκείοις 17. μα-
λακῶν, v. 18. ἢ ἐσ' ἔλαττον ἔχει, 19. ἐλ-
θόντων Λαοδίκαις v. 9. a fin. ἐρατόχρ, 8.
λευκοτέρη, 7. κόμη, 5. στίλβουσα διαυγέσιν
οἶα, v. 4. ἔχουσα, 2. τοῦτε. p. 219. v. 1.
ζαθέης & ἀμβροσίης, 3. ἰδέα, 4. τινὶ ὅτι,
v. 9. *frenis*, mox *frena*, 9 a fin. εἰσαθρεῖς
& ἐμ☉, & γενοίμαν, v. 8. ὡς πολλοῖς. p.
221. med. l. *dimices*, 6. a fin. *ſtridore*. 3.
l. *cum*. p. 222. v. 12. a fin. l. ἴδιον
*Poſſit & id qua ſi*. p. 223. v. 10. a fin. l.

pe

# E R R A T A.

*poſteriori*. p. 224. v. 6. l. *Mancino*, v. 10. *legi*, v. 14. *Macedonia*, med. *eoſdem* p. 225. v. 1. l. *& hunc*, item *oppreſſit*. p. 227. v. 12. l. *reddidit*. med. l. *corde tracta ſuſpiria in haſce literas poſſim transfundere*. p. 228. v. 2. l. *parentes*. p. 231. v. 1. *referebant*. 15. *altitudo*. 16. *ſic ut*. 19. *vero*. v. 3. a fin. *ſed &*, v. 2. *univerſi lateris dextri ſpecies virilis eſſet, ſiniſtri vero*. p. 232. v. 8. *ſtatua*. med. *animoque*, v. 12. a fin. *irrigari*, v. 3. *e quo*. p. 233. v. 1. *illam januam*. 13. *non omnia*. 15. *Tyaneum*. ult. *fraudum iſtiuſmodi*. p. 235. v. 3. *uſque*. p. 236. med. l. *miſcuit*. 3. a fin. *in ſe*, v. ult. *Pompeji & Cæſaris, quaſi per rabiem & furorem ſuis, nefas, ſemet ipſe manibus laceravit*. p. 237. v. 2. *mixto*, & *fontibus*, v. 3. *inſemel*. med. *Perperna*. p. 239. v. 8. *cum Lychnis*. med. *conſilio Cæſaris, qui*, antepen. *probabunt*. p. 241. v. penult. l. *uſurpatam*. 242. med. l. *quum vertit*. mox, *invidioſum*. p. 243. med. *extractos perpulit*, ult. *qua de*. p. 245. v. 8. a fin. *gradus ignis*. p. 246. v. 1. *fumo*. 6. *primum*. p. 247. v. 3. a fin. *abjiciuntur*. p. 248. v. 15. l. *ſuo*. ult. *quum*. p. 250. v. 5. a fin. *Acidum* atque *Alcali, utrumque*, v. 2. *mutuo*. p. 251. ult. *ficta*. p. 253. v. 10. a fin. *leniter*, v. 8. *quem licet*, v. 6. *quiddam*. p. 254. v. 1. *religatæ dependeb*. &, *ille*. 2. *chelys*. & *nec*. penult. *magis proprium*. p. 255. v. 3. *deſc. & adſcendentibus*. p. 256. v. 1. *ſe extendit*. 10. *fraxinea*, &, *Xantho*, v. 8. a fin. *eum*. p. 264. v. 4. *occurrerunt*, v. 6. *ignoſcere illorum ſtudio*, v. 11. a fin. *apographo*, v. 10. *accepi*, v. 6. *eum*. p. 266. v. 3. *Tatiano*, v. 12. *captæ*, v. 11. a fin. *Cynthiæ*, v. 8. *jucundis*. p. 268. v. 14. *mulier*. v. 4. a fin. *dari*. p. 277. v. 11. *Epicureos*, v. 8. a fin. *Erantque*. p. 283. med. *Argentarii*. p. 285. v. 1. *fructuum*, v. 4. *pœnitet*, v. 7. *interpretatio*, *qui*. p. 289. v. 6. dele *raturam*, id &c. uſque ad, *ut eleg*. med. *amante*, *nequiſſe*, *dixiſſe*. p. 291. v. 12. l. *commutatio*. p. 295. med. *conciliat*. p. 297. totus ille locus ex Themiſtio male hic inſertus, qui transferendus ad not. p. 285, ante *Vocabimus*. v. 14. a fin. *qua alia nota*. v. 2. *cum luctu quær*. p. 299. v. 7. locum ex Xenophonte male inſertum transfer ad not. p. 296, ante *de mandrag*. p. 303. inſerta parentheſi inepte a typothetis textui inſuta, ſubjicienda infimæ paginæ, tamquam notæ. p. 309. v. 9. a fin. *feſtis Naucralitanem* p. 312. v. 4. a fin. l. *Cariſſ. L*. p. 314. v. 2. l. *Villiæ*. p. 315. v. 12. l. *Atillian*. penult. l. *C. F*. p. 316. v. 9. l. *poſuit*, v. 14. *provinciæ*, v. 17. l. *LVI*, v. 9. a fin. l. *Severinia*. p. 317. v. 1. l. *Antius*, v. 8. l. *Spuril. Vol*. v. ult. 1. *Iviro*. p. 319. l. Cap. XXXII. v. 6. l. *Scytharum*. p. 320. v. antep. l. *utque*. v. ult. *hiſtoriolam* p. 375. 371. v. 21. *vittalem*. l. *vittatam*.

F I N I S.

Petronius £[1]